

DE MEDICAMENTIS VSV  
 COMPERTIS, AC OPTIMIS; PRÆPA-  
 RANTIBVS, LENIENTIBVS, PURGAN-  
 TIBVS, AC CORROBORAN-  
 TIBVS: Et de eorum natura:

LIBER qui METHODI ad PRAXIN: II.  
 Auctore IOANNE HEVRNIO.

**Q**UÆ medicamina prolixè profudere Pragmatici, in  
 tam numerosa morborum copia, in vnâ Methodum  
 conglobavi: vt inde (accedente tandem vera medendi  
 Methodo) vno intuitu, maxima remedium varietas,  
 per cunctos morbos complecti posset. Polydada enim  
 compositorum medicaminum turba hinc fabricari poterit, modò quæ  
 primo libro tradidimus rectè percepta fuerint. Si enim quis ad Indicem  
 primi libri collimarit (cùm sese offeret in corpore humano vel succus  
 mitigandus, aut pars firmanda) ac secum reputet quidnam remedium ex  
 his simplicioribus rebus, quæ hoc libro scribuntur, aptè effingi ad hæc  
 vitia possit, num apozema, an sacculi, linimenta, aliæ remedium  
 idea, ille, sine dubio nullâ remedium inediâ laborabit. Quibus autem  
 remedium formis opus sit, aperiet morbifica materia, morbus, pars  
 morbo pressa, egri natura, & aliæ indicationes, quas tertio libro fusius,  
 summo Deo fauente, enarrabimus. Quid præstiterimus hac in artis  
 parte, iudicabunt alij: illud vnum certo scio, nullam ad utilitatē publi-  
 cam rationem aliam adferri potuisse commodiorem. Scio ingenia rarâ  
 doctrinâ præstantia, vbi suum explorant acumen, & tentant eruditio-  
 nis suæ specimen exhibere, non nunquam ea edere quæ admirationē ma-  
 gis implent, & plausibilia delectant, quàm in præsentem vsum valde  
 conducibilia. Quemadmodum Plato rempublicam conscripsit, à lauda-  
 tis viris laudibus multis celebratam, quam tamen nulla gens pro com-  
 moda vsurpauit vnquam. Si forte quis desideret maiorem remedium  
 copiam, quàm hic in quibusdam numeris descripsimus, is ad aliud eius-  
 dem ferè historia caput sese transferat. Fruimini itaque his laboribus  
 ex animo susceptis, & candidè fauete conatibus, qui studiis vestris, &  
 utilitati publicæ inscribuntur, ac impenduntur.

miele anti  
 filis clavo  
 vna

## CAPVT PRIMVM.

De Remedijs Preparantibus materiam morbificam. Quid sit Preparatio,  
& quid Coctio: Modus exhibendi Præparantia, quæ  
Græcis ἀλλοιωτικά: hoc est, Alterantia.

**M**EDICAMENTA quorum maximus in facienda medicina vsus est, sunt vel Lenientia, Præparantia, Purgantia, vel Corroborantia. Et quanquam ordo curationum, lenientia remedia primâ serie sibi expetat, attamē de PRÆPARANTIBVS primò agere consilium est: quòd plurima eorù quæ leniunt, vi quadam cum purgantibus sese cōsociant. Quare commodiùs (ne quid bis) eorù historiam, ac facultates his annectemus. Triplicem hâc seriem, ita transigemus, vt in quoque genere examinemus modum exhibendi: Secundò, rationem componendi: Tertio, correctioni studebimus, si aliquâ rationē in his desiderauerimus: Quarto, copiæ augendæ vel accidendæ operâ adhibebimus: Quintò, qualitatem remediorum enarrabimus; Sextò, succedanea: Septimò, quam ætate singula sint exhibenda proponemus.

**PRÆPARATIO**, quam quidam lato modo loquendi, Coctionem vocant, est materiæ morbificæ ad substantiæ mediocritatem redactio: vt cum quæ nimis crassa sunt, attenuamus: quæ nimis lenta, incidimus: nimiumque viscida, abstergemus: acria, vt mitescant; vt quæque promptè ac innoxie euacuari possent.

**AT COCTIO** materiæ morbificæ (quæ proprie pepasmus ab

Hippocrate vocatur, vt alimenti coctio pepsis) est alteratio finiens putredinem: hoc est; causarum, in humoribus præter naturam existentium, debellatio, vt succi quantum fieri posset, ornatum formæ maximum acquirant, quò benigni succi à prauis separari possint: id enim proprium Coctionis est officium. Quare Præparatio, via quædã esse videtur ad coctionem; vt chylus ad sanguinem paratur in ventriculo, quò hepar faciliùs eum in sanguinis formam transferat: ita nos præparamus, vt materia non sit contumax ad Coctionem. Quare alia est apud medicos coctio, quàm ea, de qua philosophi. Etenim Aristoteles quarto Meteorologicôn, tres Coctionis recenset species, Maturationem, Assationem, & Elixationem. Dicimus medicis celebratam Coctionem, nullam harum esse. Nam quæ ad maturationem prouehuntur, in eum cultum abire debent, vt aliud simile generare possint. At elixatione & assatione ita quid perfici debet, vt verti possit in substantiam coquentis partis. Quare si ad æconomiam nostri corporis hæc trahere voluerimus, existimare possimus, maturationem hominibus euenire, ad speciei tantum cōseruationem, & ad indiuidui perennitatem necessaria fuit elixatio, & assatio: vt loco exhausti reponatur noua substantia: id quod in pueris euenit beneficio

*preparatio  
pepsis*

*Alia co-  
ctio medi-  
ci quàm  
philosophi.*

*Ordinis  
ratio.*

*Prepara-  
tio.*

*Coctio.*

neficio elixationis, & in iuuenibus affatione. Sed materiae morbificae COCTIO, fit apud Medicos, cum calidi natiui vi, separatur benigna, à praua materia, vt formae cultum quam maximū induat. Quare Medicorum officium erit, cum coctioni succorum studet, primò causis praeter naturam resistere, hinc calidum natiuum seruare. Quare decocta, & syrupos, fodus, & emplastra praescribunt, quibus calidum natiuum robustius efflorescat, ac calor qui praeter naturam est elanguescat; & maximè euentationi studet, ne oppressus calor extinguatur. Propterea primò explorandum erit, quanam materia sit praeparanda ac maturanda, & quanam corporis sit temperies, & num ab oppressione, vel exhaustione calidum natiuum tabescat. Nam si frigidior fuerit materia morbifica, & corpus frigidum, calida decocta propinabimus: etenim vt auctor est Hippocrates quinto Aphorismorum, septuagesimo, febrilis calor quoq. pituitam coquit. Ita cum ex immoderato exhausto calor torpescit natiuus, eum cohibent: vt in inflammationibus, cum cataplasmatibus exitu eum prohibent: sed cum immoderatius calor retinetur, vt in febribus putridis, modicè distillationi student. Causis autem praeter naturam resistunt alterantibus medicamentis, quae tamen non ita finiunt putredinem, vt de humore putri faciant non putrem, (illud enim est impossibile) sed eam cessare faciunt, & prohibent ne ultra pergat depascendo corrumpere, sed sese sistere.

MODVS exhibendi Praeparan-

tia, ex humorum situ, & naturam ducitur: Praeparant autem vnum succum, vel plures. Et partes corporis in quibus constiterent humores, eadem intemperie in vitio sunt; vel membris minimè affectis, soli succi vitium agnoscunt. Cum succi vitium fecere, illi vel in venis habitant, vel extra venas vagantur: quare illud perpendemus, ac quanam succi idea sit, indagabimus. Sunt enim triplices succi in corpore humano, alij alimentarij qui fuere nutritioni omnino dicati; hi in massa illa sanguinea, quae venis coercetur, continentur. Est enim sanguinis vox, aequiuoca; quae interdum hanc totam massam denotat; sed nonnunquam sola purior eius pars, sanguis dicitur. In hac itaque sanguinea massa, quatuor humores sunt alimentales, qui oculis sese conspicendos à venae sectione praebent: Nam in conglobata illa massa, quae rutila quadam flauedine altiore superficiem claudit, bilis alimentaria dicitur; quod nutritu suo fruuntur ex ea partes corporis calentiores. Quae verò mox huic subditur crassior, & viscosior sanguinis pars, pituita alimentaria vocata fuit: sed sincerissimo illo ac roseo rubore tinctus succus, sanguis dicitur: quae autem ad fundum recessit, nigrior illa pars, melancholia dicta fuit. Vocent alij sulphur, mercurium, & quidlibet; modò rei substantiam intelligamus. Secundò, sunt in corpore humores superuacanei, qui aut vtilis, vel inutiles & noxij: Vtilis, vt bilis, quae cottidie colligitur in vesicula fellis; nam in hepate dum coquitur sanguis, feruidum illud

Officium  
medici ad  
coct.

Quamtila  
Hum.

Notandum.

Modus  
vtendi.

Humores  
quot.

Sanguis  
aequiuoca  
vox.

Nutriti

Excreti  
tity.

illud recremētum exspumatur. At-  
tāmē vtilis est hæc bilis, quod cot-  
tidie ferè in intestina sese effundat  
(vnde fæces hominum flauescunt)  
ac ad excretionem illa irritet, & pi-  
tuitam ab illis extergeat. Talis est  
& melancholia lienis: & pituita in-  
testinorum. Tertio, sunt humores  
inutiles excrementitij, qualis est  
bilis putrida, vnde tertiana febris  
surgit, & erysipelas: & cancer à  
melancholia.

*Usus  
Præp.  
dexter.*

Cùm itaq. succus alimentarius  
in vitio fuerit, cumq. is in sanguine  
hæreat, venarūque parietibus clau-  
datur, vnā cum illo, in vsu præpa-  
rantium remediorum, alterabimus  
hepar, cor, & interdum lienem. Si  
verò humor extra venas positus  
fuerit, hærebit is vel in capite, pe-  
ctore, ventriculo, hepate, vtero, ve-  
sicâ, aut in habitu corporis. Vt bilis,  
in capite concepta est, dum phre-  
nitide quis laborat: in ventriculo  
natat, picrocholis τὸ ἐνὸν: de cæteris  
idem dicimus. Tunc itaque partis  
his obsessæ naturā perpendemus,  
& alterantia præscribemus, quæ  
æquè parti student, ac cum materiâ  
morbificâ pugnāt. Cùm itaq. ca-  
piti est pituita molesta, bethonicam  
præscribemus, & cætera tali vi præ-  
dita illi adferemus. Nam & cepha-  
licum est istud remedium, & pitui-  
tam calfacit, attenuat, & incidit. Si  
in pectore vitium fuerit, dabimus  
hyssopum, & cætera talia. Fiunt au-  
tem Alterationes, remediis datis  
per os, & foris adhibitis: qualia illa  
sunt, quæ mox recensēbimus.

*Spina  
Aira  
cru  
adh.  
benda*

**OBSERVATIO Pragmaticis vtilis.**

*NS.* IN remedij compositi fabrica,  
primū ob oculos sit forma quam

induet: hinc excogita radices, her-  
bas, flores, semina, fructus, status  
purgantia; & in singulis ponendis,  
cogita de parte agra, & nobili vici-  
na parte, & de morbi causa, nū va-  
lidè aperiendum vel stringendum:  
num vrina vel aliud ducenda: aut  
an calidorū remediorum vis tem-  
peranda sit, vt passulis, glycyrrhiza,  
radice buglossi.

### CAPVT II.

*De quantitate qua sumi debeant: &  
de Modo componendi Alterantia: &  
de eorum viribus, & correctione.*

**C**OPIA sumendi Alterantis re-  
medij, ex MODO componen-  
di quoque elicitur. MODVS autem  
componendi, ex simplicium natu-  
ra elucescit: quæ excoquantur vel  
in syrupos, succos, conseruas, & re-  
liquas medicaminum formas. *Syrupi.* Sy-  
rupi vel sunt simplices, vel compo-  
siti. Simples, parantur ex succo  
vnius herbæ, aut ex aqua, in quâ  
cocta herba fuit, cum saccharo, si  
æstu hepar incandescat: nam illud  
non ita exardescit vt mel: aut cum  
melle, si stomachus à pituita tor-  
peat, nam membra toncaua abster-  
get facilè mel. Dantur syrupi à ses-  
cunciarū copiâ, ad duas vncias & se-  
mis; cum stillatitio liquore, aut de-  
cocto eiusdem facultatis, ab vnciiis  
tribus, ad quatuor. Vt, accipe syrupi  
alicuius, sescunciam: aqua, vel  
decocti, vncias tres; misce: bibat.  
Hæc est moderata dosis, quæ in  
ventriculo non fluctuat.

**CAVTIO:** Non nimis frequen-  
tes esse debemus in Alterantiam  
vsu, ne nauseam inuehant, ac natu-  
ræ calorem vincant sed eò vtemur,

P

vt na-

*Alteran-  
tia ne la-  
dant.*

Obser-  
tio.

vt naturæ vis excitetur, & materia præparetur, ne fiat in purgando postea via vi, sed vt materia naturæ expellenti, & medicamēto trahenti cedat. Id obseruandum, Rasem in confectioe lætificante, nono ad Almanforem, capite de Melancholia, tribus partibus mellis, vnā partem admiscere roborantium puluerum. Sed pragmatici aliter hodie, nam sæpe parū roborantium miscent; sed frustra, nam operā ludunt: dat Rasēs vnā drachmam. Quin

Compositi  
Syr.

**OPIATÆ** confectioes accipiunt hodie pro singulis drachmis specierum, vncias tres mellis. Sed maior copiosior vires puluerū diluit; vt etiam eius inedia, atiditatē præmaturam adfert. Compositi tyropi, ex plurimis remixtis rebus comparantur. dantur alternis diebus. Hi quò magis compositi fuerint, hòc minori copiā exhibētur: notandum tamē, quæ vis sit rerum inixtarum.

Succi

Succi liquidi præbētur ab vncis duabus ad quatuor: condensati, ad semunciam; nam aquosæ partes ab illis expirarunt. Nec quoque liberaliùs præscribuntur, ne mœniis ventriculi hæreant, ac ibi cunctando vires exuant, nec ita in corpus ferantur: nisi quis melle vel saccharo remixtos, hos agris offerre velit.

Pulueres

Cibi.

Conserua.

**PVLVERES** eadem lege exhibentur, à scriptulo, ad semunciam pondus. **CIBI** alterantes, offeruntur in prima mensa, vt cappares, ad lienem; at vt somnum inducant, à cœna; qualia amygdalata, & lactu-  
**CŌNSERUÆ**, alterant ventriculum, caput, pectus, & cæteras partes; quibus, peculiari vi his inclusa remedia student. Dantur ad

molem semunciam, vt contra materiam morbificam pugnent, ac partis naturæ studeant. Ita cōserua saluix, vel bethonica, præbetur capiti, à pituita fatigato: quod si bilis in capite ferociat, rosarum conserua hanc domabit. Quòd si in iecore ardor æstuarit, cōseruæ cichoraceæ feliciter præscribentur. Lien cūm à frigida materia premitur, conserua tanaceti hunc recreabit: vterus, ex floribus Leucoij conseruam amat: vt artus iuxta saccharum. Ita & reliqua membra, sibi à summo **DEO** dicata remedia agnoscunt.

**PILULÆ** præscribuntur, vt alterent membra nobilia, aut vt recreent membra ignobilia, & vt ichores succorum, humores ipsi, & excrementa, placidè ad genuinam vim reuehantur. Nobilia membra, quorum nempe officio vita carere nequit, semper stabilienda veniunt, qualia iecur, cor, cerebrum. Ita in morbo Venereo porrigimus pilulas, ad fractam œconomiam hepatis; vt Accipe ligni guaiaci, iam in scobē tenuem redacti, drachmam: corticis eiusdem ligni puluerisati, semidrachmam: pulueris salisæ parillæ, scriptulum: cum syrupo de soncho fiant pilulæ triginta: sumat tres, cūm iam pastum initurus est. Illæ, longo vsu, à morbi Venerei curatione, intemperiem illam fœdam eluunt, quam diuina vis hæmatosis ipsius hepatis contraxerat: quæ alioqui restibili fœcunditate, in nouum contagium fœta perennat, adeò vt in recidiuam fœdè relabantur, sanati à fœdissimo morbo homines. Tam difficilè occultior hæc macula eluitur, vt non male dixisse

Pilula.

Cautio.

Ad vterum  
rem melle  
tum.

le dixisse videatur Galenus, maculas quasdam hepatis imprimi quas eluere nemo potest: ut lana alba, quæ semel denigrata, ad pristinum candorem abstergi nequit. Et fortasse substantiâ ipsâ ligni, felicius id malum abigitur: cum incolæ, unde manavit morbus, folia guaiaci depascantur, efficaci remedio ad morbi excisionem. Ichores absumunt pilulæ ex ebore, vel cornu ceruino.

*In peste.* Ita in peste, ut siccemus sine obstructione, & ut fibras sanguinis stabiliamus, adituque à corde venenum arceamus, bolum Armeniae damus.

*Infusio- nes.* **STILLICIDIA** & Infusiones præscribuntur ex aquis, oleis, & decoctis. Ex aqua simplici, purâ & purâ: vel ex aquâ minerali. Aquâ simplici, refrigeramus & humectamus, & ex euentu calfacimus. Ut in tetano, id est, conuulsione musculorum antagonistarum cernicis, à materia frigida crassa, in iuvene vberissimo habitu prædito, aquæ frigida aspersio, coercet effluuium caloris, unde vberius exiliens feruor, coquit materiam, digerit, & exhaurit. Ex minerali aqua fiunt stillicidia, ad siccandum, vel calfaciendum: nam aqua nitrosa, & salia, siccandi vim gerit ad secundum vsque ordinem. Sulphurea aqua, tenuat, & digerit, calet ad tertium numerum. Ferrata aqua, robur membris addit, ac refrigerat, urinas excutit, & extenuat, maximè cum quid vitrioli habet.

*Sal.* *Sulphur.* *Ferr.*

*In unctio- nes & emplastr.* **IN UNCTIONE** alterantes, si fiant ad partes nobiles, quò ex rarioribus fabricatae fuerint, eò tutiores. Vel effinguntur **EMPLASTRA** alterantia; in quorum compositio-

ne illud studium adesse debet, ut vis contraria affectui morbifico in his excellat. Ut si calfaciendum, ita temperanda erunt medicamina, ut calida vincant. Remiscentur calida medicamenta, à primo caloris ordine ad tertium: nam quartus numerus feruido aestu corrumpit. Ut peruadant hæc facilius, ex pingui- bus ac oleosis fabricabuntur. Si coctioni studendum, emplastra calore moderato prædita, ex vsu erunt. Sin suppurationi, acria vnguibus opimis excepta: nam ita retinebitur effluuium caloris natiui, qui coctionis est auctor: ut ficus cum fermento. Resolutioni si incumbendum, sine calida remedia in secundo numero, humida in primo. At refrigeramus & repellimus, frigidis remediis ab ordine primo, ad tertium: nam quartus nimio algore enecat. Humectantia à primo maioris gradu, ad tertium ordinem excurrunt: nam in natura, non datur maior humectatio. Pro manipulo rerum siccarum, accipiat ℥j. vel ℥j. s. liquorum.

**CERATA** alterantia conflantur ex cera & oleo, adduntur succi vel gummata, resina, pix, colophonia, sandaracha; & pulueres & res vinctuosæ. Vtuntur his, ut pars affecta tutius nutriatur, munita ab iniuria aëris; utq. materia pepasmi expers mitigetur, sensimque parti temperies restituatur. Interdum his vtuntur ut partes laxæ densentur; duræ, molliantur; solutæ vniantur. Copia & quantitas cerati, sumitur ex partis laborantis mole.

**RUBIFICANTIA** quoque remedia intemperiem abigunt: Sunt illa calida à tertio ordine, ad quartum:

tum: admoventur carnosæ parti, gratiâ reuulsionis, deriuationis, vel alterationis. Hæc sunt vel simplicia, vel composita. Simplicia, ut sal gemmæ, marina, & fossile, sulphur, cinis lignorû, plantago aquatilis, flammula lous, cantharides, euphorbium, fœmus columbinus, nasturtium, sinapi, scilla, cæparubra, allium, porrum non transplantatum, aqua vitæ, calx non lota, alcyonium. Ex his fiunt composita. Sinapis his sunt proximi. **CAV-  
TERTIA** his cunctis sunt validiora. Horum copiam corpori humano admoventi, qualitatis vim metimur: quæ potentior fuerit vis, sed minori admoventur copiâ: vel iungitur mitioribus, qualia sunt, quæ pinguedine diffluunt.

Caut.

Fotus.

**FOMENTIA** alterantia, sunt vel consistentia humida, vel sicca. Humida, fiunt ex oleo, vino, aqua medicatâ, & decoctis. Horum copia, est ad libitum, modò æger his partit. Plerumque liquor est ℥ xij. Specierum ℥ j. s.

Exhalat.

**EXHALATIONES** sicca, sicut in lateribus ab igne candentibus, aut silicibus: ex lignis odoratis, ut scobe ligni cupressi, iuniperi, guaiaci, & corticum eius, styracis, beniuino, ambrâ, musco, caryophyllis, foliis & floribus odoratis, calaminthâ, & aromatibus omnibus. At ut facilius peruiadant, vapor excitabitur in lapide ignito, vino vel aceto incoctis, quarum vim membris imprimere volumus. Alioquin si igni iniicienda sint, excipientur terebinthina totâ (decocto guaiaci in morbo Venereo) ut myrrha, cortices citriorû, caryophylli, cortex guaiaci,

Utendi  
modus.

calamintha: omnium horum partes æquales. Quantitas horum est aucupanda, ex virium tolerantia.

**CAV T I O** hæc in horum usu ad sit, ne quid nimis. Nam scripsit reuerendus ille senex, quinto Aphorismorum: Calido si quis diu multumque utatur, his damnis ægrum auget; carnis enim præbet effœmiationem, dissipato proprio carniuin pabulo, & laxatis fibris, inductoque humore excrementitio; cerebri adfert stuporem, quod sensus, ac motus omnis principium est: & neruorum infirmitatem infert; nam eorum robur in mediocritate siccitatis consistit. Quare horum admotio, fiat per interualla, assiduis enim usus, relaxat, & hæmorrhagias adfert, laxatis venis, & sanguine fusio: quin & lipothymias, dissipatis spiritibus.

Calidi  
noxæ.

**BALNEA** alterantia, alia sunt frigida, alia calent: naturâ, vel arte parantur: Et præter primas has qualitates, quædam astringunt; nonnulla aperiunt; interdum roborant; alia attenuant, discutunt.

Bal.

**CAV T I O.** Ex sententia Hippocratis, libro tertio De Morbis acutis: sæpe Hæctici ad balnea ducendi sunt, & Nephritici: modò adsit æris tepor: rarò, qui ex catarrho laborant, & qui aluo sunt infirmi, nec in hæmorrhagiâ eo utendum est, etiam si intemperies adsit: Nam quæ ex parte natura est magis opis indigens, hæc illi est succurrendum. Non quoque, ubi viscerum effecta vis languet, balneis indulgendum. Adde, inquit Hippocrates, quòd neque cibo, aut potu saturatum

tum ægrum, lauare est æquum.

*Correctio.*

DE CORRECTIONE alterantium pharmacorum. Si à pharmaco quis maiorem vim desideret, illam ei afflabimus alterius simili vi præditi accessione: aut si quid vehementiore qualitate noxam daret, contrario addito remedio eius vim domabimus.

CAPVT III.

De qualitate alterantium remediorum.

QUALITATEM alterantium notamus, vel ratione compositionis, vel ratione finis. Ratione compositionis, vt si pilulæ fabricandæ venerint, vel pulueres componendi, exquirimus medicamenta sicca, vt his formis accommodari possint. Ratione finis, nempe vt alteremus. Alteramus autem partes corporis, aut succos, vel vtrosque simul in aliam qualitatem transferimus, siue illæ partes nobiles, aut ignobiles fuerint. Ita & humores venis inclusos, hoc est, alimentales quatuor, in aliam facultatem traducimus. Nec non extra venas positos succos, qui nempe in aliqua corporis parte recepti sunt, in novam qualitatem abripimus.

*Usus.*

*Olea.*

OLEA calida, digerentia, siue rarefacientia, quædã sunt debiliora, vt chamæmelinum, anethinum, lumbricorû, de nucibus, amygdalinum dulce, rosatum completum. VEHEMENTIORA: qualia amygdalorum amarorum: absinthinum: costinû: de lateribus: laurinum, de iunipero, mastichinû, nardinum, rutaceum, vulpinum, scorpionum: de piperibus, de euphorbio, castorei, de capparibus, tere-

binthinæ, sampsuchinum, hyperici, vitellorum ouorum, irinû, moschelinum, lilinû, narcissinû, sambucinum, iasminû, cheirinum, menthæ, petroleum. Balsama arte fabricata.

Olea frigida, repellentia, & adstringentia: Rosatum, citoniorum, omphacinum, myrtinum: nymphae, papaueris, violarum, cucurbitæ, mandragoræ, oleum populneum, hyoscyami.

VNGVENTA calida, rarefacientia: aregon, agrippæ: dialthæ, alabastrinû, de meliloto, martiatû.

VNGVENTA frigida: rosatum, comitissæ, de bolo, infrigidans Galeni, populneum, santalinum, vnguentum citrinû, vnguentû pectorale, vnguentû album caphuratum, vnguentum violatum, rosatum.

EMPLASTRA calida, digerentia: diachylon simplex, & compositum, de meliloto, oxycroceum, apostolicon, de baccis lauri, Polyarchion Galeni, Philaggianum Pauli, Martiatû Nicolai: diaphænicon calidum. Emplastra frigida, reprimentia: Album, de crusta panis.

CERATA calida: Ceratum stomachale.

Cerata frigida: Infrigidans Galeni: santalinum.

Vnguenta cum cera fiunt: linimenta, absque cera. Cerata resinam accipiunt.

CONDITA calida. Cortices citrij & flores. Arantia, & eorû flores. Limones, myrobalani, nuces iuglandes, caryophylli, calamus aromaticus, galanga, zinziber, enula, eryngiû. CONDITA frigida: integri limones, citonia, mespila, pyra, cerasa, pruna siluestria, pimpinella.



Trochisci.

**TROCHISCI** alterantes. **APE-RIENTES**, vt trochisci de eupatorio, de myrrha, de capparibus, de lacca, de absinthio, de scilla, rhabarbaro; de amygdalis amaris *Æginetæ* libri septimi, duodecimo. **TROCHISCI** attenuantes, scillitici, de capparibus, de rhabarbaro, de eupatorio, de gallia moscata, diarrhodon, hedicroi, cyphi, trochisci de rosis, de aniso, hepatici *Asclepiadis*.

**TROCHISCI** frigidi: de carabe, de spodio, de alkekengi, de terra lemnia, de caphura, de berberis, diarrhodon, ramich, diaion, santalini trochisci, trochisci diaspermaton *Galeni*.

**TROCHISCI** corrigetes venena in succis corporis concepta: trochif. de viperis, de caphura, de myrrha, de gallia moscata, de terra sigillata, de cypero, & de ligno aloës.

**FRUCTVS** arborum medicatâ vi imbuuntur, arboribus cum medicamina inferuntur: ea arte, quam tradimus capite de lenientibus pharmacis. Ita & herbæ insuccantur; & animalium lac, oua, & caro imbuuntur; nam quem delinxere saltem, referunt in lacte saporem, vt ait ille.

Vina medicata.

**VINA** alterantia salutari arte effinguntur. Habeat vinum duodecuplam proportionem ad mista medicamina. fermentationis feruore & velitatione maximè opus est, vt bibat vinum medicatas vires; quare mustum ad hunc usum laudatur. secundo mense eorum vsus erit. præstaret illud elutriare, ne fæces in vappam vinum exanimet. Alij macerant remedia musto, dum vires eorum traiciantur in vinum, hinc modestè coquunt; cum refrigit, al-

teri musto (tamen minoris coplæ) remiscent. Negligenter contundi debent materiæ medicatæ, & linteo includi, lapillo annexo, vt fundum feriant. Alij, vina sub torrido Caniculæ sole, cum cælum rapido incanduit æstu, vitreis phialis macerant, superfuso oleo, tanquam tectorio quodam.

Ita vina finguntur, quibus creduntur facultates rosarum, anethi, anisi, asari, pulegij, fœniculi, baccarum lauri, petroselinij, conyzæ, rutæ, fœnugræci, hyssopi, apiij, absinthij, thymi, &c. Scribit *Plinius*, Africam suis vinis gypso & calce asperitatem exuisse; Græciam suis argillâ, marmore, sale, aut marinâ aquâ, mollitiem intulisse: nostri hormino iniecto saporem acuunt, ne edentulum fiat. Antiquis resinatum ac picatum vinum erat; & fumo expositum *Massiliensibus* frequens erat.

**CONFECTIOES** Aromaticæ ferè calidæ sunt, paucis exceptis: Nam hæ frigidâ vi præditæ sunt, diamargariton frigidum, diatrachanthum frigidum, manus Christi perlata, diarrhodon abbatis, quod temperatum est, diatrio santalio, confectio liberatis, moderata est: rosata nouella, electarium resumptiuum.

**CONSERVÆ** calidæ, anthos, fumaris, lauëdulæ, maioranæ, melissæ, tanaceti, absinthij, menthæ, herbæ paralytis, pœoniæ, cardui benedicti, liliorum conuallium, florum tiliæ, euphragiæ, sambuci, hyssopi, betonicæ, scabiosæ, saluiæ: diacydonium compositum: nuces myristicæ integræ conditæ, & caryophylli, & caro citri & flores, aurantia mala condita: myrobalani & limones,

Antiquum.

mones, iuglandes: piper, calamus, galanga, zinziber, enulæ radix, eryngium, pimpinella.

Flores minutim inciduntur, horum libra accipiat sacchari ferè libras duas cum semisse. Nam humentiores flores duabus libris sacchari abundè madescunt, quales boraginis flores sunt.

CONSERVÆ frigidiores, boraginis, buglossæ, cicorei, nenupharis, rosarum, violarum, acetosæ, lactucæ caro, berberis, ribes, cydonia, mespila, pyra, cerasa, pruna.

SYRVI calidi: de Byzantiis compositus, de arthemisia Matthæi de Gradibus, de absinthio, calaminthæ, de prassio, de glycyrrhiza, de hysopo, de eupatorio: de stœchade, mel rosatum, miua cydoniorum composita, oxymel scilliticum simplex & compositum, mel passularum & emblicorum.

SYRVI frigidi: acetosus simplex, acetositatis citrij & limonum, & aranciorum. Syrupus de agresta, granatorum, rosarum, violarum, endiuix, cicorei, oxysaccharum, de iuiubis, de nymphæa, de papauere simplex, & compositus: myrtinus, de succo acetosæ: Iulep rosatum & violatum, de ribes, de berberis.

SYRVI ferè moderati: de duabus radicibus, de quinque radicibus: acetosus compositus, de pomis, de Byzantiis simplex, sirupus de mentha Mesues. oxysaccharum compositum Nicolai: de boragine & buglossa, de lupulis: miua cydoniorum simplex: mel rosatum, oxymel simplex, & compositum.

LOOCH vel LINCTVS ferè tempericem habent. vti Looch sanum &

expertum, looch de pino, diairis, looch de pulmone vulpis. CALET looch de scilla, & looch ad asthma, looch de tussilagine, de prassio, looch Antipatri, looch ex eruo, looch diapenidion, diahysopu, looch de carthamo.

FRIGET looch de papauere, looch diatragacanthon frigidum, diacodion, looch de psyllio. Sed mira altercatio est apud grauissimos viros de psyllij facultate; nam Galenus salubre esse affirmat, & secundo numero frigidum esse, cæteris moderatū. Paulus idem asserit. Dioscorides inter venena rettulit: in eius sententiam iuit Auicenna, & pilosum corticem psyllij horrido algore perniciosum esse; at medullam, à calore lethalè vim gerere asseruit. Mésue cum Auicenna censeret, atque affirmat Ruffum corticis superficiem ordine tertio frigidam & humidam posuisse; verùm Dioscoridem, secundo numero illam frigidam asseruisse scribit: accedit autem Dioscoridi, motus auctoritate Hippocratis, Qui, inquit, scripsit toto naturæ domicilio, nullam rem madore frigido surgere vltra secundum numerum. Plinius frigere dicit, at de veneno illi silentium est: hic vir, multa quæ nusquam sunt narrat; eorum quæ sunt, tacet nihil: quare putandum venenū non esse. Matthiolus venenū esse cum Dioscoride sanctè affirmat. Manardus proferre suam sententiam non audet; sed dicit, si venenū gerat psyllium, id non erit ex calore, vt Auicenna & Mésue putant, sed ex frigore illam vim imprimet, Dioscoridis sententiâ. Fluctuantem videmus

mus sententiam de veneno, cum hic calidum, ille frigidum asserat: quare venenum non esse, sed saluberrimum medicamen affirmamus: Datur enim drachma puerulis, à fatierate fatigatis, & quamuis dentibus attritum, innoxium deprehendimus. Galenus quoque secundo De antidotis, refert antidotum cui immittitur contusum psyllium: sed alexeteriis, nullum deleterium immittitur. Quare Galenus eius vim exactè cognouit: at fieri potuit quòd ad Auicennæ manus semen calamitosâ vi præditum inter psyllij semina deuenit, & hinc optimo psyllio notam impressam fuisse. Ludit Mésue dum Hippocratem & Dioscoridem graduum meminisse asserit.

Serū lactis.

**SERVM LACTIS**, in signe remedium in febribus ardentibus. **RATIO** parandi hæc est; Bulliat & ferueat, est enim flatuum plenum; ita quicquid casei crassamenti habet subsidet. Separat se per oxymel, vel flores cynaræ, cnici semen, aut ficulneum lac, & per coagulum: Sed per oxymel, aut mel diu incorruptum perennat: Manipulus acetosæ illi incoquitur, ad febrilem sitim extinguendam.

Aqua frigida.

**AQUAM** refrigeratam, & niuem potabant veteres, & aquam de niue rigentem in deliciis habebant. Perennabat illis nix toto anno fossis condita, pannis paleis que cincta, ut prodidit Plutarchus. Aegyptij, inquit Galenus, calidam noctu ventis exponebant, manè humi deponebant, frigidâ rigabant fictilia, quibus aqua inerat, ac frigidis herbis obruebant. Alij in puteos vasa aquâ

calente plena dimittebant. Nero calidam aquam in niue refrigerabat, ita voluptatem niuis absque à niue incommodo bibebat. Romæ Decocta Neronis dicebatur hæc aqua; vnde Galenus 7. Methodi scripsit, hanc illi δεκδοται vocant. Est enim gratissima naturæ aqua frigida, quam semper, inquit Plinius, bruta prosequuntur.

Hæc itaque alteratio perficitur medicamentis simplicibus, vel compositis. Composita in quibus caloris emicat vis, amicitiam quadam cunctis partibus corporis ad blandiuntur. cum verò altiùs sese effert potentia frigoris, putredinem magis arcebunt. quæ verò remixta pharmaca, humore madent, metum putredinis inferent: ut illa quæ siccitatis maiorem vim spirant, difficiliùs per corporis vias traducuntur, & tardiùs vim suam in corpus effundent. Hippocrates eleganter descripsit potestates calidi & frigidi, libri 5. Aphorismo vigesimo secundo.

**CALIDVM** purificum, præclare ad salutem apparet & facit: naturæ enim bonitatem, & materiæ integritatem significat: ut causa, quia omne suppuratum pepasimus est: & à pepasmo, spes certa salutis ostenditur. Cutim quoque, inquit Hippocrates, emollit: quæ nempe aut siccitate, aut distentione, vel concretionem obduruit: & extenuat, dissipando humores: & dolorem sedandi vim habet, rarefaciendo, vacuando. Quicquid enim habitus & temperamenti immutationem restituit, est anodynum. Et mitigat calidum rigores, qui fiunt ex suppressione excrementi illius, quod in cuiusque

Calidum  
cop. VII.

CALIDVM  
temperati  
vis.

iusque peculiari naturâ redundare consuevit: etenim si id exitu prohibeatur, putredine affectum, suæ congeneres naturæ parit morbos: hanc suppressionem resoluit calor. Ita tetanos & spasmos, & cephalalgiam placat; coquit enim, & resoluit acria & crassa, quin & flatus dissipat. Sed mirandum est quantum cætera remedia antecellat calidum, inquit Hippocrates, ad ossium fracturas, succû alibilem attrahendo, & callum generando: & maximè si nudata sint ossa, quia his frigidum inimicum, maximè in capite. Et calidum labefactatis à frigore cõfert, Herpetibus exedentibus, sedi, pudendo, vtero; τρυτοῖσι τὸ θερμὸν οἴλιον, καὶ κείνον. τὸ δὲ ψυχρὸν πολέμιον, καὶ κτείνον: id est: his calidum amicum, & dextri iudicij: at frigidum, his bellum indixit, & calamitosum est.

**FRIGIDVM** autè, inquit Hippocrates, si quis eo inconsideratè vtatur, adfert conuulsiones, cogendo humores, & neruos contrahendo: liuores, & partium denigrationes accersit, intercepto vitali spiritu, extinctoque calore natiuo: & rigores febriles, suppressione illius fuliginis quæ emanare solebat. **ALTERANDVM** itaque est vnicum membrum, vel multa. Si vnica pars aliâ temperie imbuenda fuerit, id agrè fiet, ni proxima pars eadem vi percellatur. Quare vt id commodè peragatur, partis situs erit perpendendus, motus, & quies.

**SITVS**, vt cum hepar æstu flagrat, dum ventriculus frigore alget: foris tum frigida vnguenta & epithemata adhibemus; at intus piperris integri aliquot grana. Quod si

habitus corporis morbo fatigetur, **MOTVS** & frictione, data primùm remedia & hausta attrahimus & in peripheriam euocamus. quod si in alium vires exercere debent, quietem præscribimus, ne in habitum corporis medicamentum abducatur. **SIN PLVRA** membra fuerint alteranda, cautio de nobilibus visceribus magna esse debet, maximè de corde & hepate: Quæ enim partis nobilis intemperiem emendabunt, blandè viscerum substantiam ferientia, spiritusque eorum alterantia, calorè natiuum recreantia, ac humidum primigenium sint fouentia. Quænam his potentiis præclarè dotata fuerit remedia, mox, vbi de alterantibus viscera agemus, enarrabimus.

## CAPVT IIII.

*De succedaneis & fermentatione alterantium.*

**QVÆ** alterius loco venient, hæc illi respondere debent substantiâ, qualitate, quãtitate, & proportione. Substantiâ, vt crassitie & tenuitate, leuitate grauitate, raritate densitate, lentore & friabilitate. Nec exuta sit illa vis à medicamine, cuius potentiâ succedaneâ frui volumus: quod interdum fit ab aëre, regione, cæli vel soli naturâ, cuius nutritu fruitur, aut culturâ. Ita loco endiuixæ sonchum interdum accipimus, eadè tenuitate substantiæ: pro plantagine, portulacâ; nam substantiæ crassitie mutuò respondent. Quod si hæc ab aëre in aliam substantiæ moderationem abrepta fuerint, non vicem alternatim implebunt; vt si endiuia verno humore

Q re madida

FRIGIDI  
DI ΝΙΧΑΪ  
20.21.

Unica  
pars vs  
alteranda.

Plurim.

Substan.

re madida carpatur, sonchus autem æstiuus squaloribus reponatur. Ita nec thymus Italiae, & hac natus regione, eadem vi decoratus fuit; longèque differunt daucus Cretenfis, & Italiae. Quin & soli ratio magno discrimine auxilia notat: ita montanae herbae ab Hippocrate expetitae fuere, efficaciam maiori etenim præstant cœnosis locis erumpentibus. Siderum quoque motu variè potentias suas herbae variant; horæi fugacesque fructus sub ortu Vergiliarum suauissimi sunt, at his occidentibus, non eandem integritatem obtinent. Quin & culturam à peculiari genio suo herbae degenerant; agrestia, aliam vim gerunt à cicuratis cultu: domesticam curam quaedam ferocem vim veneni (qua primùm effera erant) deponunt: ita persea præstans inquilinum venenum, translatione mitescit. Quare quæ aliorum loco in scenam medicam euocantur, non sint horum potentiam immutata, sed succedaneam personam genuinè referant. **QUALITAS** similis affectanda quoque est, in his, quæ aliorum loco succedent: hæc elucet ex sapore, odore, colore, & tactu. Et in tertiis qualitatibus, quæ peculiare quosdam effectus edunt, ut urinas eiendi, vomendi, purgandi, lac & semen suppeditandi, tum extinguendi. **QUANTITAS** aut vis facultatis succedanei, eodem robore sit dotata: ut cum succedaneum remedium quaeritur eorum quæ tepent ordine primo, eligendum erit quod primo numero tepet, aut cuius non longè hinc aberrat vis.

*Observatio.*

DEIN eam gerant inuicem sympathiam, ut nullam proprietate di-

uersam insignita sint; ut endiuia, quæ sine offensa ventriculi bilem frenat, non aliud in locum pones, quod ventriculum fatigat; quale est solatrum, & cætera bilem domantia, at tamen perniciose vi imbuta naturæque bellum indicentia. Argumento in his nobis sit Theriaca, in qua necessitas nos cogit ad aliena. Primò itaque sit eorum quæ alterius locum occupabunt, concors substantia, cum substantia eius, quod desideratur. Secundò, qualitatibus conueniant, primis, secundis, & tertiis. Tertiò, imponatur lachryma pro lachryma: succus, loco succi: semen, semini succedat: radix, radici: flos, flori: pro opobalsamo, succus inferatur nucis myristicæ: loco carpobalsami, veniat nux myristica: vice xylobalsami, lignum aloës: pro costo, zedoariam accipiemus: pro Rha, reponemus rhabarbarum torrefactum: Mace, malabari locum occupabit: ita caryophylli vel cubebæ, accedent in sedem amomi: aspalathi vices implebit, santalum citrinum: loco calami odorati, inferemus acorum minorem, vel calamum aromaticum.

**DE FERMENTATIONE** Alterantium: Fermentantur ac velitationem subeunt quaedam composita, ut nobiliorem vim induant: cum qualitates simplicium, mutuò sese peruadentes miscentur. In hac obseruandum, ut ritè compositus sit aer ambiens, locus, ordo miscendi, & tempus. Nam in primis, mador resolui debet, qui alioqui facile cœnum facit: nec nimio calore æstuantia, cætera præcellere debent: ut nec ea quæ frigore stricto algent: sed & sicca,

*Theriaca succedanea.*

*Eiusdem generis.*

*Fermentatio.*

ficca, modestè humectanda erunt. Quin vt vis ac potentia frigidorum fuerit, ita prolixè vel breuiter erit fermentationi studendum: ita theriaca diu subigi debet vi fermentationis, ob algidam vim opij: quare nouâ non temerè vtimur theriacâ; nam vis frigoris ab opio, nõdum obtusa vi fermentationis, lædit.

*nonia  
65, 1, 11  
ru no  
tita*

**D**IVINA quædam vis fermentationi inest, liberant enim sese huius vi è corporibus suis qualitates, liquefcunt elementa, diuersis viribus dum traiciuntur: hinc variâ ratione sese iungunt potètiæ. Cùm itaque præcellentibus viribus dotata fuerint iniecta remedia, pariet Fermentatio diuinam quædam facultatem in remedio, quæ euomit quicquid noxæ non mixtis inerat, ac vt sublimiorem sensibusque incompertâ vim fragret remedium, efficit.

*QVARTIO.*

**V**ERVM non sine ratione ambigere quis possit, num in cuiusque morbi curatione, feliciùs sanitatem reuocemus, multorum remediorum remixtione, quàm simplici impermixtoque medicamine. Vetus enim Empiria putabat, in tantâ Compositorum congerie, sæpè aliquid ingeri proprij remedij, quod, cum morbo dum pugnat, & parti affecta: cùm studet, perpetuò suam actionem feliciter. Respondemus, si non ob aliam causam, quàm vt frigida calfaciamus, calida refrigeremus, sicca madore imbibamus, humida siccitate stabiliamus, præscribenda veniant: vel vt dura mollescant, lenta incisione mitescant, crassa tenuentur, viscida abstergeantur, profectò paucorum remedio-

*Sentètia.*

rum potètiâ opus erit, nec fermentationis decor necessarius. Quod verè scripsit Villanouanus, qui potest mederi simplicibus, dolosè aut frustra quærit composita. Quod si remotior, magisque abdita facultas indenda sit remediis, hinc fermentatio utilis erit. Sed cùm sensibus humanis incõpertus sit modus & idea fermenti; obscura atq. anceps, imò incerta erit illa forma, quæ ex variis rebus mixtis surget. Quare rerum variarum farciminatio, nec satis tutæ est, & incerta earum potentia, & non nisi vsu vario sese in lucè proferens: tacitis enim viribus quædam dissentiunt, quamuis non iuncta, eosdem effectus proferant; iuncta tamen, sese peruertüt. Nec enim lacti melline mixtum vinum maluaticum, eandem suauitatè refert: ita nec quæ cum morbis pugnant, eandem potètiâ à mixtione præstant: quamuis alioqui remedia quæ nuper mixta fuere, pristinas exerceant vires, nondum vi fermenti debellata atq. edomita: quare & natura sagax, facilè ex his quæque propriis aptat affectibus. Verùm cùm quæque sese mutuò peruasere fermentationis vi, nulla naturæ tam valida vis in nobis efflorescit, quæ semel ita commissa, diuellere posset: sed noua quædam idea ex illorum concursu nata, sese exerit. Hæc autem recens enata vis, quam potestatem exercere posset in nostrum corpus, solus vsus aperit; quamuis alioqui facultas num adsit humectandi, arefaciendi, refrigerandi, indurandi, incidendi, loquantur rerum iniectarum qualitates; at noua illa forma, ex obscura & abdi-

*Reiectio  
Compositorum.*

*Oculta  
& mani-  
festa præ-  
par.*

tâ vi rerum mixtarum orta, est rationi imperuia. Quare existimamus, remedia quæ præparandi & alterandi vim gerunt, ea esse vel occultâ, vel manifestâ vi prædita. occultâ, vt antidota, quæ noua & inaudita morborum genera curant; ita Crateri antiqui medici seruum, viperæ esus curauit, cum ( vt refert Petrus Victorinus, in Lectionibus suis, ex Porphyrio) caro tota eius ab ossibus abiret; cumque cætera remedia nihil opis attulissent, periculo inuenta vita fuit, cum à vipera mors quæreretur. Ita vipera submersa vino, sanitatem Elephantico attulit, teste Galeno.

*Miranda  
historia.*

**M A N I F E S T A** verò qualitate quæ succos alterant, ac purgationi parant, id ea ratione peragunt, qua aptè materiam morbificam ad exclusionem excolunt: Nam crassam attenuant, viscidam incidunt, ac lentam abstergent: tenuem incoctam crassitie afflant. Sed & materiam crudiores coquunt, vt bona à cõtaminata auellatur: quare tenuis morbifica materia, erit coquenda, modò cruda fuerit, vt tantum formæ sortiatur decus, quantum vi coctionis induere posset: ita enim feliciùs, bonisque ægrorum rebus, naturæ expellenti cedit. Cum coctioni studemus, vtimur decoctis, syrupis, & magnâ remediorum varietate, quò his subsidiis calidi naturæ qui bellum indixit, frangatur. Quare perpetuò ad materiam erit collimandum, quænam sit illa materies moderanda ac coquenda, & quænam temperie totum corpus sit præditum: vt si materia morbifica

*Coquenda  
tenuis  
ma.*

*Coctio, &  
Præp.*

fuerit frigida & crassa, attenuantibus vtimur decoctis & calidis: nam quinti Aphorismorû septuagesimo, proditum fuit, pituitam à febrili calore coqui. Præparamus itaque vt materia nõ sit contumax ad maturationem: quare præparatio præcedet coctionem; naturæ quædam id fiet æmulatione, quæ cum versura est chylum in sanguinem, primò succum hunc præparat in ventriculo, ac quasi in æquabilem madorem cibum eliquat, quò calor æqualiter agat in omnes partes. Hac præparationis velitatione, materia fiet naturæ coquæti obediens, ne succedente pharmaco, fiat via vi, sed vt morbifica materia, pharmaco trahenti, & naturæ expellenti cedat.

#### CAPVT V.

*De Corroborantibus & Alterantibus  
principes corporis humani partes.*

**CORROBORANTIA** ea sunt quæ parti alicui ab omni illuuiæ iam expurgatæ, vim atque naturam restitunt, pristinaque reddunt valetudini. Verè dicebat Celsus, rarò quisquã non aliquam partem corporis imbecillam habet. Partes corporis, aut sunt similes, vel organicae, quas, labefactatæ cum fuerint, roboramus: hoc fit, cum ad antiquam temperiem eas reducimus, medicamentis intus & foris aptè adhibitis. Cum fœda humorum (quæ morbum faciebat) eluuiæ iam coctæ, pharmaco trahente excussa fuit, pars morbo tamen labefactata, ne succrescente nouâ cacochymiâ (cum nec ritè alimentum cõficere hætenus potuerit)

rit) restibili fecunditate nouum morbum inuehat, roborari debet. Curandum in his est summe, vbi diuersae intemperies negotium faciunt, ne dum vni prodesse cupimus, alias partes damnis augeamus: vt si aestu flagrarit vterus, at frigore languorem ceperit ventriculus, temperatis vtetur, quibus perinde ac tepida addita gelidæ, frigoris excessus remittatur. Alioqui si hæc non astu prouidentur, vt ait ille apud Comicum, aut hunc aut illam pessundabunt, nec quid agas certum est, huncne adiutes, an auscultes illi: si illum relinquis, eius vitæ timeas: si opituleris, huius minas, cui remediari difficile est.

*Cor alterantia: & qualia ea esse debeant: & indicationes, ex eius præstantiâ ductæ.*

**COR.** *Q*UÆ præscribuntur ad Cordis flectendam intemperiem, ea nec feruido aestu incandescere debent, nec à rigido algore torpescere: verum genuinam quadam moderatione ac temperie, parti huic principi adblandiri debent: quin & putredinem arcere; recreare spiritus vitales, ac tenuem calorem cordis excitare, & eius veluti ἐκλαμψιν prouocare. Sanguinem eiusque ichorem suggerere debent benignum, hæc dico medicamina, quæ cordi alterando dicanda erunt; quin & facilem spirationem ac expirationem conciliare debent. Cor alterantia remedia, tanta moderatione insignita sint, vt & iis pro nutritu vtatur natura, & ex his spirituum limpidissimorum copia succrescat. Aut hæc auxilia talia sint, quæ, tota vi

naturæ, cordi suam operam dicarunt: non à temperie profectâ facultate, sed ex abditâ vi, sensibusque omnino incomperatâ: aut quæ aperta vi, succum melancholicum coquunt, idque modico calore, & quasi naturæ æmulo.

*Βελαιωσις* PRÆMISSARVM INDICATIONVM, & eorum quæ de Corroborantibus cor mox narabimus. DEVS optimus maximus, **CORDIS** fabricam mirandam sapientiâ absoluit: Huius sinistrae parti sinum amplissimum insculpsit, in quo, tanquam in publicâ quadam officinâ, spiritus vitales cõderentur: vt inde his vehiculis, veluti è promptuario quodam animæ vires emissæ, vitali vigore totam corporis œconomiam rigarent, utque ab his, qui sopitus iacebat in singulis membris calor excitatus, vitali vi, ea animaret. Hi vitalis roboris satellites spiritus, sanguinis totius tenuissimam partem, vapidumque eius rorem, sui originem agnoscunt, tantò sanguine tenuiores ipsi, quanto reliquum corpus densius compactiusque sanguine cõcreuit. Qui spiritus, cum exactè elaborantur in corde, amœnam quandam ideam, & cœlestis blandique caloris æmulam referunt, lumine quodam vitali perfusi; gaudij, mœroris, iræ, ac timoris auctores. Hinc Indicatio illa enata fuit curatrix, quod medicamina cordi studentia, spiritus recreare debent, ac sanguinem benignum suggerere. Cum enim spiritus ille suo decore fulget, ac pandit se toto corporis theatro, cuncta gaudio quodam perfundit, humanamque mentem in lætitiâ exporrigit.

*Cordis fabrica.*

*Spiritus cordis.*



Hæc causa est cur ab assumpto lapide Bezaar, mens in repentinam sese laxet lætitiã. Quare studendum erit, vt eius sanguinis copiã ditetur corpus, ex quã surgant spiritus elegantissimi tēperie, ac splendore micantes. Cùm enim accisa spirituum vbertate languescit cor, aut eorum cùm temperies labefactatur, cumque nõ eadem tenuitate splendescunt, sed vastã quadã crassitie restagnarint, nimiaue tenuitate sese pandere si nequeant, sed potiùs vaneſcant, aut tenebris sese implicent, cuncta iam tum in tristem mœrorem abripiunt. Vt enim sulphur facillimè flammam concipit, ita vel minimo momento, spiritus, lætitiã & mœrore perfunditur.

**VINI** Hinc ea vino optimo vis inest, qua in præſens gaudium abripiunt hominem; etenim spiritus gignit moderatos temperie, & consistentiã mediocres, humore moderato perfusos (hinc enim & pueri in gaudia præcipites sunt) ac splendidissimo lumine emicantes. Quod suauissimus Anacreon, vino suauiter tinctus, in se vsu comperit, cùm ait:

*Ὅτ' ἐγὼ πῖος ἔδινον,*

*Ἀποείπην Ἰμέμωαι*

*Πολυφρόντιδες τε βυλαὶ*

*Ἐς ἐλικτόπους αἰήτας. hoc est:*

*Vbi suauis potio vinum,*

*Subitò molesta cura &*

*Operosa consilii vis*

*Rapidas eunt in auras.*

**CORDIS** Quare ex naturã cordis, eiusq. spirituum & sanguinis, elucet, ea remedia, quæ ad miniculo cordi futura sunt, insigni vi dotata esse debere, qua vitalem eorũ potentiam firmare possent, atq. crassiores spiritus

remedia,  
qualia,

rarefacere. Robur autem spiritibus afflatur, ex moderatã eorum temperie, & si prouisio habeatur, vt copia eorum affluat, & si qui exhausti fuerint, resarciantur: & ne si copia eorum adsit, nimium resoluantur.

**VBERRIMAM** spirituum copiã sufficit facilis cordis motus: quò, cùm dilatatur, prolecat nutrimenti amplissimam vim; cumque pectus, ac pulmonum fistulosa substantia plurimum ad miniculi cordis motui adferant, studendum, vt expeditus eorum quoq. motus sit, ac vberimus allapsus aëris ad cor; ac eiusdem vt procedat expectoratio. Rari verò redduntur spiritus, ex motu, & ex eorũ expansione. Quare nullum remedium, æquè robur ac tenuitatem spiritibus addere potest, ac solemnem quædam lætitiã. Etenim vt id, quod algore sæpe rigescit, tandem frigus inexpugnabile imbibit: ita & qui lætitiã sæpe circumfluit, lætiores naturam induit. **SANGVIS** quoq. exuberans clarus, calore mediocri transfusus, in plurimos limpidissimos spiritus sese effundit, ac quasi in illos eliquescit, ac gaudij & venustioris lætitiæ auctor est. Rationi itaque consentaneum erit, vt procuremus, ne sit sanguis aquosus, nec turbido crassamento fœdatus; etenim in splendore & diaphano, seu claritate modico calore perfusã, habitat gaudium. Quare ex his symbolis rationum, orietur **INDICATIO**, vt his talibus potentiis ornatis alimentis, foveamus spiritus; indicio est vinum, & ea quæ delectant grato dulcore ac odore, qualia sunt aromata suauiora. Quod si accersendum

Spir. cor.  
p. 12.

LÆTITIÆ

Lucida, Margarita.  
 fendum fuerit spiritibus LVMEN, margaritas præscribemus: nã luce quadã viuidã præcellũt: hinc olim tantus earum census. Vnio quem Seruilia à Cæsare accepit, sexages festeriũm æstimatus, hoc est, centum quinquaginta millibus aureorum. Quin Veneri generici Cæsar vnionẽ dicauit, auctore Suetonio. Cleopatraz vnio centies festeriũm fuit æstimatus: quod precium Budæo æquipollet aureis solatis ducenties quinquagies mille. & Lamprius narrat vxori Alexandri Severi donatum esse vnionem ingentis precij. dos horum in candore & figura. Solino vnio dictus, quia vna insignis tantũm ostreis inest. Præscribemus & corallorum substantias, vt & sericum: ea nempe vi prædita, qua spirituum madorem absorbent, eorumque quod exhaustionẽ sua siccitate coërcent. Quin & nimis tenuis spiritus si euanescat, indeque ab exhausto frigescat, quæ congregant ac colligunt, glutinant & quasi constringunt spiritus, remedio erunt: quales sunt myrobalani chebulæ conditæ, catabe, & quoque corallum. Quod si nil nisi temperamenti eucrasia desideretur, vt si frigus molestũ sit, daronicum remedio erit: si calor in vitio fuerit, hunc expugnabit caphura, & aqua rosata. sin turbidus ac melancholicus vapor turbet spiritus; in vsum euocabimus quæ hoc inquinamentum à spiritibus abstergent: qualia sunt buglossum, bezaar lapis, melissa. Sunt & quædam quæ TOTASVBSTANTIA abditã, lætiores spiritus reddunt: vt rubinus, saphyrus, hyacinthus, citrinus, quæ-

dam tamen & aperta vi, & occultã potentiã remixtis, ituant; vt muscus, ambra: his enim & aroma, & incomperior vis adest. Ita remiscemus succum pomorum redolentium (matiana vocant) cum ambra & mosco, vbi frigus molestum est: Nam quæ vim alimentariam habent, ea prolestant vehementiũs partes nutritioni dicatæ; & nutrimentum gratius fit aromate. Aroma autem subtile est, vapidum & fumosum: at duleor, in substantia resedit crassiore: hinc aromata nutritioni spirituum magis sunt accommodata: verũm dulcia, corpori nutriendo. Hæc causa fuit quod cordi dicata remedia, plus aromatum postulent, quàm dulcoris: at hepatis studentia, plus dulcedinis quàm aromatis efflagitant: quamuis exiguum aroma non abnuant: etenim hoc, officina est nutritionis: at istud, spirituum.

## CAVTIO.

VBI ex crasso sanguine laborat cor, à diureticis & sudorificis erit abstinendũ. Nam hæc exhauriunt serum sanguinis, illumque crassiorem relinquunt, ac in mærorem promptum. Verũm si cordis debilitas adfuerit à sanguine tenui & aquoso, hæc iam tum mirum in modum proderunt. Flatulenta, cordi sunt inimica; nam inde spiritus afflati vaporibus fædantur, hinc illi tenebescunt ac stupefcunt, cordis frangunt vim ac mærorem inferunt. Id summè notandum, vt cùm vsum inimus rerum siccarum & adstringentium, adiiciamus quid, quod penetrandi vi valet: vt cùm vtimur succino, vel terra lemnia.

Aromata  
& dulcia.Diures.  
& sudor.

Flatula.

Nota.

Que

Eucrasia  
stabilien-  
tia.

OCCULTA.

*Quæ cor alterabunt.*

**CITRIA** SINT QUALITATE TEMPERATA: VI IUSCULA CARNIUM MODERATARUM, IUSCULA COCTA CUM SEMINIBUS CITRIORUM. scribit Athenæus mirâ vi venenis resistere hoc pomum: ac eleganti historia fidem fecit. Cùm princeps quidam Ægyptius maleficos duos condemnasset, eosq. aspidibus in prædam exponendos dixisset: ij fortè citrium in itinere comederunt; quod caupona quædam illis obiecerat. Mox dum in theatrum descendissent, ac à ferocissimis feris demorsi essent, nihil noxæ senserunt. Præfectus à satellitibus percunctari cœpit, num antidotû præsumpsissent. Respondentibus citriû; postridie iussit vni præberi, alteri verò denegari. Quo facto, iterum demorsi: qui comederat, nihil iniuriæ sensit: alter, læsus vndique liuore deformatus confestim interiit. Theopompus Chius scripsit, Clearchum Heracleotam, Ponti tyrannum, multos veneno sustulisse, pluresque necare voluisse, nisi citrij vis à populo cognita, venenis restitisset. Non mandebatur hoc malum Theophrasti ætate, sed ne Plutarchi quidem auorum memoriâ. Parthorum proceres granæ eorum esculentis incoquebant, commendandi halitus causâ. Vinum moderatâ quoque temperie cor alterat, modò nullum caniculæ æstuantis empyreuma spiret. Syrupus boraginis, & buglossi: nâ cum quodam madore calent, vt & syrupus de pomis temperatis, & ex citreis malis. Talis est & Antidotus analeptica, à Fernelio descripta libro eius Methodi 7. iulep violatum,

crassâ cōsistentiâ, & limpidò splendore illustre, vt sit hydrophorum. Manus Christi perlata: margaritas enim accipit, quæ cœlesti quodam splendore, suam ab elemētari contagione vim liberam indigitant. Aranciorum mediocri acore temperatorum caro, saccharo adiecto contusa, ac æstiuis solibus cocta. Syrupus melissæ, mirâ vi excellit, vapores fœdos absterget à spiritibus cordis: scripsit de melissa Abincenna, recreari spiritus ab eius odore; ac vi stricta, roborari ab eâ visceribus; & leptomeriâ, omnia peruadere.

PROHIBENTIA PUTREDINEM esse quoque debent quæ cor alterabunt: talia sunt subamara, quæ aperiēdi vi prædita sunt, quale est semen citreorum malorum, zedoaria & moderatè pleraque calentia. Quin & conserua acredinis citreorum putredini resistit: quemadmodum & hæc sequentia; acetosa, borago, cichoreum, melissa, betonica, scabiosa, pimpinella: Quæ ex margaritis & gemmis componuntur, & corallo, manus Christi: Carduus benedictus infarctus expedit, ac sudore omnem putredinis vim eiicit: nam putredo, soboles obstructionis est; hinc enim omnia putrent, & serum sanguinis, flatulentum inde concipit spiritum, ac calorem præter naturâ; hinc turbatur sanguis, ac putridæ febres fiunt. ARISTOLOCHIA, & pilulæ Fernelij de Aristolochia, & Theriaca, Mithridatium, Electarium ad Pestilentiam, quale illud est quod describit Andernacus commētario secundo, De nouâ & veteri medicinâ, Dialogo 7. vbi de corroborantibus

Margar.

B.

Cardum bened.

bus electariis; folio quingentesimo septuagesimo quinto. crocum, myrrha, menta aquatilis. Accipe melissophyllum, cōtere, ac incoque aquæ cardui benedicti: cola, adde syrupum violatum, ac olei vitrioli parum: id & gratum erit palato remedium. Accipe conseruæ acetosæ, drachmas sex: seminum citreorum puluerifatorum, drachmam: superbibat syrupum. Interdum scriptulum margaritarum conseruæ addimus, vel tormentillæ, aut pentaphylli: nam non ita calent.

CALOREM CORDIS recreare debent quoque, ea, quæ tutò cor alterabunt. Talia sunt aërea, quæ calorem tenuem & euaporabilem sortita fuere; vt crocum, moscus, styrax, beniouinum, castoreum, rosmarinum, cortices citri cōditi, melissa, maiorana, dictamnus, iuniperi baccæ, doronicum, carduus benedictus, angelica, myrtus, stæchas, radix pimpinellæ, maiorana, aromata, caryophyllū, cinnamomum, lauendulæ flores. Et ambra, quæ calet & siccat secundo ordine, & viscosæ densitatis quid obtinet, attamen vehementer roborat cor, ac lætius illud reddit: cunctos spiritus recreat, & moscum temperie superat; nam subtili crassamento excelsit. Confectio lætificans Rasis, ab eo descripta libro nono ad Almanso-rem, capite De melancholia: accipit melissam, quare, inquit, animi hilaritatem, coloris amœnitatem ac iucunditatem, bonamque coctionem creat, & caniciem retardat. Id notandum, Rasem miscere tribus partibus mellis, vnam puluerum: at pragmatici, vix duodenā iam par-

tem puluerum, saccharo committunt. Confectio alkermes, conserua anthos; electarium pleres archon, hoc, animi motore pressos mirè recreat, & longo morbo exhaustos instaurat. Electarium exhilarans Galeni, & Aromaticum rosatum. COQVITVR capo dum ab offibus cedat, dein cū iuris libris quatuor cōtasus inditur alembico, adduntur conseruæ ad semilibram: cum speciebus simplicibus & compositis, & aquis distillatis, seminibus, & interdū radicibus, cum micâ panis infusâ vino: distillatur: huius semilibra, cum sacchari vnciis tribus, & cinnamomi drachma, traducitur per manicam Hippocratis.

SPIRITVS etiam alere debent, quæ cor alterabunt: talia sunt quæ citò alunt, vt aqua vitæ eliquata ex vino Rhenensi: illa enim mitior est, nec adeò flagrat æstu: etenim ex sedecim partibus huius vini, vna aquæ vitæ elicitur distillatione: at ex Gallici, octo. Si cinnamomi crassius cōtusi pulueres, addito pauxillo nucis myristicæ & zinziberis, aquæ vitæ immittantur, paucis diebus, totum puluerum aroma, prolectabit aqua vitæ: mirū est, quàm citò reuocent vires, guttæ aliquot huius aquæ, ex vino haustæ. Confectio alkermes spiritus melancholicos à corde profligat, & crassos attenuat. accipe confectionis alkermes semunciam: cōseruæ radicum buglossi, vnciam: conseruæ florum rorismarini semunciam: pulueris diamargariti frigidi, drachmam: cum syrupo de pomis redolētibus, fiat OPIATVM: hoc hilaritatem parit. Conserua buglossi, spiritus

*Inflam-  
rans.*

*Elegans.*

*Aqua vite  
ad inhos  
ficandos  
vnde supra  
p. 21*

*Alker-  
mes.*

*Bugloss.*

R tempe-

*Ambra.*

*Melissa.*

*Notandū.*

*Bezar.*

temperat, gignit, & fouet: vt & lapis **BEZAR**, nam insperatam quandam latitiam subito affundit, eo ipso die, quo fuerit haustus. Conseruæ rosatæ, vel violatæ, adde guttas aliquot olei cinnamomi, vel caryophyllorum. **AQUA** cinnamomi, cum saccharo albissimo in zulapium excocta.

*Löbard. ouum.*

**SANGVINEM ET TICHORÈM** præbeant etiam benignum, quæ cor tuto alterabunt: Talia sunt aërea, calori modesto sociata. Qualia sunt passulæ, ficus, dactyli: vitelli ouorum cum vino, iusculo carnis, & saccharo. Vel illud quod nostri ouum Lombardicum vocant: quod hoc modo paratur: Accipe vini & aquæ partes æquales: aquæ rosatæ, cochlearij copiam: vitellos ouorum duos. sacchari quod satis est: & parum cinnamomi. Coquitur musculosa albaq. pulpa caponũ, ex aqua rosata, quæ saccharo infuso dulcescit; sub finem coctionis, cinnamomi tenuissimus puluis affunditur: finguntur frusta dura, quasi scyballa; quæ palato mira Venere blandiuntur. Napido balneo elicetur liquor ex carne caponis, cum pauco cinnamomo, & aranciorum succo. Laudantur aues pingues montanæ, turtures, perdices, testudinũ nembaliũ caro, lac, & eius pinguior pars: & pulli cum herbis alterati.

*Panis Marsicus.*

**PANIS MARSICVS.** pulpa mēti capi, perdicis, vtriusq. vncias tres: pulueris Diarrhodonis abbatis, Diamargariti frigidi, singulorum scriptulum: pinearum contusarũ, & aquã rosatã maceratarum, drachmam: sacchari aquã rosatã & boraginis diluti, quod satis sit, fiat

*Congelatum.*

placenta. **CONGELATVM:** Capus in minutas partes scinditur, cum paucã carne vitulinã; ex aqua & vino coquitur, dum ab ossibus cedat caro; colo traducitur ius: pinguedo restagnans abstergetur, & iterum coquitur, & tribus libris iuris, vna sacchari additur, & cinnamomi vncia. Saccharo diluto iniiciuntur albumina duo ouorũ rite concussa, ac parum simul coquuntur, mox colantur quinquies vel sexies iuxta ignem.

**SPIRATIONEM ET ESPINATIONEM** promouentia: Talia sunt aërea; vt pulpa iuinbarum, & sebesten, violæ, diaris, vinum passulatum, saccharum crySTALLINUM. Sint cuncta talia, quæ, moderatã temperie prædita, pectori student. Hæc scripta à nobis sunt in ea serie remediorum, vbi de corroborantibus pectus. sint naturã ita comparatã, vt pote quæ leni quodam modo pulmones rigãt, ac expectoratum promouet. Respirat enim maximè cor, per pulmonum poros: quibus infarctu obsessis, libera spiratio coërcetur. Quia de his in sequentibus, supersedeo. Sed illud obseruabile, cardiaca duo postulare; vt agãt: & vt citra noxam agant. vt agant opus est narcoticis, & meabilibus, quæ viam aperiant. Narcoticis, quò non euanescat vis cordialiũ: ideo veteres opium importarunt cardiacis. Sed his non vtendum antequam tres vel quinque menses fermētata fuerint. Adduntur & leptomeriã insignia, quæ & flatus exigunt, & crassiora cordialia remedia attenuant. Si calore astuant cardiaca, syrupo de pomis corri-

corriganur: nam occulta vis correctionis non eget.

**COR ALTERANTIA CALIDVM: & istud ROBORANTIA.**

INTVS hæc propinantur:

**VNICORNIS** cornu, cum succo citriorum malorum exhibitum: quod veneni vim frāgere existimatur à vulgo. Sunt autem quatuor animalia quæ vnum cornu gerunt, Rhinoceros, Asinus Indicus, Oryx apud Aristotelem, & Unicornis. De nullis autem cornu ab antiquis proditum fuit, venenis resistere, quàm de Asini **INDICI** cornu, ab Æliano. Iulep violatū, mirā amœnitate refrigerat: viola enim cordis tædiā depellit, contracta, ab adusta bile: est enim mollis viola & aquea. Iulep rosatum, quod crystalli more splendet: eius componendi rationem explicauimus libro primo: horū alioqui loco erit syrupus violatus, & rosatus. Ita & buglossum & borago in diuturnis morbis conferunt: nam vel continuus eorū vsus, non lædit. citriorū succus, & aranciorum, vīnum granatorum, acetosa, trifolium acetosum, nymphæa; nam arcent fumos turbidos à spiritibus cordis: Nymphææ frigus, temperatur croco, vel cinnamomo. Margaritæ cor roborant ob splendorem; melissa viridis, santala alba, cornu cerui vstum, setum vstum, lactucæ semen, portulacæ, acetosæ; coriandrum, friget in secundo ordine, & siccatur in tertio, spiritus densando roborat: cucurbitæ semen. Rosa non validè mixtas qualitates gerit, sed facillè separabiles: est frigida in secundo ordine, & calida in

primo: lenit & humectat, & siccatur: cardiacæ calidæ confert. Cùm itaque tantas, ac tam amœnas vires Rosa spiret, non mirum est antiquitatem sese in eius admirationem effudisse: quare & ipsis rosis suauior Anacreon, inquit,

Τὸ ὃ δὲ θεῶν αἶμα,  
Τὸ ὃ καὶ βροτῶν τὶ χάριμα,  
Χαίρειν τ' ἀγαλμ' ἐν ὥραις  
Πολυανθέων ἐρώτων.  
Ἀφροδίτιόν τ' αἴθυμα.  
Τὸδε γὰρ νοσῶσιν ἀριεῖ.  
Χαίρειν ῥόδων ὃ γῆρας  
Νεότητι ἔχεν ὀδυμῶ. id est,

Rosa, flos odor ὃ, diuūm,  
Hominum rosa est voluptas.

Decus illa Gratiarum  
Florente Amoris hora.

Rosa suauium Diones.

Quid plura? nōne multis  
Medicina certa morbis?

Huius senectæ suauem

Seruat iuuenta odorem.

Pauci profectò flores sunt, qui æquè oculis, naribus, palato, & sanitati student, ac Rosæ: quare fabulatur Anacreon, fulgentē illū ruborem, rosis afflatū fuisse, quòd Diu nectare eam asperferunt. Geoponicorū auctor libro vndecimo, narrat, fabulam celebrem fuisse, Cupidinem alis lasciuentem inter choreas Deorum, craterē nectaris plenum euertisse, ac istud in rosam effluxisse. illud vnum indigitant, sese non posse eloqui diuinas Rosarum vires. Quare apud Achillē Tatium, ex oda Sapphus scribitur, si Iupiter vellet floribus imponere regem, Rosa inter flores regnū obtineret. Certè sine Rosis, Medicina rarò Gratiis sacrificaret. Cōfert quoque

47 Floris  
pizis  
in fa  
in f  
2

cardiacis citriorum ac limonū aciditas, si saccharo aspergatur, ac solibus æstivis coquatur: est frigida & sicca tertio ordine: benè datur cum antidoto Alkermes. Corallus frigidus est in primo numero, & siccus in secundo: occultâ vi firmat cor, & luce quadam spiritus rigat, & cum adstrictione firmitatem præbet.

Coral.

Caphura.

Caphura est frigida & sicca in tertio ordine: spiritus roborat, ac ab exhausto arcet: eius frigus mitescit adiectâ ambrâ, aut mosco, & ne obfit ariditas, affunditur oleum violarum: suo lumine ac tenui vi, traiecit spiritus, ac lætitiâ præbet. hoc mirum, si cyathus aquæ in qua caphura quanta nux auellana est accensa conflagrarit, exhibeatur cardiacis, statim liberantur. trochisci quin etiam de caphura vapores arcet calidos: & crystallum, quod & lac auget: & emblicæ myrobalani, pyra, cancri fluuiatiles; tamarindi, qui cholericis conferunt, rosata nouella, diamargaritum frigidum: diamoscum dulce, quod & cōtra acnitum præualet. S P O D I V M frigidum est in secundo: lumen afflat, ac itabile robur spiritibus adfert: frigidis datur cum croco. trochisci etiam de spodio, Accipe succum de

Acniti  
remed.

Ribes, coque cum aqua hordei & saccharo: gratissima est hæc potio, cum COR ab æstu flagrante incanduit: & syrupus de ribes: succus cerasorum acidorum rubrorum, qui vini modo expressus, deferbuit, in annum asseruatur; lenit æstus febri- les. Ita paratur & succus è Ribes.

Acida.

Syrupi acidi omnes, vt ex acore citreorum, limonum, aranciorum, granatorum, de ribes, de agresta, ex

acetosâ, aceto: omnem veneni vim, humoribus cōceptam, exhauriunt. Fiant hi syrupi ex malis maturis, ita citra astrictionem, tenuando refrigerabūt: quod *χαλῶς* fit in febribus pestiferis, nam validè putredinem arcet. Syrupus de Cichoreo compositus Nicolai Florentini; describitur in Antidotario Florentino. Syrupus Saporis de pomis, eodem in Antidotario descriptus: & pomorum odoratorum succus, & cydoneorum malorum succus: & syrupus è succo persicorū malorum. Syrupus endiuixæ cum aquâ violarum, in qua maceratum fuit corallum, margaritæ, & bolus. Iusculum pullorum, alteratū lactucâ, oxalide, linguæ cetuinæ aquâ, & melissâ: acetum, & manus Christi, species trium santalorum: antidotus Analeptica Fernelij, eius libro septimo descripta.

PAUCÆ sunt conseruæ frigidæ; iam in vsu sunt, rosarum, violarum, nymphææ: nam conseruæ boraginis & buglossi, vtriq. causæ student, vt & cortex citri conditus. Si adsit tenuis humoris affluxus, his miscbimus diatragacanthum frigidum, vel santalorū, aut diarrhodon abbatis, elect. de gemmis sine speciebus: sin lentus humor fuerit expectorādus, miscemus quid diaireos simplicis, & Salamonis, vel quid Diatragacanthi calidi. Trochisci diarrhodon Nicolai. Persica condita: quæ quia cordis imaginem referunt, ab antiquis huic studere existimatum fuit: fit & syrupus de Persicis, & Armeniacis malis. Vsu compertum est, pimpinellam solutam aquâ calidâ, febrem cōtinuam

statim

*B  
pro hio ex  
mphi m*

*pro hio ex  
m de y b m*

Succi gra-  
di.

Obsarum.

e pomis.

Ius.

Conseruæ.

Cauter.

Persica.

Pimpinella.

*Pbl.*  
 statim domare: lac acidum, & anguriae aqua: pulli aceto & agrestâ conditi. Semen psyllij tota nocte aquae infusum: quae manè colabitur, & adiecto saccharo pota, intolerabilem calorem febrium placat; ac aluum eliquat. Malae fœditati resistit hic **POTVS**: Accipe syrupi de Byzantiis, oxysacchari, syrupi acedinis citriorum, cuiusque vnciam: mithridatij, drachmam: caphuræ, grana tria: aceti rosati, vnciam: aquae cardui benedicti, & acetosæ, cuiusq. semilibram. **SOMNVM** inducens, Accipe confectio- nis alkermes scriptulum: diatraca- canthi frigidi, drachmâ: aquae violarum, buglossi, vel nymphææ, singulas fescuncias. Decoctum cordiale, descriptum in Antidotario Florentino: quod apud D. Plantinum excusum extat.

*Iulep.*  
**IULEP** fit ex succo buglossi, endiuizæ, succo pomorum, & aquâ rosatâ, additâ sacchari parte sextâ: hæc suauiter coquuntur in spissitudinem. Iulep ex foliis melissæ, coctis in aqua rosata, dum vim acceperit melissæ: vel succo buglossi inditur.

*Condit.*  
**CONDITVM**, Accipe conseruæ anthos, rosarum, boraginis, buglossi, capillorum Veneris, cuiusque drachmas duas: corticū citrij conditorum, sesquidrachmam: pulueris electarij pleres archôn, diarrhodonis abbatis, trium santalorum, singulorum semidrachmam: foliorum auri sex: sacchari quod sufficit, vt fiat **CONDITVM**: auro cooperiatur. **ELECTARIVM**, Accipe pulueris electarij, diamargariti frigidi, sesquidrachmam: margaritarū electarum, candidarum, puluerisata-

rum in mortario marmoreo, ( ne candorem deponant ) cum pistillo ferreo, scriptulum vnum: camphoræ grana duo: vel trochiscorum de caphura, scriptulum: radicum dictamni, tormentillæ, corticum citri, singulorum scriptulum: conseruarum buglossi, nenupharis, rosarum, vnius, aut omnium, ad copiam binarum aut ternarū drachmarum: sacchari albi dissoluti in aqua rosarum vel boraginis, quod satis fuerit, vt inde fiat electarium in tabulis: vel additis serapiis, fiat electarium liquidum. **ALIVD**, Accipe Diarrhodonis abbatis sine mosco, drachmas tres: specierū trium santalorum, sesquidrachmam: conseruæ rosatæ, syrupi violati, cuiusque fescunciam: fiat electarium molle. Ita agebat Rases, qui in sua confectio- ne lætificante, tribus partibus mellis, miscebat vnam partem puluerum. Elegans remedium in spiritu euanidâ vi: Accipe succorum densatorum acetosæ, endiuizæ, radicum quinquefolij, cuiusq. vnciâ: limaturæ auri, scriptulos duos: caphuræ drachmam: serici crudi, drachmas binas: seminis citri, semunciam: conseruæ foliorum endiuizæ, acetosæ, singulas vncias: cum syrupo de acedine citreorum fiat electarium. Basin ponūt succi densati: gratiam addunt conseruæ. Datur à semidrachma ad semunciam: infrigidat numero primo: siccat secundo. constat ex meris cardiacis, seu spectes basin, adiuuantia, vel quæ gratiam adflant & formam. In cordis rebus, ex remediis aridis fiunt Trochisei; at ex succis, sapa, vt granatorum, & cydoniorum, prunorum



norum acidulorum. Vinum rhodites. Ex his iam dictis rebus, variae remediorum formae confarciuntur, quales libro primo descripsimus. **NOTANDVM:** Mirae quid potentiae inferre medicamentis videtur remedium stupefacies, cum miscetur rebus illis quae cordi dicatae sunt. Etenim eo modo integras ac incorruptas suas vires, tandem in **COR** effundunt, nam restibili quadam potentia, diu vires suas impriunt, nec facile euanescent, ut opium, cardiacis remediis exceptum, ac cum his fermentatum. Haec de iis, quae **INTVS** assumpta cor recreant, ac alterant, dum calore languet.

**FORIS.**

**FORIS CALIDIORI** cordi student fomenta, ex rebus moderatione insigni refrigerantia, ut cuncta ex rosis comparata, aqua rosata, acetum rosatum, unguentum rosaceum mixtum cum santalino, vel unguento populneo, oleum rosatum: miscent violas & santala. Caphora & trochisci ex ea confecti. Vrticae succus cum paucis unguento populneo, arteriis illitus: vel eius folia, cum oleo violarum contusa, ac admota. **EPITHEMATA** ex aqua buglossi, boraginis, violarum, rosarum, nymphaeae, cardui benedicti, melissae, succo citrii: additur corallum, vel crystallum, aut puluis ad epithema, descriptus a Cordo, aut species diatrhodonis abbatis miscentur, vel diatrion santalorum species, aut diatragacanthi frigidi, cum paucis croco.

*Epith.**Saccul.*

**SACCVLVVS** fiat ex floribus, boraginis, buglossi, violarum, rosarum, nymphaeae, & foliis melissae,

cum flauedine malorum citreorum, aut aranciorum: irroretur vino & aqua melissae, vel aceto & aqua cordiacae herbae. Accipe pulueris diamargariti frigidi, semuncia: florum boraginis, buglossi, nymphaeae, cuiusque drachmas duas: caphurae scriptulum: rasurae panni coccinei quantum sufficit ad excipiendum hunc puluerem: sindoni include, fiat sacculus ovali forma: qui modice aqua rosata & buglossi irrigatur.

**BALNEVM,** Accipe foliorum violarum, lactuca, nymphaeae, raluuae, singulorum manipulos tres: foliorum salicis, vitis, florum chamamelorum, meliloti, cuiusque manipulos duos: coque ex aqua, ut fiat balneum calidiusculum. **CAVTIO:** praestat in refrigerando parum deficere, ob caloris necessitatem, cuius officio, vita carere nequit. **CATAPLASMA** ex intybo, & foliis rubi.

*Balno.**Cautio.***COR FRIGIDVM ALTERNANTIA & CORROBORANTIA.****INTVS.**

Caleant ita ut cinnamomum, & maces sint dulcia odorata.

**THERIACA,** & Mithridatium: haec, aperta abditaque, vi, manifestis occultisque cordis affectibus efficacissime auxiliantur. Abditam theriacem vim, inquit Abincenna, diuinam quadam vi afflatam esse, sapientissimis hominibus videtur: quod fermentatione, in nobiliorem vim sese erigat, quam orbis huius inferioris remedia asserere sibi audeant, aut possint. Nam si Theriacae ac Mithridatij vis, ex inditis remediis surgeret, recentiores essent efficaciores: verum tantum abest,

*THERIACA.*

ut vetu-

vt vetustiores, viuidâ vi, contumacissimos morbos debellant, ac deiciant. Decem annis, ex Arabû sententiâ, Theriacâ absoluitur fermentatio; Galeno ad Pisonem annis viginti. Verùm vt regio fuerit frigidior, ita prolixior ei fermentatio debetur. Quanquam fuerint apud Arabes, qui sex mensium miscella contenti fuerint; nos tamen omnia mitioni & fermentationi tribuimus, quòd diuinam quandam vim in eis spirat. Verebatur olim imperiti medici, de insigni feruore theriacæ & mithridati, nec semidrachmæ copiam præscribere audebant: sed tamen opium, premit calidiorum æstum, adeò vt Theriaca non caleat, nisi ad finem secundi ordinis, & mithridatiû infra aliquantulum feruet. Quare cum homines moderatè habitum eorum vsus ineunt, decenter, nec nimis copiosè, sanitatem tuentur, & omnem putredinis fœditatem eluunt, ac symptomatricos succorum motus refrenant, vires omnes erigunt, atque vitæ perennitatem conciliant. Accipe mithridati, drachmâ: theriacæ, semidrachmam: syrupi de corticibus citri, semunciam: aquæ melissæ, cardui benedicti, angelicæ, cuiusque vncias tres: fiat haustus. hoc, venenum etiam eluit. **CAV T I O** tamen sit, ne ardoribus validis implicitis exhibeantur. **THERIACA** vetus, expandit cordis spiritus, ac impetum ad vehementiorè motum his infert, ac ita debellat venenum, ac procul à corde ablegat, ne aditu dato, sese insinuet. **AQUA** theriacalis. **AUREA** Alexandrina. **AMBRA** spiritus cunctos recreat, napelli vim

frangit; est calida & sicca in secundo ordine; est viscosa & tenuis, superatque temperie muscum. eius siccitas diluitur oleo; & calor, camphorâ: frigidis naturis confert, ex vino pota ilico inebriat. Moscus spiritus recreat, picrocholis inimicus est. mira illi amicitia est cum argento, quod semel eius odore imbutum, agerrimè eum deponit. Et frigus à corde arcent lignum aloës, iuniperi grana, castoreum, zinziber conditum, zedoaria, spica, cyperus, mace; hæc calent & siccant ordine secundo, & tenuitate & astringione valent. Præterea flores citreorum conditi, & flores saluæ cum rosis, conserua roris marini, & maioranæ, conserua bethonica, stæchados, hyslopi, serpilli, & florum lauendulæ. Vtuntur & vino generoso antho-

Vinum.

sato, vino iuniperino, aquâ vitæ & cinnamomi, syrupo corticû citreorum; & pomû citrium coquimus ex aqua rosata (nam eius cortex calidus est & siccus in tertio) ad tabem vsque, vel ex aqua melissæ cum saccharo: damus cochlearis mēsuram. **BENIOVINVM**, doronicû quod calidum est & siccum in secundo ordine: stæchas Arabicum absterget melancholiam. Oleum cinnamomi. Aurum est temperatum, ad calorem nutans, totâ formâ roborat cor proximè ab hyacintho.

Vinum med.

**VINVM** Hippocraticum, & vina medicata, maluaticum vinum, pyra & poma condita rebus calidis, vinû melissæ, & boraginis, nam mœrorem absterget, & læta obicit somnia; syrupus melissæ hac vi etiam nobilis est. Ocimum caryophyllatum, citrij semen, angelica, florum

Imperitia de Ther. calore.

AMBRA

Card. be-  
ned.

florum limonum aqua, vetonica; dictamnū leptomeriā nobile, quare & pesti confert; tormentilla, galanga, rosmarinus; carduus benedictus, aperit obstructa, estque pestiferis febribus dicatus: scabiosa virus ex centro corporis ad peripheriam euocat: caryophyllum spiritus restituit exhaustos, ut & eius confectio aromatica.

CRO-  
CVM.

**CROCVM** quod expetitur à Rasi, capite De Palpitatione cordis Tubabeticum, calet in primo numero & siccatur, vehementer dissoluit exhaustionem, & astringit: præclaris dotatum viribus; nam robur insigne cordi adfert, ac spiritus mirā vi stabilis, ac lætos reddit: quin & splendidissimo lumine honorem afflat, ac pandit spiritus contractos, iterumque diffusos nimium, contrahit. Nimius eius vsus funestus: antiqui dicebāt, drachmas tres potas interficere, nam effundit vitales spiritus. caput mirum in modum inuadit eius vis: hinc Homerus scripsit, crocum sub capite Ionis dormientis in Ida enatum fuisse, lenit & digerit, leniter astringit, putredinem arcet. lauendulæ aqua potata, & arteriis apposita.

**RIBES** quin etiam nigrū, quod æmulum anomi esse videtur, & angelica, cor frigidum recreant.

AGARI-  
CVM.

**AGARICVM** inter cardiaca quoque recensetur; nam Dioscorides scripsit, id, venenorum antidotum esse, & ventriculum roborare, & internis omnibus vitiis conuenire: addit Mesuë, quorum hyparxis in obstructione consistit; quare, inquit, Democritus iure vocauit Agaricum familiarem medicinam, cum

ad omnes corporis partes familiaritatem habeat. Existimo hæc vera esse, modò aliis committatur remediis agaricum, quò suam leuitatem fermentatione frangat ac deponat. Est agaricū calidum in primo ordine, & siccum in secundo: tenui suā substantiā aperit, & turbidos succos exhaurit, hinc lætius corpus ac vegetius reddit. Ocimum est calidum & siccum in primo ordine, & excrementitiā quandam humiditatem habet cum stipticitate: hinc turbidum in sanguinem ac melancholicum promptū habetur, nam venas flatibus implet. **CINNAMOMVM** calidum est in fine secundi gradus, & siccum in tertio: stringit & lætificat: aroma, & vis grata eius, calorem blandiorem reddunt: venena oppugnat eius aqua. imponitur etiam aquæ vitæ; guttulæ dantur cum vino, initio mensæ. **MELISSA** calet & siccatur in secundo, mira vi lætitiā præbet, ac cor firmat, grata cunctis visceribus: vapores melancholicos purgat à spiritibus, & à sanguine cordis; vino benè inditur. Citrij mali semen siccum est numero tertio; spiritus luce perfundit, ac firmat. Thus etiam cordi studet; calet recessu secundo, siccatur in primo; ut & mumia, eadē temperie prædita, sed gratè densat spiritus, cum viscida sit. Nobile hoc, Accipe vini aroma redolētis, libras duas: expone æstiuis solibus: adde hyssopi pugillos duos: stœchados, calaminthæ, serpilli, singulorū pugillū: cinnamomi, drachmas duas: flauedinis abraſæ à citreis malis, drachmā: anthoræ radicis, sesquidrachmam: melissæ pugillos tres: poterit

Ocimum

Cinnam

MELISSA

N

A. B.

Agaricum vobis  
tam dant in  
aqua cardo.  
vel a cardo  
in parte.

poterit iungi angelica, caryophyl-  
lum. detur ineunte pastu cyathus.  
Succus CARNIS balneo excoctus,  
dum in liquorē diffluet: nam eius  
colatura, genuina vis est carnis. Fit  
ex vitulinâ, arietinâ, hœdinâ, agni-  
nâ, aut ex auium carne: nam si eua-  
nidi nimia tenuitate sint spiritus,  
arietis iuuenis caro proderit: sin  
turbidi spiritus fuerint, aut copia  
accisi, tenerrimorū animalium suc-  
cus erit accommodatior. vel capo  
coctus cum mace, hyssopo, serpillo,  
rosmarino. Olus ex boragine, fœni-  
culo, melissâ. Quorum gallinæ vi-  
telli, & phasianorum, & perdicum:  
quia promptè, ac sine multa eluie  
excrementorum, talem proferunt  
sanguinem, quali maximè cor nu-  
tritur, tenuitate eximia ac splendo-  
re micantem: & is ilico à corde ra-  
pitur. Vanum est quod vulgus ait,  
oua validè calfacere: vidi cū in  
Italia essem, doctissimos medicos ea  
assiduò præscribentes æstate me-  
diâ, in tēperamentis calidis naturâ  
& à febris, nec nocuisse. Et Gal.  
lib. de Euchym. enumerat oua inter  
cibos symmetros: & I. ad Glau-  
concedit oua in tertiana exquisita,  
quæ ex ardentissimo nascitur succo.  
Cibi in calorem aromatibus con-  
diantur, & fœniculo, hyssopo, ser-  
pillo. Præscribuntur hodie magnâ  
utilitate electaria, vt diamargaritū  
calidū, diambra, diamoscum, pul-  
uis cardiacus Fernelij, Aromaticum  
rosatum maius Gabrielis, diarrho-  
don abbatis, electariū de Gemmis,  
confectio alkermes, dianthos, ele-  
ctarium pleres archon, diacalamin-  
rum, aromaticū nardinū, aromati-  
cum muscatum, electarium Conci-

liatoris, Trochisci de ligno aloës,  
descripti in antidotario Florentino,  
cōfectio de cinnamomo. Si horum  
calor (vt Diamosci amari, quod mi-  
ra vi frangit Aconiti virus) suspe-  
ctus fuerit, coquantur cum succo  
pomorum, vel granatorum, aut cy-  
doniorum: vt accipe Diamosci &  
succu cuiusque vnciam, coque ad  
spissitudinē: idem fieri poterit cum  
succo ribes, cerasorū, vel citriorum:  
Miscetur autem succorum vncia,  
puluerum drachmæ. Syrupus en-  
diuiæ compositus, laudatur ad cor-  
dis intemperies. Radix Scorsone-  
ræ, & succus eius. vetonicæ altilis  
fiores conditi: vel macerati in de-  
cocto melissæ cū fuerint, vtiliter  
Decoctum bibitur: vocant Gyro-  
filata. Guttulæ quatuor vel quinq.  
olei cinnamomi, vel nucis myristi-  
cæ, aut caryophyllorum, cum pau-  
co vino: nam aromatica dulcia hîc  
locum sibi vendicant, vt etiam sac-  
charum, mel, vinum dulce.

## FORIS.

CORDI FRIGIDIORI FO-  
RIS student sacculi, fomenta epi-  
themata dicta, inunctiones ex ben-  
jouino, styrace, ladano, galliâ mos-  
catâ, thure, nam de eo scripsit Aui-  
cenna, fumum eius prodesse in pe-  
ste; ex floribus maioranæ, semine  
ocimi caryophyllati: lauri foliis, li-  
gno aloës, caryophyllis, & aroma-  
tis, speciebus lætificatibus, melissâ,  
floribus lauedulæ; & horū eliqua-  
tis liquoribus, vt & aqua rorisma-  
rini. EPITHEMA, aquæ melissæ,  
florum vel flauedinis aranciorum,  
buglossi vnciæ tres: aquæ ex foliis  
myrti, vnciæ duæ: vini Cretici vn-  
cia: pulueris diamargariti calidi,  
S drachma:

Epith.

drachma: trochisci de caphura scriptulus. F O M E N T A etiam fiant ex vino optimo albo, & odorato; ut accipe radicū buglossi vncias binas: specierum lætificantis, diamosci dulcis, cuiusq. drachmas quatuor: florum cardui benedicti manipulos duos: ebulliant semel in vino maluatico: fiat epithema. Aliud: Accipe caryophyllorum, cinnamomi, cuiusque binas drachmas: ossis de corde cerui, corticis citri, ligni aloës, singulorum drachmam: specierum lætificantis Gal. drachmas duas: mosci, croci, cuiusque grana tria; foliorum melissæ semimanipulum: vini odoriferi, vncias sex: aquæ melissæ, cardui bened. maioranæ, buglossi, cuiusque vncias tres, vel quatuor: misce, fiat epithema, postquam infusa fuere per duodecim horas, & expressa. & restibilis materia in sacculum confocietur, qui madescat ab infuso, & calidus cordi imponatur. Vel fabricetur S A C C U L U S odoratus; Accipe flauedinis corticum citriorum, radicem galangæ, cuiusq. sesquidrachmam: foliorum melissæ semimanipulum; florum boraginis, buglossi, stæchados, & rorismarini, singulorum pugillos duos: electarij de gemmis, drachmam vnā: fiat S A C C U L U S, qui vino maluatico rigetur. Aromata cuncta conueniunt, moscus; & O L E A, ut nardinū verū, oleum cinnamomi, & aliorū aromatum, oleum macis, oleum florum maioranæ, oleum florum citrij mali, lauendulæ oleum. Absinthium ex passo decoctum. V N G V E N T V M: succi cardiaci, vncia: caphuræ, semidrachma: croci, scriptulus: cum

cera fiat vnguentum. vel succus buglossi cum croco: Hæc in PESTE & PALPITATIONE cordis conferunt quoque. Oleum Scorpionum Matthioli. Aqua theriacalis, in qua maduit scordium.

## OBSERVATIO.

Semper his quæ foris cordi adhibentur, mace iungi debet, aut vini momentum in epithematis, & croci grana aliquot.

## COR HVMIIDVM ALTERANTIA &amp; ROBORANTIA. H

## INTVS.

H V M E S C I T interdum malè COR, ut in febribus pestilentialibus cum fluxu, à nimia putredine orto: qualis Anglicana illa lues, annis ab hinc centum, quæ enata fuit à durâ militiâ: quæ hoc modo curari debuit: ACCIPERE radicem tormentillæ vncias binas: santalorum, drachmas duas: rosarum rubrarum manipulum vnum: coralli rubri, semunciam: radicem pimpinellæ, vnciam: coque in diplomate, ex vino Rhenensi. Primò conseruam foliorum acetosæ edant, in qua margaritæ in puluerem redactæ mixtæ sunt, vel armena bolus, aut cornu cerui, aut semina citrij, & parū croci: mox cyathum scripti vini superbibant. Vtilis fuisse & P V L V I S P V L V I S M E O B A N I, excellens in omni peste remedium: antidotus hæc celebratur à clarissimis viris, Ioanne Moibano, Cratone, & Gesnero: hanc à rustico nactus fuerat Saxonix Elector: fit hoc modo: Accipe radicem Valerianæ, semunciam: hirundinariæ, vrticarū minorum, singulorū vnciam: polypodij quercini,

PESTE  
LEN  
febris.

PVLV  
cōtra p  
stems.

*H Videtur hinc  
impitit in fiam  
in fe b g by su  
me pntidit  
Si m d i r n t  
fegit h u n b y*

Saccul.

Olea.

Ung.

cini, angelicæ satiuæ, & syluestris, cuiusque vncias duas: corticum radicem laureolæ, fescunciam: radices effodiendæ sunt inter Augusti diem decimumquintum & Septembris octauum. Incisæ igitur radices, in ollâ vitriatâ optimè obstructâ positæ, aspersæque aceto acerrimo, vt duobus digitis excedat: ad lentum ignem bulliant: tandem aceto abiectò, siccetur radices, vt teri possent in puluerem: his tritis, adde acinos vigintis sex herbæ Paridis: fiat pulvis. Gesnerus, libro tertio epist. loco herbæ Paris indit Solani manici baccas: sed, inquit, minori copiâ. Omnibus venenis resistit, curat asthma, icterum, lienis infarctus expedit, retentos menses euocat, quartanam curat. Vbi malignitas febri se cõsociat, ego propino semicochlear aquæ theriacalis, cum tribus vel quatuor cochlearibus aquæ boraginis. Laudo aquam theriacalem frigore distillatam: hoc est, indes scriptulum theriacæ, & granum capthuræ, aquæ vitæ vnciæ vni; inclinatione effundatur. ita tenuissimæ partes, quæ à mitissimo etiam foco fugarentur, prolectantur. Humido **CORDI** quoque student ebur rasum, quod cor etiam recreat; cornu cerui vstum, corallum rubrum, os de corde cerui, nam proprietate id agit, vt asserunt Arabes: cinis ex pericardio bouis: margaritæ, quæ ob splendorẽ & puritatem cordi sunt amicæ: nux moscata, & eius syrupus, & condita nux. **AROMATA** omnia cordi humido grata sunt, syrupus corticum citriorum, syrupus granatorum, manus Christi, saphyrus: smaragdus melancholiam le-

nit: vnicornis cornu, siccatur insigniter, sine adstrictione, quod bonis ægrorum rebus fit in febribus pestiferis: auri bracteolæ, mærores abstergent: & vinum in quo aurum extinctum fuit: electrum; & bolus armenia. Vinum ex buglossò, melissâ & cinnamomo, & vinum cydonites. Aër præterea suauiter redolens, poma cydonia, rosmarinus, mentha, myrtilli: tormentilla, pimpinella, quæ tenues partes habet: zedoaria, ocimi semẽ propria quadam vi, stomachi madores absorbet: coriandrum, aristolochia rotunda, rosa, plantaginis semen, & acetosæ, & citri: pæoniæ radices; karabe, est lucida, & sicca in secundo ordine; lignum aloës: myrtus in secundo sicca, & in primo frigida: gerit quid facilè separabilis caloris. **TROCHISCI** Ramich Mesuës: Aurea Alexandrina, trium santalorum species, electariũ de gemmis, aromaticum rosatum, diamargaritum frigidum, fragmenta gemmarum: terra Lemnia, in hac, vehementer miscetur siccitas cum humiditate, hinc eius est viscositas: corallus, gallia moscata ex decocto cardiacæ herbæ: succus acetosæ densatus, sericum crudum, confectio cordialis: Myrobalani chebulæ, & indæ, nam cordis & hepatis sanguinem mundant: vt & Bezaar lapis, & hyacinthus totâ naturâ temperatus, omniq. veneno inimicus. Accipe melissam contusam, quam aquæ cardui benedictæ incoques, ac expressioni colatæ addes syrupum de corticibus citreorum, & parum olei vitrioli: gratissima potio futura cordi: ius galli veteris.

Unicor.

Vino.

Ocinum.

Electaria.

Terra Lemnia.

Bezaar.

POTIO.

Mumia grana quatuor, pota ex aqua menthae. Electarium à morbis pestiferis liberās; & electarium cor instaurans.

Notatio.

**OBSERVANDVM** illud est, quod cuncta quæ cor stabiliunt, ac illud latius reddunt, theriacalem, vt ita dicam, vim sortita fuere: at tamen non omnia theriacæ vim redolentia, lætitiæ auctores sunt: vt quæ feruore nimio æstuant, vel frigore algent. Præterea, omnia remedia cætera præcellunt Theriaca & Mithridatium, vbi cor affectu aliquo obsidetur: quare inspiratione diuina eã fabricatã fuisse existimat Auicenna. Accipe conseruæ rosarum, buglossi, melissæ, cuiusque semunciam: musci, grana septem: cinnamomi drachmam: cum syrupo de corticibus citriorum fiat electarium. sumat ʒ iij. manè.

Ther.

#### C A V T I O.

Resoluentia vehementer remedia, cordi inimica sunt, nam tenues spiritus exhauriunt: at si crudi crassiusve succi adsint, admitti poterunt: vel si quid, quod stringendi vim habet, his iungatur: quales myrobalani sunt.

#### F O R I S.

**CORDI HUMIDIORI FORIS** student balnea à natura calida, & aër thermarum; sacculi quoque sicci odorati, vt ex floribus rosmarini, stœchade, ocimo, cortice citri, zedoariâ, mace, caryophyllis; melissâ, osse de corde cerui, ex diamargarito calido, & ex speciebus electarij de gemmis, & ex aromaticis. Inunctiones ex Theriaca, oleo sampſuchi, oleo cinnamomi cum aqua vitæ, vnguento nardino, vt fa-

SAG.  
CVLI.

IN VN-  
CTIO-  
NES.

ciebat Galenus in Boëthi vxore: oleum lateritium, oleum caryophyllorum, & balsami, aqua vitæ: fiant inunctiones ad spinam dorsi, & sub sinistra mamma. Fomenta conferunt ex croco, corallo rubro, santalis, myrtillis, coctis in vino generoso & aceto.

#### COR SICCVM ALTERANTIA & ROBORANTIA.

#### I N T V S.

**CVM** ita squalet **COR** ariditate, vt emur iis quæ moderatè restituant genuinam humiditatem; vt lacte muliebri & asinino: primo die ad quartarium vnum, donec ad vncias octo peruentum sit: tum integrum mensem continuabit eius vsus: vtiliter bibetur quatuor horis ante prandiũ. Cremore quin etiam vtatur ptisanæ, mulsâ, apomelite, rhodomelite: potu vtatur frigidiusculo, non tamen frigidissimo, ob visceris imbecillitatem. Buglossum cordi dicatum fuit: in primo ordine humidum & calidum: sanguinem cordis mundat, & spiritus vitales puros reddit: ita & diabuglossatum, & cõserua florum buglossi, & vinum buglossatum, vt & passulatum vinum. Borago tædia cordi eximit, peculiarem gratiam iuribus addit: hyeme radix est foliorum vice, cum frigus illa negat: flores in vino lætitiã augment, quare Græcis *ευφροσμων*, hoc est, exhilarans vocatur: & *νίπενδες*, quod tristitiã excutiat: diaboraginatũ quoque laudatum est remedium, vt & aqua buglossi cum violarum succo. & vinum Boraginatũ. POMA odorata bilis rapidæ æstum domant & placent:

Lacta

Buglo

BOR. AR.  
C. D.

Poma

cant: sed **CAVTIO** adsit, vt flatulentam substantiam eis eximat coctio: & syrupus eorum. poma maximis gratiis cōduntur aliquot diebus in aridis sambuci floribus: ita bibunt saporem muscatelli æmulum. *Oua* tria sorbilia, in diluculo hausta, per quadraginta dies: & ius gallinæ cui incoxit borago: & Antidotus analeptica Fernelij, descripta eius Methodi libro septimo: & apud alios electariū resumptiuum. Vitulina præterea caro: Et succus caronum, ius gallinæ vel capi, alteratum aquâ rosatâ, calendulæ, buglossi, vel acetosæ, vel violis, nymphææ floribus, aut cichorei, portulacâ, lactucâ: distillati liquores instaurantes, poti inter duos pastus, ad vncias quatuor. **CANCROVVM** & astacorum fluuiatilium caro, ex aquâ hordei coctâ: & marini, testâ liberati, & loti hordeaceâ aquâ. *Nutriens.* **NVTRIENS** remedium, accipe carnis testudinum nemoralium, lotæ & elixatæ in decocto hordei, libræ semissem: farinæ hordei, vncias tres: amygdalarum dulcium, pineorum, cuiusque vnciam: seminum melonum & cucurbitæ recentium, singulorum semunciam: semina incisâ maceretur decocto testudinis, & adde farinæ: reliqua misce, & adice sacchari albissimi vncias quatuor: tepidè pasta coquatur, fiant Boli. *Gelatina.* **CONFERT** & **GELATINA** ex pedibus vitulinis, hædinis, suillis, cum pauco aceto, & momento santalorum rubrorum, & gummi tragacanthi. Conserua violarum elegans ac iuuans remedium est; lactuca condita, syrupus acetosæ, & è persicorum floribus, cum

floribus maluæ, syrupus ex succo endiuicæ. Magnam vim habet ad hanc intemperiem pellendam animus quietus, non irâ aut mœstitiâ turbatus: nihil enim mœrore calamitosius: quare Menander inquit,

Νόσον πολὺ κρείττον ἔστιν, ἢ λύπην φέρειν: hoc est:

Morbum ferre multo satius est, quàm tristitiam.

Et Naso:

Quisq; dolet, citius, quàm dolor ipse, cadet.

Et quod Pindarus cecinit de Iustitiæ filia Tranquillitate, nos idem, de ea, tanquam **SANITATIS** matre, φιλόφρον Ησυχία, ἡ Ἰγείας ἔχουσα κλειδάς ὑπερτάτης. hoc est: *o amica menti & cogitationi Tranquillitas, Sanitatis gerens præcellentes clauas.* Laudatur & decoctum refrigerans cordiale, descriptum in antidotario Florentino. **ERYNGII** radix pota ex decocto buglossi, vel melissæ. Conseruæ cardiacæ, cum rebus pectoralibus humidis, adiecto iure caponis alterato buglossâ, & melissâ, &c. cum mica panis albi, fiat distillatio: semilibræ huius liquoris adde sacchari albi, vncias tres: cinnamomi, scriptulum: traiciantur per manicam Hippocratis: Iuris caponis libræ tres, distillandis rebus addi poterunt.

**FORIS.**

**CORDI SICCIORE FORIS** admouentur **EPITHEMATA** ex decoctis humidis, & aromaticis, & ex aqua boraginis, rosarum, violarum, nymphææ florum, buglossi, melissæ aquâ remixtâ: & ex decocto florum nymphææ, violarū, florum boraginis, rosarum. Pastilli refrigerantes,



*Epithema* rantes, cum semine ocimi, & aqua melissæ: Aqua florum melonum, & aranciorum. **EPITHEMA**, Accipe hordei mundi pugillum: seminum frigidorum maiorum, singulorum vncias duas: florum violarum pugillum: nymphææ medium pugillum: sesquibræ decocti colati adde olei amygdalini dulcis, & violarum, singulorum sescunciam. vel ex aqua violarum boraginis & melissæ, cum vino, & cinnamomo.

*Balneum.* **BALNEUM** cōmendatur ex aqua dulci: tepescat primò, dein frigescat, modò fuerit æstas, & qui vteretur, iuuenis sit bene habitus, ac succi plenus: & nulla agitatione fatigetur, ac primùm aëre suavis balnei fruatur. **INVNCTIONS** conferunt ex oleo dulci, & rosato oleo, & oleo nymphææ, cum oleo liliorum, & dulcium amygdalorum, & violato.

*Unctio.*

**FLATULENTVM COR  
ROBORANTIA.**

**FLATVS** cordi eximunt, galanga, zedoaria, radices angelicæ, maiorana, calamintha, hyssopum, semine cardui benedicti, anisum, mentha, mace, crocum, muscum. Ex his simplicibus remixtis remediis, instruuntur pulueres, condita, pastæ, distillata, instaurantia, epithemata, sacculi, suffitus, conseruæ, globuli odorati: Et mira varietas medicaminum hinc effingi potest, qualem libro primo plurimis formulis descripsimus. Abstinentum erit à syrupo de pomis: *POMA.* Poma enim flatus suos (cùm immatura plerumq. ab arbore vellantur) contumacissimè retinent, nec leni coctione depo-

nunt. Quare solebam auctor esse ægris qui his delectantur, vt primùm ignis ardore coquerentur in cratere, depositisq. flatibus cunctis in vsum verterentur. ad tertiam enim coctionem vsque flatus pertinaciter retinere creduntur. Antiqui vapidâ aurâ mitia poma coquebāt, quæ primùm in arbore ad maturitatem cocta fuissent, & nō die quæ mitiora euasissent: iam vino & butyro coquuntur. Præterea varia sunt quæ flatus eximūt cordi, vt Vinum in quo semina flatus vacuantia roxere, cū galanga: syrupus quo conseruantur cortices citriorū, & aqua vitæ, in qua cinnamomū infusum sit: diacalaminthes: confectio aromati rosati: aromaticum caryophyllatum; conserua corticis citri, & rosmarini: diarrhodon abbatis: dianisum: confectio alkermes, diarrion pipereon: Esdræ antidotus; trochisci galliæ moscatæ: conserua florum rosmarini: cinnamomi aqua, eo modo distillata vt docuit Matthiolus: zinziber conditū: Decoctum carminatiuum. His aridioribus superbibat parum vini generosi, in quo absinthium vel mentha diluta fuerint. Cordi flatulento opitulatur & offulæ albissimi panis, quæ leniter igne torrentur, vino immittuntur, saccharo ac cinnamomi puluere asperguntur: gratissimè præbentur ægris, vice ientaculi. Accipe specierum lætificantis Galeni, scriptulos duos: conseruæ radicum buglossi vncias duas: nucis myristicæ, sesquiscritulum: infunde sesquibræ vini maluatici, horis quatuordecim: ter cyathū bibat in die. Accipe mosci, semigranum: croci scriptulum:

Antiqui

Confectio

OFFULÆ

POTVS.

scriptulum: vini albi calidi, semicyathum, bibat. Cinnamomum immitte aquæ vitæ, cum melissa, vel flauedine citreorum; misce guttulas vino. Crocum infunde vini spiritui, dū crocū, flauedine exutum, albescat: id tunc calcina, & cum prædictâ aquâ fermenta, & inclinando effunde. da guttulas cum iusculo vel vino: à syncope reuocat. Eodem filo transigendum de cardiaca, melissa, &c. ita etiã è caphura prolectatur vis. Semper quod restibile est calcina; & redde cineribus liquorem: nam ita fundent salia. Accipe radicem angelicæ, vnciam: caryophyllorum, drachmam: cinnamomi, drachmas duas cum semisse: infunde vino: ex hoc, sumat haustum, tempore pastus. Cibi sint aromatibus conditi, & fœniculo, hyssopo, serpillo, origano, saluia. Promiscuè in quacumq. causâ, seu calida seu frigida, quædã, proprietate quadam COR roborant, & tuentur à venenorum incurso; vt margaritæ, semen citrij, radices tormentillæ, dictamnū, os cordis cerui. RADIX vincetoxici bibita cum granis citriorum, & aquâ boraginis. Radix & succus Scorzoneræ. Guttulæ quatuor olei nucis moscatae, caryophyllorum, vel cinnamomi, ex vino.

## CAPVT VI.

*Hepar alterantia & roborantia.*

**T**OTVM corpus si traducendum foret in aliã temperiem, nulla ratione id melius assequeremur, quàm sanguine ad alium qualitatis modum tracto: etenim quæque pars refert ideam eius succi,

culus nutritu fructurialuntur autem sanguine: Qualis itaq. sanguis fuerit, talis euadet habitus totius corporis. Sanguis autem characterem hepatis (sui auctoris) induit. Vt igitur hepar compositum fuerit, tale ferè erit totum corpus: nam sanguis calidus, calidam gignit carnem; humidus, madore diffluentem. Hepar, nobile viscus, magnâ cautione erit tractandum: neque enim susque deque habendū quibus illud alteres remediis, vt ad symmetriam naturæ reuoces: sed videndum, ne cum calidâ intemperie æstuat, eo frigore tincta admoueas, quo obstruantur exiles hepatis venulæ: nam inde putredinis magna calamitas oriri possit, & seges spargi maximis febribus. Sint igitur infarctus liberantia, quæ calorem modestè spirant, & mitiora: est enim hæc pars, tanta auctoritate, vt eius officio, vita carere nequeat. Quæ autem FORIS admouentur, vim quandam stringendi sortiri debent; ne nobis eueniat quod Attalo, qui perniciosè Theagini, Cynico philosopho, relaxantia mera adhibebat; apud Galenum libro decimotertio Methodi. Sint & ita comparata remedia, quæ spiritus naturales placidè ac inoffensa vi alterent, & parenchyma molle hepatis modestè ferientia, calidum humidumque naturæ recreantia. OBSERVANDVM illud est,

*Cautiones.*

*De liene.*

tamen

*Extra  
hominis  
in libro  
modi*

*Occulta  
vi.*

tamen illud hæreat animo, quòd exiles admodum sunt hepatis venæ, quæ impediuntur frequenti infarctu; quare obstructa quæ liberant exigit: & ob vsus præcellentiam, quæ robur afflant, sine valido calore.

HEPAR CALIDVM

alterantia & roborantia:

INTVS.

HEPAR CALIDVM, INTVS, quæ alterabunt, debent blandè aperire, & leniter detergere: qualia sunt subamara, quæ aliquam adstrictionem sortita sunt: & vnà putredinè arcere debent. Summus DEVS magnam copiam ob insignem eorum necessitatem horum remediorum mundo intulit; vt cichoreacea omnia, quæ peculiariter refrigerandi vim nacta fuere, qua hepatis æstum domant, nec ventriculo vllam vim frigidam inferunt: taraxicon, sonchus, endiuia, & intybus omnis, &  $\tau\acute{\omega}\zeta\mu\theta$  id est, esculentus Tralliano dictus: Galenus 8.  $\kappa\epsilon. \tau\theta. 8.$  fescunciam succi propinat, cum melle, vt feriat hepar. ita cum mulsâ damus drachmas tres succi densati cichorei, vel endiuia, aut sonchi, cum drachma hepatis lupini: santala, graminis radices, & earum aqua, rusci radices, & asparagi: portulacæ maioris asparagi cocti in acetarium, turgidæ bilis æstum frenant in ardentibus febribus: acetosa, chondrylla, plantaginis radix, nam aperit: corallum, sed astringit: tamarindi: Rosa pallida, & moscata, nam leptomeriam est insignis: omphacium, sitim sedat, arcet putredinem, & hepar aperit: agrimonium temperatum est, roborat,

ac ab infarctu liberat, & diuturnis febribus confert; acetositas citrii, semina frigida, liquiritia, malua, buglossa, lactuca, pruna, hepatica, lupulus, lenticula aquæ, spinachia, myxaria, agrimonia, horidium, tamarindi: adianthum omne temperatum est: acetum, & caphura. AQUÆ minerales acidæ, vel vitriolatae, præclaram vim frigidam gerunt; aqua hordei; mulsâ aquosa: limones, citria, & arancia mala, ribes, fraga, aphrogala, vua spinæ. Pyra, poma, & cerasia: lichen, vulgò hepatica, moderatè absterget, aperit obstructa, ac hepar roborat: melones, alkekengi fructus, semina frigida, nam hepar lupi proprietate confert. Decoctum lactucæ, cicorei, endiuia, seminum frigidorum, violæ, taraxici, agrimoniae, acetosæ, senecionis, castutæ, capillorum Veneris, & succi ribes cum aqua hordei: hepatica, rosæ & boraginis, radicum & foliorum fragaria. Hoc mihi placet: Accipe cicorei cum toto, manipulos duos: coque ex aqua ad libram: aromatizetur drachmis duabus trium santalorum, & cum saccharo dulcescat. Et hoc, Ter coque ex eadem aquâ acetosæ folia: copia aquæ sit quâ tegatur herba: Postea cum æquâ sacchari copiam coque ad consistentiam Iulapii. hoc gratè bibitur dilutum cum aqua. ita Iulapium rosatum, & Alexandrinum. Infunditur fermentum in aqua, cum modico spodij, croci, & sacchari albi, macerantur horis tribus, fit colatura: pueris febricitantibus expectata potio. Ceruisiæ impositæ radices cicorei, cum pauco absinthio: Decoctum refrigerans, in Antidotario;

Dei benignitas.

Cichoreacea.

Portulaca.

Omphac.

Agrimonia.

Aquæ

Lichen

Decoctum

Pueris

**SERVM.** **SERVM** lactis tempore ver-  
no, capiat cottidie, primo die li-  
bram, & sequentibus iungat vncias  
binas, dum ad tres libras deuenit,  
ac seriatim ad librā redeat. Malum  
granatum: hepatis spiritus roborat  
dulce malum: spodium. Syrupus  
endiuiæ, nam refrigerat, leniter de-  
terget, & aperit: syr. ex floribus per-  
ficis: rosatus: omphacij: boraginis:  
Compositus endiuiæ syrupus, po-  
tenter refrigerat, leniter aperit: By-  
zantinus: Syrupus de cicoreo com-  
positus Nicolai Florentini, descri-  
ptus in Antidotario Florentino: Sy-  
rupus capillorum Veneris, cum de-  
cocto endiuiæ: oxyfaccharū com-  
positū Nicolai: syrupus citreorum,  
granatorum. Conserua nymphææ,  
& capillorū Veneris, nam aperien-  
do frigus adfert: conserua cicorei,  
acetosæ, & buglossi, rosarum, viola-  
rum, nymphææ, diatragacanthum  
frigidum, triasantala: Trochisci  
diarrhodon Nicolai, & trochisci de  
caphura, trochisci ex alkekengi,  
diarrhodon abbatis, aromaticū ro-  
satum. Si vnā astringendum fuerit,  
præscriptis adiiciemus trochiscos  
de corallo, de bolo, vel de terra lem-  
nia; trochiscos de berberis, id est  
oxyacantha; trochiscos de spodio:  
de rosis, de carabe. Sin ab obstru-  
ctione metus fuerit, vtemur eo ele-  
ctario, quod pro ventriculo calido  
descripsimus. Aqua distillata ex  
**ANGVRIA** causos ilico placat,  
vsu, ac Auerrhoidis auctoritate no-  
bilitatum remedium. Aqua cardui  
benedicti, in qua flores cyani ma-  
cerati sunt. Aqua lenticulæ palu-  
stris. **POTVS.** Accipe aquæ coctæ  
libram: aquæ rosatæ, vnciam: sac-

chari rosati, vncias tres: cinnamo-  
mi, semidrachmam; traducantur  
per manicam Hippocratis.

## CAVTIO.

Vbi hepar incanduit æstu, per-  
pendendum erit, num id sit à sim-  
plici intemperie, vel num adsit bi-  
lis: si bilis affluerit, leniter ape-  
rientibus erit refrigerandum, ac le-  
nissimè stringendum: vt conserua  
capillorū Veneris, cum cicoraceis,  
buglossi, & seminibus frigidis ma-  
ioribus. Vitentur dulcia, amara, &  
salsa. **ELECTARIVM.** Accipe  
pulueris trium santalorum, drach-  
mas duas: diamargariti frigidi, &  
diarrhodonis abbatis, amborū scri-  
ptulos duos: conseruæ violarum &  
cicorei, cuiusque sesquidrachmam:  
sacchari albi soluti in aqua endiuiæ  
vel cicorei, quod sufficit, vt fiat con-  
fectio in tabulis: quæque ponderet  
binas aut ternas drachmas.

**CONDITVM:** Accipe conser-  
uæ cicorei, violarum, nymphææ, &  
buglossi, singulorū drachmas duas  
cum semisse: conseruæ rosarum, ses-  
quidrachmam: pulueris trium san-  
talorum, diamargariti frigidi, cu-  
iusque scriptulos quatuor: foliorum  
auri, per areolas positorum, nume-  
ro octo: sacchari albi, quod sufficit,  
fiat conditum. Accipietur cochlea-  
ris mensura: si pestiferæ materiæ  
suspicio adsit, addemus semina ci-  
treorum, vel cardui benedicti, radi-  
ces dictamni, tormentillæ, cornu  
cerui: eorum nempe scriptulum, vel  
semidrachmam. Philonium Ro-  
manum cum œnomelite: Triphera  
Persica, inflammationibus & acutis  
febris confert, obstructa liberat,  
sitim extinguit: Ambrosia Archibij,

T

ex Ga-

Syrupi.

Conserua  
& speciat.

Trochisc.

Astring.

Obstru.

ANGV-  
RIA.Pestilens  
materia.

Triphera.

DOLOR.

ex Galeno descripta, in antidotario Florentino: ex aquæ mulsæ hæmina dimidia. **S I D O L O R** acerbus fuerit, Accipe specierum diarrhodonis abbatis, vnciam: opij drachmam: cū syrupo de absinthio fiat **O P I A T V M**. Sed Galenus 7. *yg. 70.* laudat Asclepiadis moderata remedia: Philonis medicamen abiicit: sed addit, semel tamen eo vtendū esse, flagrante ab æstu hepate. **O** sæpius his vtendum, nam obstructo hepate, hydropem inferunt. Quare frigidis interdum miscenda modestè calfacientia, & quæ vnâ detergent, vt agrimonia, bethonica, fumaria, ceterach, filix, cuius succi drachma cum vnciis tribus mulsæ bene datur: & radix eius utilis. Illud **N O T A N D V M**, syrupum de eupatorio, & triasantalon, sæpissimè in hepatis languore præscribi: nã omnes hepatis facultates roborant.

## OBSERVATIO.

Apozemata imbibant aroma, ex fantalis luteis, & corticibus citreorum. **F O R I S**.

**H E P A R C A L I D V M F O R I S** alteramus & corroboramus fomētis: quæ tamen hepatis non nisi in acerbis dolore, duritie, aut flagrante æstu adhibentur. frigidâ tamen vi præcellentia, tutiùs foris admouentur, vt aqua rosata, succus endiuia, cicorei, & hepaticæ; aqua acetosæ, nymphææ, lactucæ, acetum. **I N V N C T I O N E S** ex oleo seminum cucurbitæ, cum pauco santalino, ob adstrictionem: oleum cydoniorum confert, Sicyonium, myrtillorum, lentiscinum, violatum, rosatum, nenupharinum, ex seminibus vuarum: oleum ex hepate raiarum, galeo-

Vnctiones.

rumque omnium. hepar in partes conscissum, ollâ coquatur, & exprimat. Hepar caniculæ & centrinae laudat Rondeletius: nam, inquit, scyrrhum emolliūt & iecora, & refrigerant: addenda tamē erunt alia ficciora, vt semen acetosæ, endiuia, santalorum puluis, diarrhodon abbatis. **L I N I M E N T A** quoque laudantur ex refrigerante cerato Galeni, & ex vnguento rosato, & santalino sed ab hoc abstinendum erit in febribus tertianis, nam astringit validiùs. **E P I T H E M A T A** miam in modum recreant hepar, vt Accipe aquæ endiuia, cicorei, solatri, rosatæ, singularum vncias binas: aceti, vnciam: pulueris electarij trium santalorum, sesquidrachmam: spodij, semidrachmā, misce, admoue, horam ante cibum, ex parua spongia. Eodem modo fiat ex herbarum decoctis: & imponitur caphura cum pauca spica, & diarrhodon abbatis: exstat & puluis ad epithema hepatis, apud Cordum. Accipe rosarum rubrarū, cichorei, endiuia, chamæmeli, cuiusq. manipulum: summitatum absinthij, semimanipulum: santalorum, alborum, & rubrorum, singulorū drachmas sex. caphuræ semidrachmam: coque ex aqua, pro fotu; adde parum aceti. sumantur quinque partes cichoreorum, & vnâ aceti. **A L I V D**, cicorei cum radicibus, endiuia, eupatorij, singuli manipuli: absinthij pugillus: florū cicorei tantundem: seminum frigidorum maiorum & minorum, singulorū sesquidrachma: cyperi drachmæ duæ: lupinorum, drachmæ tres: santalorum omnium, singulæ drachmæ: iunci odorati,

Iecora animalium.

Epithemata.

odorati, drachma semissis: fiat SACCVLVVS: qui ex aquæ libra, & vini acetique vncis duabus inferuescat: obstructa liberat, hepaticis prodest.

*Sacculus.* SACCVLVVS, qui cum metus adest obstructionis, utilis erit: prodest cachecticis, & hepaticis: Accipe cicorei cum radicibus, acetosæ, endiviæ nouellæ, eupatorij, singulorum semimanipulum: florum cicorei, pugillum: quatuor seminum frigidorum maiorum & minorum, cuiusque sesquidrachmam: cyperi, drachmas duas: lupinorum, drachmas tres: santalorum omnium, cuiusque drachmam: schœnanthi, semidrachmam: summitatum absinthij, pugillos duos: fiat SACCVLVVS, qui coquatur in quatuor partibus aquæ, & vna vini, cum tantillo acetii, vnico feruore ebulliant: fiat fodus per horam ante pastum: addi poterit camphoræ drachma: si scyrrhi rudimenta apparuerint, miscebitur emollientia. Vel ex aqua rosæ cum caphura, santalis, & pauca spica. *Balneum.* Balneo imponatur folia salicis, violarum, lactucæ, maluæ, nymphææ flores, buglossi radices & folia, & melilotum. *Ung.* VNGVENTVM, Accipe ceroti santalini, vnciam: succi absinthij & cicorei, cuiusque drachmas duas: pulueris succi agrimonie scriptulum. *Cataplas.* CATAPLASMA, mali cydonei vnciæ duæ: farinae hordei, fœnugræci, singuli pugilli duo: ex aqua, coquantur in cataplasma, cum oleo omphacino, & paucò absinthio, vel vino acido.

## CAVTIO.

Refrigerantia & astringentia sint moderata, ne inflammatio in scyrrum abeat: aut ne ichor, qui ex pi-

rat ab inflammatione, retineatur; nam inde putredo augetur: vel ne obstructio geminetur; & ne claudatur via sanguini, suoque genio fraudetur corpus. Quare vbi scyrrhus adest, ab usu stringentium vereri oportet. *Observatio.* OBSERVANDVM, post febres tertianas, frigore opus esse absque validâ adstrictione, vt & in ictero: quare vnguentum rosatum santalino tunc præferendum: vel oleum violaceum, aut nymphææ, cum succo cicorei.

HEPAR FRIGIDVM  
*alterantia & corroborantia:*

## INTVS.

HEPAR FRIGIDVM INTVS sumpta quæ recreant varia sunt: sed optima quæ leniter stringunt, abstergent, & calfaciunt. vt zinziber conditum, acorus conditus: aloë, aperit, & arcet putredinem: mel, & mulsa, quia alunt & excitant calorem moderatum: Passulæ occultâ proprietate iuuant: lupulus, peucedanum, calamintha cum vino, rosmarinum, enula, pistachia, calendula; serpillum, fumaria, hæc, putredinem arcet: chamæpitys, bethonica, fœniculum, prassium, organum, chamædry; ammi: dictamnus, rubia, nam purgat hepar; centaurium minus, sed hoc, *Centaurium.* immoderato usu, & fœtum excludit, & sanguinem prolicit: gentianæ radix. Petroselini radice quoque vtimur; quod si autem eius calorem attenuare velis, maceretur aceto, horis duabus: apium confert & iuncus odoratus & cyperus: calamus aromaticus, qui confert & hydropticis & tussientibus: amygdalæ amaræ, gentiana, eupatoriū, eryngij ra-

*Decoct.*

gij radices, daucus, absinthium, anisum, angelica, spica, myrrha, adianthum. **DECOCTVM** laundulæ, & nardi Celticæ. Aqua canellæ distillata. Decoctum cicerum rubrorum, & nigrorum, iridis decoctum. Eupatorij vulgaris succus siccatus, datur cum herbæ decocto. Anonidis cortex radice. Guttulæ quinq. olei caryophyllorum ex vino: balsama, oleum anisi, cinnamomi. vt olei fœniculi gr. iij. sacchari ℥ iij. cum aqua fœniculi fiant rotulæ, da ℥ iij. Oleum sulphuris, cum myrrha & croco. **I V S** galli veteris commendatur: aqua mellis distillata: vinum absinthites, & alia vina medicata, & hyssopi decoctum ex vino: iusculum decoctionis maioranæ: vinum cum aqua cicorei, in qua maduit absinthium: aquæ thermarum.

*Syruporum ordo.*

**SYRVPVS** de Byzantiis: hic, ab infarctu hepat & lienem expedit: magis calet quàm syrupus capillorum Veneris; quare & ab eius vsu præbetur. Hinc est syrupus de quinque radicibus, de prassio, & de arthemisia: chelidoniæ succus, & infusio florum sambuci, & seminis aquileiæ. Eupatorij syrupus. Mesues, aperit, & robur afflat hepatis: syrupus menthæ: syrupus capillorū Veneris cū decocto absinthij: oxymella omnia: syrupus absinthij, vrinas mouet. filicis succus, & radix cum syrupis; & semen securidacæ: & sales theriacales: dantur etiā cum mulsa, vel oxymelite. Accipe syrupum de cicoreo cum Rhabarbaro: syrupum de prassio; cum decocto; scyrrhum delet. **LAVDANTVR**

*Trochisci.*

**TROCHISCI** de ligno aloës, de-

scriptæ in Antidotario Florentino: trochisci de aniso Mesues: trochisci de eupatorio, absinthio, cappari- bus, & de Rhabarbaro: ex his pilulam ante syruos hauriat semper: Rasis trochisci de rosis: Theriaca, mithridatium, triphera Saracenicæ; theriaca diateffaron; nam cacochymiam & hydropem arcet: Cyphoides Andromachi: diacubebe, dialacca, diacalaminthes, diacyminum, diatrion pipereon, aromaticum rosatum maius Gabrielis: electaria calida, cordi amica. **DIAVIN-** namomum cordi amicū est: diacastorium: diacapparis, diacucurma, quod accipit cyperi Indicæ radicem: vnde nomen: diacrocū, abigit senescentes hepatis & lienis affectus, scyrrhum incipientem delet, & hydropis initia sanat: diambra, conferua anthos.

*Electaria**Diacrocū cum.*

Pulueres calidiores benè exhibentur cum conferua cicorei: nam quæ validè calent, liquant hepatis parenchyma, vt frequentior vsus aquæ vitæ. huic itaque immitte cicoracia.

**AD IMMANEM DOLOREM,** **DOLO-** Accipe specierum Dialaccæ, vel Diacurcumæ, aut aromatici rosati, vnciam: opij, drachmam: cum syrupo absinthij fiat **OPIATVM.**

**F O R I S.**

**HEPAR FRIGIDVM FO-** **R I S** alteramus & roboramus fomentis, ex absinthio, floribus chamæmelinis, anetho, floribus sambuci, rorismarini, meliloti; eupatorio, abrotano: Cyperus recreat mirum in modum hepar, ac spiritus grato odore animat languentes: coquatur ex vino mediocriter astringente,

*Cyperus*

gente, cum eupatorio, absinthio, spica, cinnamomo, roremarino: fiat Epithema. Semen apij, petroselini, spica, asarum, anisum.

*Unctio.* **IN VNCTIONES** ex oleo de capparibus, chamæmelino; nardino, vbi obstructio in vitio est: oleū de euphorbio validè calorē imprimat, oleum masticis cum oleo de mentha & hepatis & vētriculo opitulatur, vt & oleū absinthij: oleum amygdalorum amarorum, vbi infarctus molestus est: oleū irinum, sambucinum: **VNGVENTVM** ex rebus aperientibus: vt, olei absinthij, & amygdalini amari, cuiusque vnciæ duæ: amygdala amara, septem: absinthij, semimanipulus: ex acido vino coque; his exhaustis, exprime; adde vnguenti santalini, semunciam: olei caryoph. parum. Si laxandum, iunge adipem, & spicam.

**VNGVENTVM Martiatum:** vnguentum stomachicū magistrale in antidotario Florentino descriptum: Vnguentum ex oleo nardino, ligno aloës, caryophyllis, cinnamomo, succo eupatorij: oleum in quo coxit radix enulæ, cyperi, vel gentianæ. **Emplastrum Diaphœnicon** calidum Mesues, in antidotario Florentino descriptum: **Emplastrum de meliloto:** **Emplastrum de baccis lauri:** **ceratum stomachale Galeni.**

*Epith.* **EPITHEMA** ex decocto caryophyllorum, cinnamomi, iunci odorati, eupatorij & ex floribus chamæmelinis, radicibus azari, seminibus anisi, fœniculi, ameos: his additur diagalāga, diacinnamomum: ex aqua eupatorij, cassutæ, & aceto ad penetrationem. Accipe absinthij

recentis, manipulos duos, vini nigri non austeri, libras tres: fiat decoctio ad dimidiū: fodus fiat cum spongia. Vel, succus chelidoniae, absinthij, cichorei, decoctum securidacæ, pentaphylli, cum vino & aceto.

**CATAPLASMA:** Accipe florū chamæmeli, meliloti, cuiusque sesquimanipulum: seminum lupinorum, semunciam: foliorum absinthij, eupatorij, singulorū sesquimanipulum: rosarum rubrarum, semimanipulum: coque ad molli-tudinem, ac adde olei de absinthio, quod satis sit, fiatque cataplasma. Radices enulæ, iridis, & gentianæ, incoquantur oleo absinthij & nardino. Absinthium coquatur in vino, mox oleum addatur.

**HEPAR HUMIDVM**  
*alterantia & corroborantia.*

**INTVS.**

**HEPAR HUMIDVM INTVS** quæ alterabunt, aliquo modo aperiant, vt schœnāthos, spica, tormentilla, tunicæ radix, citrij semen, carduus benedictus, rhabarbarum, santala, hepar lupi, terebinthina: cornu cerui cum succo anagallidis: organū, pastinacæ erraticæ semen, & smyrnij, cum decocto polij: Vitis semen, vnicornis cornu, ebur vstum, cineres intestinorum lupi: hepatis lupi drachma datur cum granis ix. piperis, & scriptulo myrrhæ. aromata, rosa rubra sicca: corallum, frenat bilem: ciceres rubri cum roremarino decocti: asarum, lotium humanum, absinthium, & eius sal: trichomanes, ruta, bethonica, aristolochia, bolus, veronica mas, marrubium, semen aquileiæ

T 3 cum



cum vino, chamædrys, cassutha. Fragariæ decoctum, & tenerrimorum foliorum quercus aqua. Semen fraxini. Drachma seminis napi bibitum ex decocto marrubij: per multos dies eius iniri debet vsus. Carduus benedictus, pulegium: radix pentaphylli: allium coctum, decoctum calami odorati, cum semine apij, & cinnamomo: filicis decoctum. Ex his fiunt electaria, syrapi, condita, trochisci, decocta, fofus, & plurima remediorum genera. Lupini cocti, & manducati cum pipere. Accipe absinthij, manipulum: cassuthæ sesquimanip. florum sambuci, semimanip. Rhabarbari, radicem asari, ana binas drachmas: infunde vini libris tribus: sumat alternis diebus haustum, duas horas à sumptis trochiscis, cum puluere hepatis lupini. Aqua distillata è melle, acetum scylliticum, & scyllites vinum, mel & compositum oxymel: **DECOCTVM** ligni guaiaci, saffras, radicis Chinæ, & sarzæ: vinum guaiaci, vinum maluaricum, vinum in quo auri lamina sit extincta: **Oleum vitrioli** aliquot guttulæ vino semixtæ: quod tamen copiosè dari non debet atrophiam laborantibus: siccum enim eorum corpus est & exsuccum: vinum cydonites, vinum azarites. Decoctum florum lupulorum ex vino albo: decoctio soldanelle, & asclepiæ ex vino: aqua herbæ Roberti, longo vsu: radices helenij, maceratae in vino Hispanico.

*Troch.*

**TROCHISCI** de olibano, trochisci de carabe, & de bolo, trochisci Ramich Mesuës, trochisci de aniso, trochisci hepatici Asclepiadis, trochisci de amygdalis amaris

Pauli, apud Antidotarium Florentinum: beniouinum, cum ficibus: puluis radicis nymphææ albæ. Accipe diarrhodonis drachmas duas: rhabarbari, drachmam: conseruæ cicorei, drachmas tres: saccharo soluto aqua absinthij, fiat **TABVLATVM**, sumat drachmas tres. Diacurcuma, dialacca, conserua radicem iridis vel helenij & apij: triphera Sarrafenica, Electarium ex Rhabarbaro Nicolai. Accipe iecoris lupini, drachmam: radicem cicorei semidrachmam: schœnanthi, drachmas duas: cornu cerui, scriptulum: glycyrrhizæ semidrachmam: rhabarbari, scriptulos duos: spicæ, grana octo: fiat puluis: sumat drachmam ex aqua mellis: vel cum terebinthina fiat massa: & alternis diebus sumat. **OLEVM FERRI**, drachmæ pondere sumptum cottidie. Bulchasis, qui Seruitor appellatur, crocum ferri parare docet, ex limatura ferri decies, vel amplius, incandescente in lamina ferrea (vino extincta limaturâ si placet) donec croci colorè induat, & imbuat. datur cum theriaca. Conserua rosata cum radice pentaphylli: nam siccat & non obstruit. succi Peti ʒvj. Radices iridis conditæ. Liquores balsami artificialis. **TABVLATVM**, Accipe hepatis lupi, specierum diarrhodonis, rhabarbari, cuiusque scriptulum: sacchari soluti aqua absinthij, quantum satis sit. Qui plura velit, consulat loquium, & sudores mouentia: & caput de hydrope: ibi varia cataplasmata, vrinalia, balnea, fofus.

F O R I S.

H E P A R H V M I D V M F O R I S

*Formula.**Liquida.**Oleum vitrioli.**Electaria**Exemp.**Ferri cum.*

*Fetus sicca.*  
 RI S alteramus balneis marinis & nitrosis: alioqui F O M E N T A sicca vtilissimè admovebimus ex arena littorali calida, myrto, mastice, myrrha, styrace, cornu cerui, bolo, balaustis, myrtillis, santalis rubris, spica Celtica, spodio, schœnantho, asaro, apio, acetosæ semine, trochiscis de spodio.

*Humidi.*  
 F O T V S ex vino maluatico, oleo amygdalino amaro, absinthio. Cōducit & Emplastrū Diaphœnicum Mesuæ, descriptum in antidotario Florentino: raphanus coctus: hyssopum cum fico, nitro & ruta. Emplastrum ex baccis lauri, cum cyperei fescuncia: & cum capræ aut vacæ fimo sicco, ad pondus omnium: aquam & flatus excutit: ebulus & chamæmeli, sulphur.

## C A V T I O.

Vbi adest obstructionis metus, ab astringentibus supersedendum: quare in hyposarca, satis validè siccandum, sed minus est cōstringendum. Oleum ex floribus iridis.

*Ung.*  
 V N G V E N T V M refrigerans & adstringens, olei cydoneorum, vel rosati, aut myrtei vnciæ duæ: seminis portulacæ, cicorei, endiuicæ, singuli scriptuli: coralli, boli, cuiusque drachma semissis: myrto, spicæ, balaustiorum, santali rubri, singulorum scriptulus; vel spodij semidrachma: ceræ parum.

HEPAR SICCV M ALTE-  
RANTIA, & corroborantia.

## I N T V S.

HEPAR SICCV M I N T V S quæ alterabunt, nec obstruere debent, nec indurare: sed humidum ichorosum generare debent in om-

nibus succis, & maximè in sanguine. Conducunt olea humida, & dulcia; butyrum, medulla, & quæ moderate pinguia sunt: poma, ficus, pruna, lac, ptisana, iuiubæ, passulæ, pistachia, portulaca, lactuca, cicoreum, endiuia, cochleæ, serum lactis, glycyrrhiza, eryngij radices conditæ. Ceruisia, mulla & mulsum, vinum eryngatū, hordei aqua: iuscula nutrientia, moderatione quadam præditarum carniū: decocta ex aqua & sapa: vinū passulatum: Cyphoides compositio: Electarium resumptiuum.

*Pingua.*  
 C O N S E R V A violarum, boriginis, buglossi, ex nenuphare cum aqua hordei, & emulsione seminum frigid. & amygdalorum: conferua eryngij, & satyrij: mel passulatum; cochlearum carnes; aqua è limacibus distillata: asparagi recentes. Omnia quæ hecicis profunt, hîc auxiliantur. Lumbrici siccati in furno, sumpti cum vino albo & saccharo. Hepar leporinum iusculis additum. Oleo incocti pisces ac carnes; auctor est Auerrhoës, Arabibus ad robur hepatis, ac ingenitum ad succum stabiliendum, id alimenti genus familiare fuisse. Ammoniacum bibitum. Si frigus siccitati se iunxerit, tunc accedant quæ modestè calfaciunt, vt agrimonia: Si calor, adde conferuam rosarum.

## C A V T I O.

*Oleum.*  
 QVÆ nimis calent absument humidiores partes; & frigore rigida, comprimunt; sicca, digerunt: hinc Scyrri. Mastix, myrrha, bdellium, styrax: hæc dantur in pilulis, nam fundunt cōcreta; hinc veniendum

dum ad ammoniacum, & cum terebinthinâ fiant pilulæ; accipiat drachmam, manè; addi poterit spica & cinnamomum: Et superbibat oxymel vel syrupum acetosum, vel de eupatorio, cum decocto maluæ, violarum, seminū lini, althææ, petroselini, ficuum, passularū, seminis bismaluæ. Ficus capitur cum amygdalis amaris, vel cum pipere: & dactyli commendantur. Laudatum celebreque remedium est electarium de scoria ferri, descriptum à Raze libro nono ad Almanso- rem, capite sexagesimo tertio, vbi de ventriculi imbecillitate. Vel cape limaturam chalybis, & scoriam ferri, & in vino optimo Soli exponas, per dies quadraginta. Sectatores Paracelsi IN ICTERO vtuntur stanni in calcem redacti, scriptulis quinque: cum aliptæ moscata scriptulo: & bdellij scriptulis duobus: præbent ad sesquiscriptulum.

Decocta.

Ferre-  
dicamen.

Ferre.

## F O R I S.

HEPAR SICCVM FORIS alteramus Balneis ex aqua dulci, & Fomētis ex radice althææ, liliorum, ficubus, semine lini & fœnugræci, maluâ; floribus althææ, violarum, chamæmelinis, & summitate anethi, radice vlni, & mandragoræ ad duas vncias. Profunt & folia solatri, cum floribus sambuci, & chamæmelinis: Fiunt & DECOCTA ex radice iridis, & cucumeris asini- ni, radicibus sambuci, ebuli, & aristolochiæ, foliis pulegij, marrubij: geranij maioris, & minoris, & pedis columbini radicibus: coquuntur in aqua, in qua intestina coxere, cum vino albo: in fino additur spica, azarum, absinthium. A frequenti fotu

Decocta.

fiunt IN VNCTIONES ex oleo ex hepate galearum expresso, vel raia- rum, cum oleo lumbricorum, lilio- rum, & ammoniaci vnciis duabus: styrace, benjouino, cum iride, spica, azaro, ad ternas drachmas, cum medullæ porci & ceræ sufficienti quantitate: tempore vnctionis adde quid oxymelitis scyllitici. Fotus primò fiant ex oleo dulci cum aqua & vino albo, oleo irino, sesamino, liliorum, amygdalino, misce parum vini: succi molles deinde coquuntur cum oleis, vt iridis, cyclamini, cucumeris agrestis, aristolochiæ, absinthij; adde butyrum, adipēs & medullas, vel porci axungiam recentem, vt fiat linimentum: adice quid spicæ, vel schœnanthi, styracis, ceræ nouæ, myrrhæ, iridis, vel terebinthinæ, aut propoleos. Inun- ctionibus locus erit à fotu. VNCTIO, Accipe olei amygdalini amari, & capparorum, cuiusque semunciam: ammoniaci soluti acet- to, semunciam: misce, fiat lini- mentum. oleum violatum.

Vnctio.

EMPLASTRVM ceroneū cum spica, styrace, & oleo irino; empla- stri diachyli cōpositi magni ireati adhibemus vncias duas, cum oleo irino & absinthij: emplastrum de meliloto, & emplastrum de mucci- laginibus, cum absinthio, vel spica: emplastrum polyarchion Galeni, & Philagianum Pauli, apud antidota- rium Florentinum; vnguentū mar- tianum, & de arthanita minus, & althææ: Inunctiones ex oleo anti- quo, cum adipe téperato, addimus ladanum, terebinthinam, & bdel- lium, vel medullā vituli vel cerui. Oleum expressum ex hepate cocto in olla

Empl.

in olla raiarum, galeorum, vel caniculæ, & centrina; nã scribit Rondeletius, ab hoc scyrthum solui. *Occultum* Accipe hepar lupi terrestris: coque ex oleo amygdalino dulci, adde radicem iridis, vnciam: colaturæ adde propoleos, vel fordiũ alueariorum, vncias tres: styracis, bdellij, myrrhæ, ammoniaci, singulorum drachmas tres: spicæ Celticæ, schœnanthi, cuiusque drachmam: fiat linimentũ, vngatur hepar durum: & tempore vnctionis, adde quid vini albi. Rondeletius. Gummata soluta sint cum vino & pauco aceto. Ammoniacum admotum. butyrum lotum cum decocto maluarum: & aliquo puluere roborante aspergatur.

## CAVTIO.

Quæ accõmodantur scyrthis hepatis, accipere debent absinthium, rosas, vel schœnanthum: vel tali vi quod præditum fuerit: nam minus emollire & resolueri debent, quàm quæ lieni admouentur. Si calor se consociat siccitati, adde reliquis oleum aut vnguentum rosatum: Si frigus, oleum masticinum.

## OBSERVATIO.

Icterus succedens obstructioni, aperientia medicamina postulat, quæ non nihil abstergant, & refrigerent: Hydrops verò aperientia vult siccantia, & roborantia. Si à vino temperare nequeat, passulas cæruleas cum acinis tundat, quibus adiiciat aliquid rosarum rubrarum siccatarum, iunge & cicorei radices, & vini vasculo inde. idem ceruiciæ cum pauco absinthio includi poterit.

## CAPVT VII.

Cerebrum alterantia & roborantia: quæ ratione id fieri debeat, & qua CAVTIONE.

CEREBRVM, fabricæ concinnitate, & admirandarum planèque diuinarum actionum præstantiâ, cæteras superat partes cunctas: ex hoc, in animantes dimanat motus volũtarius, quem Græci vocarũt  $\tau\eta\ \chi\tau\iota\ \pi\omicron\upsilon\omicron\alpha\iota\omicron\upsilon\epsilon\sigma\iota\nu\ \kappa\acute{\iota}\nu\eta\sigma\iota\nu$ : est enim voluntatis species  $\pi\omicron\upsilon\omicron\alpha\iota\omicron\upsilon\epsilon\sigma\iota\varsigma$ , ac perfecta quidem: hoc ordine: velle in communi: dein deliberare, est actus intellectus per cognitionem, promouens se in voluntatem: tum eligere: hac serie,  $\beta\acute{\epsilon}\lambda\eta\sigma\iota\varsigma$ ,  $\beta\acute{\epsilon}\lambda\lambda\omicron\sigma\iota\varsigma$ ,  $\alpha\iota\omicron\upsilon\epsilon\sigma\iota\varsigma$ ,  $\pi\omicron\upsilon\alpha\iota\omicron\upsilon\epsilon\sigma\iota\varsigma$ . Non tamen solũm est arx sensuum, & motuũ  $\pi\omicron\upsilon\omicron\alpha\iota\omicron\upsilon\epsilon\pi\eta\kappa\omega\acute{\nu}$  artifex, magnas membrorum moles, & musculorum prætumida corpora, tenuissimis neruorum fibris, sæpè ex longo interuallo trahens, nõ sine admiratione: sed & sapientiæ est domicilium, & officina cogitationum, iudicij & memoriæ: quibus DEO genus humanum simillimum est. Quæ ex corde fluit vita, brutis nobiscum cõmunis est: at intelligentia, quæ non ex materiâ brutâ, sed accepta ex diuinitate, & hac delibata, cognatione quadam animos humanos cum DEO coniungit, cerebro insedit. Hæc nobis loquitur qualè sese summus DEVS expresserit iis notitiis, quas radiis suæ sapientiæ in mentibus humanis accendit: hæc dico loquitur DEVM mentem esse æternam architectatricem, quæ organa nostri corporis tantâ sapientiâ & arte fabricarit: & eam esse videt veracem, beneficam,

*Electio  
aut pro-  
airesis.*

*RATIO.*

Cerebri  
substan-  
tia, &  
fabrica.

beneficam, iustam, castam. Cerebri huius substantia, fabricata fuit ex purissimâ & tenuissimâ parte seminis & spiritus vitalis: etenim cerebro vis quædam ingenita fuit peculiaris, orta ex seminis diuina temperie, quæ quoq. obscura quædam rudimenta cogitationum & memoriæ informat in brutis: sed conspicua illa imaginum conformatio in homine, & artis sapientiæque plena cogitationum series, quibus perspicuè cõformantur rerum imagines longâ serie rectè cohærentes, alia vis præstantior ciet & gubernat. Cerebrũ copiosissimum homini inest, multis ductibus pertusum, sinubus alueis que patentioribus dotatum, perpetuis que motibus agitatur, quibus se expandit ac adducit vicissim, geminæ membranæ præcinctu, quasi vinculo quodam circumdatum ne diffluat, cum sit conglomeratũ anfractuum complicatione, toto exteriori ambitu, helicum instar gyros ducens. At intus his plicis coeuntibus, harum coalitu solidari incipit: mox à coalitu, in amplos & laxè hiantes se expandit alueos, quos muniunt ex anfractuũ fissuris solidatæ partes. Quod verò solidum in his parietũ anfractibus cernitur, tenuissimis ac visum fugientibus foraminibus spongiarum instar peruium est. Quatuor cellulas habet, ac omnium neruorum & spinalis medullæ cerebrum est principium: & maximos arteriarũ suscipit ramos soporalium, quæ καρώτιδες sunt, de quibus intra meatus illos conditis, & in sublime subuectis, ac fissurâ multiplici discerptis, rursusq. im-

plexis inter se, & tenuis membranæ intertextu deuinctis, natura efformauit τὸ χροαιδές, ἢ δυκτιοιδές vocatum πλέγμα, in quo, qui ab arteriis soporalibus aduehitur ex corde spiritus vitalis, vi cerebri elaboratus, ac fulgore perfusus, æthereus ac celestis euadit. In prioribus cellulis absoluitur animalis spiritus, cum ex vitali exactiùs elaborato, tum ex attemperato huic aëre, qui inspiratione attrahitur: etenim motu perpetuo fruitur cerebrum: & spiritus, in alueis cerebri perpetuos suos fluxus & refluxus habent, instar Euripi: hos distentum ac dehiscens cerebrum ex cellulis concameratis intra poros exsorbet, rursusq. arctatum, regerit in eosdem, atque refundit. His spirituum motibus & purgantur cellulae & implentur ac inflantur, vt cerebrum expeditè pateat, spiritusque traducantur in neruos sensuum. Quare impeditis ventriculis, actio cerebri labefactabitur, vt in iis elucet quos ὀξυκεφάλους & φόξους vocant, ita humore crasso infarctis ac stupefactis hebetatur actio: quare talia desiderabit cerebrũ, quæ ab omni intemperie ac incurso noxio illud vindicent, ne infarctu impediatur. Quæ tamen foris admonentur, satis valida esse debent, cerebrum enim recessit ad imas cranei & meningum partes: quare esse debent leptomeriã insignia, quæ tamé non nimium calfaciant nec constringant: nam calida suo feruore materiam morbificam fundunt, ac in fluorem liquefaciunt vt Sol: at frigida expriment vt Aquilo, qui premendo hyeme fluxionis auctor est. Accedit,

Spiritus  
cerebri.

Remedi-

Caput  
quid se-  
ras.

dit, quòd nimis stringentia perspirationem cerebri intercludunt, ac doloris causam fount. quare modestissima capiti ascribi debent remedia: vt quòd nec æstu flagrantia, nec frigore stricto rigentia æquo ferat filo. Nulla pars corporis adeò crebrò doloribus fatigatur ac caput; cucurbitæ enim modo cæteris superpositum partibus, passim in se rapit viscerum subiectorum inquinamenta. Quare nõ solùm materia morbifica capitis regione concepta manus petit medicas, verùm & symptomata ipsa, quibus sæpe ad internecionem vsque iactatur: qualia sunt VIGILIAE pertinacissimæ, atque DOLORES contumacissimi. Refert Fernelius adeò diuturnas vigilias interdum à capitis morbis euenire, vt quidam menses quatuordecim insomnis duxerit: Mæcenas toto triennio, inquit Plinius, insomnis fuit: Niscolus quoque plurimos annos sine vllò somno exegit. Verùm remedia quæ hæc symptomata placant, frigore vehementia sunt: nec temerè capiti, parti frigida, imponenda, quæ facillè ad similem intemperiem abducetur, ac sui officij immemor reddetur: at eius officio vita carere nequit. Quare quæ capiti admouebuntur, illi blandâ quadam vi placere debent, vel membranas, nervos, aut spiritus animales recreare. Propterea summa relligione narcoticis vtetur, sunt enim inimica partibus solidis ac calido nativo: interdum tamen ad hæc deueniendum est, cum summa adest necessitas; cum nempe vires resoluunt, vt cessantibus doloribus vires recolli-

gant ægri, morboque fiant pares, & vt sufficere curationis spacio valeant: scopus enim eorum esse debet virium conseruatio. Crudelis est medici ægrum doloribus ac vigiliis enecandù relinquere: at adulatoris, si hæc leuissimis doloribus exhibeat: sed virium iactura eum ad hæc trahere debet; sed semper, ne quid nimis; at læsio, melior morte. Præterea si inde plus commodi quàm incommodi adferatur ægris, illa dabimus; vt si fuerit à mordente bile, & vaporibus febrilibus, vt mitigatâ materiâ, obrepat somnus, qui, cum nihil sit quàm *δεσμός αἰσθητικῆς τῆς ψυχῆς*, cum à suavi anathymias rigatur cerebrum, quæ à toto corpore surgit ac immiscet se cerebro: si dico eius loco acris vapor eò se transferat, is omni operâ vt madescat studebimus; ac narcoticis rigabimus. Attamen asserimus his locum non esse, si ab intemperie solâ calidâ, citra materiâ incubuerit dolor. Præterea dico, dolorem (cuius ob vim narcotica in vsum euocantur) duplici ratione considerari, quatenus est perceptio rei naturæ tristis: vel ratione iuncti alterius symptomatis, vt sunt vigilie. Dico ob incommoda vigiliarum vtiliter nos his vti, cum in vitæ discrimen certò ab his trahatur homo, & cum delirij metum adferunt. Ratione tamen doloris capitis non sunt danda; non enim tam immaniter affligit dolor cerebrum, vt inde vitæ periculum adferatur: nullus sibi manus intulit ob cerebri dolores, inquit Galenus, vt ex dolore aurium & oculorum: Quare Apollonium reprehendit, quòd in hoc

Narcotica.

Somnus quid.

Dolori vt narcotica dentur.

Vigilia miranda.

Dolorem placantia &amp; vigilias.

dolore narcoticis vsus esset. Dicam quænam sint illa remedia, quibus in infractis vigiliis vtendum sit: & quo modo illis sit vtendum, in qualitate, quantitate, tempore, & vtendi modo.

*De narco-  
ticis  
dramentis*  
*Lactuca.* **QUALITATE** vtendum hac serie: primò vtatur lactucâ. hac olim Antonius Musa ab ancipiti morbo Augustum curauit. capiti adinoueat eus succus, vt & agrestis lactucæ, & seridis succus linteo exceptus. Secundò veniemus ad succum nymphææ, & cydoniorum cui folia oliuæ incocta sint: dein vtetur liquore solatri, & radice mandragoræ, capite & seminibus & foliis papaueris, tandem opio ex vino, cum oleo chamæmelino & croco. **POTIO** *ενοπιη*, Accipe decoctionis lactucæ & portulacæ vehemèter expressæ, vncias quatuor: syrupi papaueris, vncias duas; misce, detur quatuor horis à cæna: Si vires languent, adde diamargariti frigidi, scriptulum vel semidrachmam. Accipe quinque vel sex capita papaueris erratici, in cyathis vini tribus ad dimidium coctis: vinum potui datum. ita & mandragora.

*Somniferum  
a potio.*

*Compos.* **COMPOSITIS** hac serie vtetur, primò Mithridatio recenti, & theriacâ nouâ, diaspermato, philonio Romano: id, quò fuerit vetustius, eò minus stupefacit; vt & reliqua: requies Nicolai. Compositorum vsus est tutior quàm simplicium; ob opij vim à vi fermentationis edomitam.

*Hoscyamus  
est in ad  
indig  
fili*  
*Quant.  
exemp.* **QUANTITATE** hoc modo vtendum: Accipe philonij Romani, scriptulum: mithridatij veteris semidrachmam: sumat hora som-

ni. Vel accipiat philonij Romani drachmâ, cum syrupo lactucæ aut papaueris. Montagnana audacter hoc vtitur: Accipe papaueris albi, semunciam: corticum mandragoræ, hyoscyami albi, cuiusque semidrachmâ: croci integri, grana quatuor: leniter contusa ac sindone excepta per sex horas immittantur aquæ nenupharis, vnciiis quinque: fiat expressio, datur ad vncias tres.

**FORIS**, Accipe philonij, drachmâ: olei chamæmelini, semunciam: fiat inunctio. vel Accipe olei violacei drachmas tres: aceti, drachmam: opij, croci, cuiusq. grana tria: misce, vnge (purgato corpore) tempora & frontem: sed à sutura coronali abstine. In magnâ febre, accipe aquæ rosatæ, vncias quatuor: opij, scriptulum: croci semiscriptulum: misce, pro frontali. Montagnana inquit, extremè hoc somniferum erit, Accipe vnguenti populei, semunciam: olei violati, drachmas sex: seminum hyoscyami, corticum mandragoræ, singulorum semidrachmam: opij, grana tria: aceti, parum. Sed in his

*Foris.*

**CAVTIO** est admouenda. Galenus à succo papaueris & mandragoræ abstinendū esse dicit: & Gordonius inquit non nisi in desperata re, ad hæc veniendū. minus nocet oleum papaueris, in quo capita eius coxere, & mandragora. At ab hyoscyamo in capitis rebus abstinendum, nam (vt nomen indicat) dementat Altercum.

*Cautio.*

**VTENDI MODVS**: sunt lini-méta, inunctiones, potiones, pilulæ.

Primò à lenioribus auspican-dum, atq. vtetur oleo nymphææ: secun-

*Series vt  
mediorū.*

secundò, portulacæ; tertio, mandragoræ: quartò, papaueris: quintò, ad opium veniemus. Sedato dolore & vigiliis (vt eluatur impressum frigus) inungatur oleo de spica, vel chamæmelorum, & intus conseruis calidis recreetur calor. Fiunt quoq.

**F O T V S** manuum & pedù: accipe foliorum portulacæ, lactucæ, solani, lenticulæ aquæ, vmbilici Veneris, & aizoi, foliorum salicis & vitis, singulorum manipulos duos: capitum papaueris (si parua fuerint) numero viginti: carnis cucurbitæ interioris, cū seminibus, semilibram: corticum radicum mandragoræ, vncias tres: florum nymphææ, violarum summitatum anethi, singulorum semimanipulum: fiat decoctio in aquâ pluuiæ: cape colaturæ vehementer expressæ libras tres, aceti vini albi semilibram: manus & pedes hoc balneo vtantur, aut pannis ab hoc decocto madidis tepidè inuoluantur. Non autè vbiq. omnibus his incoctis opus est, nam interdum duo aut tria suffecerint.

**SPONGIA** frigida nonnunquam paratur, hoc modo: Præscriptis decoquendis adde foliorum hyosciami, mandragoræ & papaueris albi, singulorum manipulum vnum: cape de colaturâ libram: succi lactucæ vncias quatuor, opij in hoc decocto dissoluti drachmam: misce. Hoc ex decocto ter quaterue maceratam spongiam, in vmbra siccato: cūm vti velis, iterum macerato, ac tepidam admoueto naribus. Si hoc modo diuturnior obrepat somnus, tum, spōgia macerata decocto serpilli, maioranæ, apij, & seminis fœniculi, cū aceto, naribus apponatur.

**TEMPVS.** Tunc his vtetur cū somnus leuioribus euocari non potest, & cū summa adest necessitas. Opium nisi fermentatione fractum fuerit, nunquam intus exhibeatur: quare Philoniū sit sex mensium, perennat enim in decimum annum: sed tamen quò fuerit vetustius, eò erit imbellius. Sedato dolore, ac placatis vigiliis, ilico remoueantur hæc narcotica, ne calidæ intemperici frigida superueniat, quod est calamitosum.

**P A R S:** non admoue futuræ coronali, sed temporibus & fronti: auribus quoq. indit Razes: (qui centum annos medicinam fecit) sed bellum indixit auditui; quare si licet, præstat supersedere ab eius vsu, & potius quid vnguenti rosati cum oleo nenupharis auribus & naribus inferre; adiectâ parte populnei, si recens fuerit.

## CAVTIO.

Vbi crassi & glutinosi succi exuberant, alienissima ab eis sint quæ torporem inferunt, modò absit ab agro periculum.

**Q V Æ** verò remedia præscribuntur, non ad dolorem capitis ipsum, sed ad **C A V S A S** dolorum, varia esse debent, vt fuerit causa morbifica varia. In **CALIDA** enim intemperie sine materiâ, foris adhibeatur oleum rosatū, quo diu medici vsi fuere ante Galeni tempora: Trallianus momentū aceti affundit, quò magis penetret. Adsit illa cautio, vt ad vncias olei ferè tres, aceti semuncia affundatur, alioqui somnos excutit. ita quindecim vel viginti diebus vti licuerit. ita & oleū cydoniorū (melinū veteribus dictum)

Tempus.

Cautio.

De opio  
by Simon

Parti cui.

Ad Causas  
dolorum.

Sine materia.

Cautio de  
aceto.Ad in  
pau  
du  
ma

Fotus.

Elegans.



dictum) in usum vocabitur cum pauco aceto: unguento rosato lubenter utimur in capitis ardore, cum non ita effluat ut oleum: succus portulacæ illi misceri potest. Si frigus materiæ expers molestus sit, non admoenda erunt quæ ingratum odorem spirant, quale est oleum laurinum & irinum: sed potius fiant Fortius ex spongia imbibita aqua decocti chamæmelorum, vel foliorum lauri, serpilli vel hyssopi, calaminthæ, rutæ, iberidis, prassij: vel oleo chamæmelino incoquantur folia lauri. In valida intemperie frigida, utitur Galenus Euphorbio, cum cera & oleo non adstringente: accipit Euphorbij, uncia: ceræ, uncias tres: olei libram: quasi dicat, sint olei partes duodecim: ceræ, tres: & una, euphorbij: ut accipe Euphorbij drachmā: ceræ, drachmas tres: olei communis, anethini vel chamæmelini, vel nardi fescunciæ: misce, applicetur parti dolenti. Vel fiant fomenta ex herbarum manipulis tribus: aquæ libris quadraginta: bulliant ad quartæ partis consumptionem. Rases contumaciorem videns hanc intemperiem, conficiebat trochiscos ex pulvere euphorbij, castorei, pyethri, sinapi, hyssopi, styracis, rutæ, marrubij: comminuebat hæc in pulvere subtilissimum, aromatico vino excipiebat, & in usum reponebat: à fotu, siccato capite, accipe horum trochiscorum drachmam: cum oleo Caryophyllorum, vel de spica: suturæ coronali impone, prius fricato capite, ut peruia sit vis remedij: frons & tempora illinuntur, ac auribus quid indit Rases. Tam pertinax hoc

vitium est, ut Aretæus, Rases, Aui-cenna ad sinapismos, dropaces, & phœnygnos tandem surgant. Nil itaque mirum, si hoc ævo dolores non expugnentur, cum lenioribus oppugnentur, nec ad robusta illa facile transferant curationem medici. Sin verò non simplex sit, nudaue intemperies, sed si sese iungat materia, purgato toto corpore & capite, ei admoebimus remedia. In quorum usu illud notandum, materiam doloris gigni in capite, vel aliunde importari, vel vi detineri. Cum gignitur in capite, sint remedia ita comparata, ut intemperiem abigant: maximè autem à frigore gignitur; sint igitur calida odorata, qualis maximè est ambra & moscus: hæc suturæ coronali, auribus ac naribus erunt inferenda, ut recreetur spiritus animalis, & si qui flatus adsint à frigore, dissipentur: hoc efficit & oleum seminis saluix, & eius decoctum. Sin aliunde affluat materia morbifica in caput, erit repellenda succis frigidis crassis: nā frigidum crassum maximè refrigerat, ut calidum tenue valentissimè calfacit: sed tamen leptomeriā prædita his misceri debent: laudatur oleum rosatum recens, eo anno confectum: id, validè adstringit, ac strenuè refrigerat. Quod si molliora fuerint corpora, lenius agendum erit, oleoque chamæmelino erit utendum, quod ex oleis & floribus immaturis confectum fuit. Omnibus miscendum est acerum, nisi vigiliæ urgeant: alioqui reponimus eius loco succum acetosæ, radicem quinquefolij, aut aranciorum acidorum, & limonum: sed sint hi fructus matu-

Ab in-  
temperie  
frig.

Exemp.

Fortiora.

In ventrino  
si dolor a  
frigida  
si in  
sulam  
modum

Notam.

Cum materia.

Lum  
amb  
in

B

Aceti  
bis usui.

Ubi nigritudo nigra  
arato non abundans

ri, vt penetrarent succi. SED qui prudenter hæc in vsum vocare velit, videre debet, qua tecmarfi sint adhibēda: in quo capitis dolore comoda sint: quâ copiâ sint præscribenda; quo modo in vsum vocāda: quo tēpore: & cui parti capitis imponenda. Cū sine materiâ dolor capiti incubuit, moderatè admodum his vtendum erit: sin materia adfuerit, ea perpetuò ab influxu arcedenda, siue feruida, siue frigida fuerit. Id notandum, si calida materies morbifica fuerit, frigidis & adstringentibus remediis vtendum erit, vt oleo rosato omphacino, cum aqua rosata: sin frigida fuerit morbi materia, non sint astringentia, attamen frigida, quale est oleum rosatum completum, & violatum. Accuratè cuncta in negotiis capitis sunt transigenda, minimã enim noxam facillimè sentit: quare si euenerit vt alij affectus sese misceant doloribus capitis, obstructio, febris, catarthus, religiosiùs agendum erit.

Quod si obstructio sese iungat, ab vfu adstringentiũ remediõrũ (quæ foris adhibētur) erit abstinendum, nam geminarent infarctus: hinc est quòd veteres ad somnũ prouocandum præscripsere serpillum, crocum, pulegium, & anethum, nam expugnant vigiliarum causam, obstructionem: vt rhabarbarum euacuat bilem & refrigerat, ita vinum anethinum somniferum est. Si dolor caput fatiget cū homo FEBRI implicitus iacet, perpendendũ num sit dolor criticus, nec ne: si criticus, nullo loco vsui erunt frigida reprimentia, quia iam iam futuram hæmorrhagiam significat: si hanc pro-

hibueris, mortem inferes. Quod si non criticus fuerit dolor, is erit vel à febre pituitosâ vel biliosâ: si materia quadam acrimonia exardescat, licebit eam reprimere adstringentibus: sin pituitosa fuerit, retusio utilis quidẽ erit, quæ fit rerum frigidarum vfu; at repressio, non fiat adstringentibus.

Quod si catarthi soboles sit dolor, si eius materia acris fuerit vberissima, contaminata malignâ vi, salsa & putrida, à repulsione temperandum, ne materia ruat in pulmones, à vi remediõrum eò præcipitata: alioqui reprimere licet, non tamen ita astringentibus.

Sed qua COPIA, frigida capiti erunt admouēda, & adstringentia, quale est acetum? Dicimus considerandam esse causam doloris, dolorẽ ipsum, & ei annexa, vt vigiliæ & delirij metus. Si enim à sanguine fuerit dolor, multum aceti erit miscendum: parciùs cūm pituita molesta est: parciùs si bilis fatiget, nimium enim siccatur: at minima sit eius copia vbi melancholia bellum naturæ mouet. Quò dolor acerbior fuerit, eò parciùs aceto erit vtendum, ob eius acrimoniam, dolori infestam; & vigiliis contumacibus inimicum est acetum. CAPITIS quinetiam natura est lustranda, in temperie, structurâ, & situ. Caput quod temperiem insignẽ nactum fuit, vberissimam copiam medicaminum repellentium perfert: frigidius si fuerit, non ita: minimè calidius, quòd vigiliæ exhauriant: nec caput siccum, aceti vfu gaudet: at humidum, vberiore copiam perfert. Quare assero, in admouendis

capiti

Cum Ca.  
tarrho.

Aceti co-  
pia.

Qualis  
ferat ce-  
ribrium.

*Dolor capitis  
in febre  
in quibus  
in hunc*

*Tener  
si.*

*Notanda.*

*Obstructio  
capiti.*

*Ad  
strin-  
gentia  
non  
sunt  
adhibenda*

*Cum fe-  
bre.*

capiti remediis, cerebri temperiem vnicè esse perpendendam, quod tale est, vt nec validè æstu incandescencia, nec admodum frigida ferat: vt enim frigore materia illo concepta exprimitur, ita & calore in fluxum laxatur. Structuram si laxiore caput fuerit, minori copia aceti vtemur, quod vehiculo non egeat penetrabili: si densior fuerit, copiosius. **SITVS** si fuerit dolor ad peripheriam, ab aceto cauendum, vt si pericranium doleat: à futuris quoque cauendum, nam frons & tempora validiora ferunt. Vt si dolor fuerit à sanguine: accipe olei rosati omphacini, vncias tres: aquæ rosatæ, fescunciam: misce, & conquassentur in mortario plumbeo, nam ita sese oleum cæteris miscet: linteum ex eo calidum, capiti imponatur. Si à bile fuerit: accipies olei rosati, aquæ rosatæ, cuiusque vncias duas cum semisse: aceti, semunciam: misce: vel accipiemus seminum althææ & maluæ, cuiusque drachmas duas: affuso aceto conquassentur pistillo, & linteo aquæ rosatæ tincto excipiantur: ac capiti admoue: Ita & semen cydoniorum & psyllij admouetur: & oleum nymphææ, cucurbitæ, florum salicum, & violarum. Vigiliæ si doloribus nectantur, accipiemus olei rosati omphacini, vncias duas: aquæ rosatæ, fescunciam: olei violacei, succi lactucæ, singulorum, semunciam: acetositas citrij, vnciam: misce. Pituitosa si fuerit materia: accipe olei rosati completi, vncias tres: olei chamæmelini, vnciam semissem: aceti, vnciam: remisce. Cùm materia morbifica fuerit calida, actu frigidis re-

mediis vtemur: sin frigida fuerit, actu tepidis: in molli corpore vsus eorum sit tepidus: ita & declinante morbo calido. His igitur **CAVTIONIBVS** capiti inferenda erunt remedia: iam copiam eorum subdimus.

**SERIES** Remediorum quibus cerebri intemperies in melius vertitur, ac languore fractum erigitur.

**CAPVT CALIDVM CORROBORANTIA**, & in eo conceptam **BILEM** ac extra venas effusam **ALTERANTIA**.

**INTVS,**

Rosa, accersit quoque somnum, mentem & cerebrum firmat. Viola, hæc emollit præassatam bilem, ac lenit eius ferociam, & somnum euocat. Nymphææ flos humectat secundo ordine: lactucæ folia & semen, sine iniuriâ somnum accersit, vnde anathymiasii suauis rigato cerebro, æstu incandescens bilis mitescit; à cæna manducatur: Ita olim antiqui, qui mensas frigidas celebrarunt, hoc est, acetaria: Sed tempore Plutarchi à caudâ ad os (vt inquit Plato) primum translata lactucæ, vt prodidit eius ferè coætaneus Martialis, dum inquit,

*Claudere qua cenas lactuca solebas auorum,*

*Dic mihi cur nostras inchoat illa dapus?*

quasi dicat, olim ad somnum mandebant lactucas, iam ad luxum, quod ventriculus recreatus lactucæ frigore auidius pastum ineat. Portulaca & eius asparagi in acetarium cocti: Acetosa, & eius folia incisa, & cum butyro cocta, gratissimum præbent olus, & capiti & cordi: papauer: ceterachum,

*vsus præseptorum.*

*à bile.*

*Vigil.*

*Pituita.*

*Qualitas remediij æstus.*

*Lactuca*

terachum, & capillus Veneris, qui tamen modicè calet, sed ichorem biliosum ad vesicam ablegat, atque hinc refrigerat, exhaustâ bile. Citri acetositas saccharo condita, ab æstiuo sole: granatorû succus ac vinum, ribes, berberis, hordei farina, & inde pultricia: myrobalani conditæ: hordeacea aqua, & aqua gelidæ potus: conserua foliorum lactucæ. Diacorallium & diacodium, conserua symphyti; manus Christi, diatragacanthû frigidum, & diamaragiton frigidum: hæc robur capiti afflant calido. Requies antidotus, & philonium: sed hæc sunt prudenter exhibenda: vt & diaolybanum opiatum, & ambrosia Archibij in antidotario Florentino: diacodeiôn simplex & compositum: pilulæ de cynoglossa: trochisci de succino apud Fernelium. Syrupus nymphææ, conserua boraginis, diatrion santalon. Polenta, id est, farina tosti hordei viridis. Accipe hordei mundati, vnciam: seminû quatuor frigidorum maiorum excorticorum, seminis papaueris albi, cuiusque drachmam: fiat emulsio ex aqua, ad vncias quatuor: adde, syrupi de papauere, sacchari albi, singulorû vnciam: fiat hordeatum. Iulepum rosatum & violatum. Syrupi papaueris nigri, vnciæ duæ: aqua nymphææ vnciæ tres: misce, somnum infert. Lac amygdalinum, cum emulsione seminum frigidorum: vel emulsio seminum papaueris, ex aqua lactucæ. Accipe syrupi rosati, diacodij, cuiusque vncias duas: sumat mediam partem horâ somni. A pasta datur miua cydoniorum, cum conserua rosata, & se-

minibus coriandri. ELECTARIVM roboras; Accipe pulueris Diarrhodonis abbatis, trium santalorum, cuiusque scriptulum: ossis de corde cerui, numero vnum: sacchari rosati tabulati, quod sufficit: adde conseruæ buglossi, boraginis, nymphææ, rosarum, cuiusq. drachmas duas: conseruæ cichorei, corticis citri, singularû drachmam: fiat CONDITVM, quatuor foliis auri cooperatum. Præbentur medicamina cum aqua verbenæ. olei margaritarum sena grana. OBSERVATIO: Apozemata, hîc, santalis imbuuntur.

## FORIS.

CAPITI CALIDO FORIS admouentur CORROBORANTIA, & æstum ALTERANTIA: vt vnctiones humidæ & frigidæ: & lotiones moderatione quadâ præditæ: Apophlegmatismi quoque temperati: & sternutatoria: fotus, irrigationes quas embrochas vocât, cataplasmata, frontalia. Silua horum remediorû est maxima vnde hæc fabricantur, vt rosæ, violæ, nymphæa, & eius folia & oleum: ligustri flores ex aceto: hippoglossum. PVLVERES Cephalici, ex violis, nymphæa, rosis, chamæmelis, papauere, mandragorâ, anetho, stæchade, santalis, lactucâ. Lac, acetum, aqua rosata; caphura, quæ frigida est & sicca ordine tertio, leptomeriâ præclarè prædita, cum aquâ rosatâ temporibus & fronti admouetur, pro fotu: trochisci de caphura: populus, solatrum, & semperviuum; papauer albu, tum nigrum, & rhoeas: mandragoræ folia & radix, cum oleo fronti illita. Repercussio omnia vapores calidos, vt

X

oxyrrho-

Roborante

*Observatio  
Apozemata*

*Conserua  
& electa-  
ria.*

*antihi*

*Potanda.*

*Caphura in  
affluente  
puri*

*Repercussio*

oxyrrhodanon : posca, ex qua & os  
sæpe lauatur : unguentum popul-  
neum non rancidum : opium si ad-  
dendum , non ultra decem grana  
accipiat vncia . Unguentum rosa-  
tum : placentæ ex rosis ; & quicquid  
inde fingi poterit, nam suauis odore  
vnâ recreat rosa cerebrum , ac va-  
pores à cerebro arceat : vnde rosæ  
coronæ olim mensis vinosis expe-  
ritæ fuere, quòd ebrietati hac vi re-  
sistant : vnde Anacreon ipsum vi-  
num olens cecinit :

Τὸ ρόδον τὸ τ' ἐρώπων  
Μίξωμεν Διονύσιω,  
Τὸ ρόδον τὸ καλλιφύλλον  
Κροτάφοισιν ἀρμόσσαντες,  
Πίνωμεν ἀβρὰ γελῶντες. hoc est:  
Rosam amoribus dicatam  
Sociemus ad Lyæum:  
Foliis rosam decoram  
Capiti reuincientes,  
Calices iocemur inter.

Rosæ vino maceratae & adinotæ:  
vel rosæ linteo exceptæ & odoratae:  
cucurbitæ quoque frustra cõferunt:  
ligustrum, plantago, pampini: Po-  
morum & herbarum etiam succi:  
Violæ, semen lactucæ & portulacæ:  
santala, fœnugræcum, ( quod tem-  
perie valet ) mori succus cum ace-  
to; psyllium cum aqua rosata. Rho-  
dostagmate, hoc est, aquâ rosatâ fo-  
ue caput, ex spongia, & postea illine  
caput ungueto rosato; ita frigidum  
permanebit: portulacæ folia cõtusa:  
fungi ab imâ stirpe sambuci auulli,  
ac cum aqua rosata admoti: aqua  
florum sambuci: aqua cucurbitæ &  
melonum: vnae immaturæ succus,  
muscus arborum cum oleo, poly-  
goni succus, & endiuia; mucus li-  
macum; Rhodia radix cum rosaceo

fronti, & temporibus adhibita.

MELILOTVS: Cratinus huc vo-  
cavit αἰὶ φερδὸν, semper custodem,  
( Latini Sertulam ) quòd præcipuè  
ebrietatis feruorem mitigaret coro-  
nis imposita herba , ac caput à do-  
lore custodiret vi frigidâ , auctore  
Athenæo, qui scripsit μελιλόπνοι ἐ-  
φανοὶ καύσαν ὄρα φυκπιώτατοι. Po-  
culis dedita antiquitas , acerbissi-  
mos cum in dolores capitis sæpe  
incurreret , præsentius medicamen  
sensit nullum, quàm, loris arctè ca-  
put cum stringeret : hæc tandem  
iucunditate mutauere , nexis coro-  
nis ex hederâ, meliloto, myrto, ro-  
sis . Tantus coronarum vsus fuit  
apud veteres , vt Mnestheus atque  
Callimachus priuatim de illis scri-  
psere . Nec his humana luxuria sa-  
tiari potuit, sed , inquit Plinius, ex  
auro & argento folia tegere cœpe-  
runt , pretiosisque unguentis per-  
fundere: quasi parum esset à natura  
elargitis perfrui, nisi aut illam vin-  
cere , aut dehonestare tentassent.  
brassicæ succus, & eius foliû capiti  
admotum : coriandrum cum rosis  
lintheo exceptum, aceto tinctum, ad  
odorem: aqua betulæ arboris: faba-  
ria pistata cum aceto. nymphææ fo-  
lium capiti admotum.

LOTIONES ex rosis, violis,  
nymphæa, cum lixiuio ex cineribus  
salicis; & ex aquâ tepidâ, vel deco-  
cto lactucæ, & aquâ verbenæ. Acci-  
pe folia lactucæ, & capita papaue-  
ris, cum chamæmelis, foliis sali-  
cis, nymphææ, cucurbitæ, betho-  
nicâ, violis vel rosis : ex aqua co-  
quantur, ac addito aceto, fiat fo-  
tus. Balnea hîc conueniunt quæ he-  
patî calenti adscribuntur: Mandra-  
gora

Rosa mē-  
fis expe-  
rita.

Ebrietatis  
medica-  
tionis.

Unde Co-  
rona.

Lotiones.

gora coquitur cū hordeo, pro fotu.

*Olea.* **INUNCTIONES** ex pinguedine & oleo recenti, ex oleo rosato, chamæmelino, ex immaturis floribus fabricato: nymphææ oleo, vel ex oleo communi cum paucō aceto: camphora ex vnguento rosato, vel ex adipibus & oleo amygdalino, validè rubores faciei abigit: Laudatur & oleum in quo cucurbita coxit, vel flores eius macerati sunt: & oleum ligustri, oleum myrtinum, cydoneorum, oleū verbenæ: cerotum refrigerans Galeni: oleum mandragoræ, papaueris, & populneū, his adde oleū chamæmelinum.

**APOPHLEGMATISMI** ex aqua tepida & lacte, ex mulsā cum fero lactis.

Odoramenta, ex aceto, aqua rosata & caphura. Sacculi fiant roscedi ex aqua & aceto.

*Splenia.* **FRONTALIS.** Accipe farinæ hordei, semimanipulum: seminis papaueris, drachmas tres: cum lacte muliebri, oleo & aceto rosato, vel decocto capitū papaueris, fiat pulvicula, quæ, inter duas sindones, fronti admoueat: miscentur interdum rosæ, violæ, & flores nymphææ. **ALIVD:** Accipe seminum conquassatorum, althææ, psyllij, cuiusq; semunciam: macerentur aceto, & in duobus linteis excepta, capiti admoue. **ALIVD:** Accipe foliorum lactucæ, manipulos duos: florum rosarum, manipulum: seminum papaueris, sesquidrachmam: adde farinæ, drachmas sex, coque in aqua: adiectoq; olei violati quod sufficit, fiat cataplasma. **ALIVD:** Accipe rosas rubras maceratas in vino, excipiantur inter duas sindo-

nes tres digitos latas: & ab vna aure ad aliā, extensum fiat splenium: ita nymphææ & violarum flores, cum chamæmelis, & cyperi radice excipiuntur. Si somnus sit inducendus, adde folia lactucæ, papaueris vel mandragoræ; vel semina papaueris, lactucæ, & santala, cum paucō semine anethi, fiat splenium, quod ex aqua rosatæ & aceti fumo suffiatur. Placet nobis hapsus lanæ vel bombacis, oleo violaceo tepente imbutus: poterit addi lac muliebri, & fronti & temporibus admoueri. Lac muliebri cum paucō aceto. muccago psyllij cum oleo violato, vel rosato, vel amygdalino.

**OXYRRHODINON** ex oleo rosato, cum sescuplâ vel sextuplâ parte aceti; vt olei vnciam: aceti, drachmas duas: misce, & agita diu in phialâ. Vel vbi metus adest phrenitidis, accipe olei rosati, vnciam: olei nymphææ, semunciam: olei papaueris, succi solatri vel lactucæ, vel papaueris, vel rosati, aceti vel potius succi limonum, singulorum drachmas tres: in phialâ diu misceantur. **ALIVD,** Accipe olei rosati completi, vncias duas: aquæ violatæ, vel nymphææ vnciam: aceti semunciam. Trochisci narcotici apud Fernelium, libro septimo vbi de Trochiscis.

**CAVTIO.**

Parcè vtendum in capite, quæ manifestè adstringunt: & sæpe calida quædam adduntur vt reliqua penetrent. Si fuerit non fixus dolor, sed fugax, ab imminente crisi, nullo modo erit reprimendus: nam naturæ ductu iam iam hæmorrhagiā in procinctu esse denotat, quam

si retruferis, mortem adferes. Notabimus facile criticū esse, si in diem criticum, per febres incurrerit: & si pepasmi signa, per febres, præcesserint: ut urinae coctio.

*Ruler facies.*

**AD FACIEI RVBOREM,**  
Accipe Lithargyri argentei, vnciam: cerusæ albissimæ, drachmas tres: caphuræ, scriptulos duos: aquæ solani, lactucæ, nenupharis, cuiusq. vncias tres: aceti albi vncias duas: resideant horis sex: & filtro trans mitte: Aqua vitreo vase seruetur: ac cottidie bis aut ter ea facies madescat. Aliud, accipe vnguenti rosati, vnciam: sulphuris in pollinem acti, binos scriptulos: misce.

**CAPVT FRIGIDVM CORROBORANTIA,** ac in eo conceptam **PITVITAM** ac extra venas effusam **ALTERANTIA.**

**INTVS.**

*Simpli.*

Talia sunt Bethonica, salvia angustifolia, nervos firmat: angelica, chamæmelum, acorum, lauendula, coriandrum, radix imperialis, dictamnus, lauri folia, verdena, satureia, euphragia; maiorana, hæc leptomeriâ valet, & flatus excutit; chamæpitys, cyperus, hyssopum, prassium, arthemisia, origanum, calaminta, melissa, primula veris, thymus: serpillum somnos adfert, & catarrhos sistit: rosmarinus sensus omnes & memoriam recreat, tremori & paralyti dicatus: myrtus spiritus animales fouet, & catarrhos sistit: calamus aromaticus, acorus & galanga flatus excutiunt: helenium: pœonia mas, pauores abigit & aperit: ocymū caryophyllatum, ruta, iris, spica, centaurium minus, nervis dicatum est: corian-

drum, piper, cortex citri conditus, zinziber conditū, castoreum, guaiacum, cubebæ, nux myristica, iuniperi baccæ, mastix: aristolochia lentam adimit pituitā; hinc Epilepsiæ ab vtero insigniter confert: thus confert obliuioni, & hebetudini, inquit Auicenna, nam animales spiritus recreat. Pyrethrum conditum epilepticis prodest: aqua extillata ex floribus tilia: myrrha; medicamen è scylla, fœniculum, quod oculis studet. Sarsa parilla, & saffras.

Pilulæ de aristolochia, à Ferri-lio descriptæ, libro septimo. Conserua florum vetonicæ altilis: conserua florum saluiæ, & anthos, diacorum, diapœonias, diamargaritum calidum: stœchas Arabicum, & ex ea vnicus syrupus cephalicus calidus, de stœchade, celebris habetur: nam stœchas quasi vitam nervis afflat: sed stœchas per se, ut & alia cephalica, nimis calida est, quare hoc ferè solo syrupo vtimur in frigido cerebro: Gal. tertio  $\chi\tau\iota\ \tau\acute{o}\ \tau\omicron\ \epsilon\upsilon\varsigma$ , myrrham & crocum reiicit: quod nimis odorata cum sint, plethoricis causis grauent caput: quare sint leniter odorata, quale est coriandrum. Confectio anacardina, hoc vehementer firmat cerebrum, terebinthinæ cypriæ drachmæ tres: confectionis anacardinae drachma: misce: fiat Bolus: diacyminū, conserua pœoniæ, cum eius semine: diacastoreum, electariū pleres archôn, mirè iuuat; dianthos, diamoscum: sed inter cætera excellit Theriaca & Mithridatum, aurea Alexandrina: aromaticū rosatum. Confectio latificans Razis, capite

*Conserua & spicula*

*Oderat reiiciuntur.*

*Bolus.*

*Notandum.*

De me-

De melancholia ab eo descripta, nono libro ad Almanforem: In ea, id notandum, quod accipit pro tribus partibus mellis, vnam puluerum: at nostri pragmatici vnciam sacchari aut mellis, drachmā ascribunt aromatum: sed nullo successu sapè. Theriaca diatesaron: trochisci de gallia moscata. Accipe pulueris aromatici rosati, ex descriptione Gabrielis, & rosatæ nouellæ, cuiusque drachmam: pulueris diagalangæ & diacymini, singulorum semidrachmam: sacchari soluti in decocto saluix, vel bethonicæ, quod factis sit, fiat electarium in tabulis: pondere duarum drachmarum, vel trium. Mulsa & mulsum, cum herbis, nuce myristica, & cæteris aromatis: sed non sit mulsum vinosum à fermentatione redditum: audi Pauli ab Ægina de hoc sententiam: is ita scribit, 3. lib. 6. Hydromelum quod à Cebyra adfertur vinosum in paruis vasis, reprobandum est in Phrenitide, vt quod peiora detrimenta quàm vinum in talibus inducat, & præsertim in capitis affectibus, & ante coctionem. Decoctum ligni guaiaci, cum floribus cardui benedicti laudatum est remedium: Sunt enim affinia, eodemque modo agentia, (vnde vocat Hippocrates) ad peripheriam enim corporis diffundunt succos, ac à capite auertunt. Aqua theriacalis cum succo bethonicæ, hausta bis in septimana, sub ingressum lecti. Accipe foliorum saluix, manipulos tres: seminum pœoniæ, vnciam: (vel potius, ex D. Langij sententia fraxinellæ) anisi, semunciam: glycyrrhizæ rasæ, drachmas sex: casto-

rei, scriptulum: coque ex vino, fiat potio. Aqua vitæ in qua maceratum sit castoreum, acorum, saluia, vel mastix, aut calendula. Accipe mithridatij, theriacæ antiquæ, confectionis anacardinæ, cuiusque semidrachmam: castorei, scriptulum semis: aquæ vitæ, in qua infusa fuit nux moscata, semunciam: fiat haustus. Hæc mirum in modum recreant cerebrum; vt & illud, Accipe hyssopi, saluix, cuiusque sesquimanipulum: florum rorismarini, manipulos tres: nucis myristicæ, sesquidrachmam: tepidè macerentur in aqua vitæ, horis viginti quatuor: facta que colaturâ, nouæ herbæ imponantur, idque sæpius. Vel aquæ vitæ quid imponitur theriacæ, mithridatij, vel diamosci dulcis, aut diambæ & castorei. Aqua florum rorismarini: vina quoque medicata, vt rorismarini: aqua canellæ distillata. Apozemata aromatizentur zinzibere. Decoctum cephalicum, descriptum in Antidotario Florentino, cum serapiis. Decoctum florum stœchados, cum melle. Aqua theriacalis cum succo bethonicæ: oxymel celeberrimum est medicamentum. Succus & radix Scorsoneræ: Cubebarum grana quinque cotidie deuorata, herba gallæ bibita. Vinum iuniperinum. SEMPERI adhuc remedijs stœchas. Syrupus præssij, mel anthosatum, syrupus de arthemisia. Hæc tenuat, & expedita reddunt quæ obstructa conuuebant: vtilia futura, modo febris absit. Syrupus hyssopi, mel rosatum, syrupus acetosus simplex, acetum scylliticum. Accipe liquoris distillatij lilij, conuallij,

Electarij.

Potanda.

Liquor.

Syrupus.

Syrupi.

Cautio.



in quo aurum vel ferrum saepe extinctum fuit; aqua distillata cerarum dulcium, nigrorum, partes aequales: bibat.

**CAVATIO.**

Vbi morbus caput fatigat per effumigationem, à leptomeriâ prae-dictis maximè cauendum; vel ante cibum exhiberi debent: sed temperatè calidis semper est vtendum. **NOTANDVM.** Vbi pituita neruis infusa fuerit, Apozemata ex zinzibere aroma ducere debent.

**FORIS.**

**CAPITI FRIGIDO FORIS** admouentur **CORROBORANTIA** & **FRIGVS ALTERANTIA.**

Vt Anethi semen, & anisi, alkermes grana, galanga, zinziber, macis, cinnamomum, cyperus, pyrethrum, cubebæ, nux moscata, castoreum, ambra, moscus, euphorbium, melissa, bethonica, lauendula, sampsuchus, valeriana viridis, stœchas, costus, hyssopum, satireia, origanum, ruta, calamintha, lauri folia, pulegium, chamæmelon, rosmarinum, salua, verbascum, serpillum, euphragia: caryophyllatæ radix, cortex citri, calamus odoratus, spica Celtica. Ex his **PVLVERES** etiam fiunt.

*Simpli-  
cia.*

*Lotiones.*

**LOTIONES** Capitis, additis iuniperi baccis, & anisi fœniculiq. semine, fiant ex lixiuio sermètorum vitis, vel ex aqua, cui sexta pars vini affunditur in fine coctionis. Lotiones commendantur ex aquâ thermali calidâ: vel in lixiuio coquuntur flores chamæmelini: decoctis additur aqua vitæ. Accipe maluæ folia cum radicibus, meliloti, cuiusque manipulum: coque ex aqua, &

spongiâ fiat forus: Si validiùs velis resoluerè, adde parietariam, absinthium, vel stœchadè: sin robustiùs id velis, adde fœnugracum, semen anisi, & lini, bethonicam, maioranam, melissam, folia lauri, lauendulam. Hæc interdum sacculo inclusa coquuntur in lixiuio: salua, calamintha, origanum adduntur. aqua vitæ capiti illita. Olea laudantur *Olea* calida in ordine secûdo: oleum costinum, irinum, anethinû, chamæmelinû, oleum sambucinû, oleum nucleorum persicorum, oleum euphorbij: hederæ succus ex oleo: ita & spondylium vel peucedanum ex oleo, cum pauco aceto: oleum nucis moscatae cum euphorbio & castoreo, oleum castorei, cum aqua vitæ, & de lateribus; nam epilepsia & paralyti opitulatur: petroleum clarum, oleum iuniperi, oleum balsami duplex, apud antidotarium Florentinum: oleum rutæ, oleum anisi cum aqua vitæ, oleum amygdalinum amarum, & caryophyllorum: oleum ex floribus & foliis hyssopi. Radix cucumeris asinini ex oleo. ceratum de Euphorbio Galeni.

**VNGVENTVM** aregon, vnguentum Agrippæ, vel Martiatum. *Unguenta  
& em-  
plastra.* Mithridatium vetus illinitur, & aurea Alexandrina: vitriolum Romanum, vstum modicè: eius scriptuli duo, miscentur vnguentorum drachmis decem. Emplastrum de janua, & gratiæ Dei; emplastra ex radice cucumeris asinini & absinthio: ceratum ex euphorbio, celebratum ab antiquis, in diuturnis doloribus: emplastrum de meliloto.

Laudantur apophlegmatismi, vt mastix cum cera noua: & errhina *Purgatio  
particu-  
laris.* & gar-

& gargarismi: sternutatoria quoq. experita sunt remedio, quæ calenti à secundo ad tertium gradum, vt maiorana cum castoreo, nigellâ; elebori albi ramenta macerata in aqua vitæ, & dein siccata, naribusq. inserta: castoreum, minimè caput turbat, inquit Aretæus. Suffitus interdum succurrunt præclarâ vi; lateres calidi, vino generoso asperguntur, vel fumum naribus excipimus nicosianæ herbæ.

**SUFFITVS** ad crassas & frigidas distillationes: Accipe seminis melanthij, succini, vtriusq. semunciam: styracis calamitæ, benjouini, vtriusque drachmas duas: macis, caryophyllorum, nucis moscatae, singulorû sesquidrachmâ: terantur in puluerem crassum, fiat Suffitus. vel præscripti pulueres consociati myrrhæ & mastici, cum aqua rosata in Trochiscos fingantur.

**SACCVLI** qua arte struendi sint scripsimus libro primo, vt Accipe stœchados vtriusque, maioranæ, roris marini, singulorum manipulum: rosarum rubrarû, pugillum cum semisse: chamæmeli, meliloti, cuiusque semipugillum: corticum citriorum siccorû, vel radicum cyperi, granorum alkermes, singulorum drachmas tres: macis piperis longi, cubebarû, caryophyllorum, cuiusque semidrachmam: fiat puluis, & ex eo cucupha, inter duas sindones, cum pauca bombace interbastata, vel immisce rasurâ scarlatæ: Maiorè copiam puluerum ea regione accipiat sacculus, qua maximè caput laborat. Ita addimus interdum galangam, calamû, & cætera quæ primùm enumerauimus.

Fiunt & **SPLERIA**, hoc est, frontalia ex saluia, roremarino, chamæmelo, meliloto, bethonicâ, bryoniâ: hæc, vapore suffiantur, vt aquæ melissæ, vel bethonicæ: aut acetum effundatur in laterem ardentem, ac fumo sacculus suffiatur, vel aquâ vitæ rigetur. Persicorû nucleorum succus, extractus cum aqua verbenæ, fronti & temporibus admotus.

## CAVTIO.

Quæ calentiora capiti admouentur, tunc apponenda erunt, cum vētricus mediocriter vacuus fuerit, ne sursum horum vi proliciantur vapores. Vnguenta vsus tempore soluantur paucâ aquæ vitæ affusione, vt liquidò penetrent. Præterea si à vaporibus cerebro importatis obortus fuerit dolor, odorata nimium, absint.

**CAPVT HV MIDVM CORROBORANTIA**, & in eo modo rem **ALTERANTIA**:

## INTVS:

Digerant, ac animales spiritus recreent; quare sint leniter odorata, vt aromata; quæ tamen *καρπώδεις* non inducunt vaporibus caput opplendo: vt quæ valdè calfaciunt, cum tenuitate: nam hæc, facilè sursum efferuntur.

Caryophylli conditi, & aromata omnia: zedoaria; viscus quercinus epilepsiæ prodest: hinc olim vates manu tenebant viscum, ne vertigine corripenterentur; mace, nux myristica, cornu cerui, cinnamomum, moscus, ambra, lignum aloës, castorium, scobs eboris, smaragdus; myrobalani cõditæ, sed abluantur; nam aliquid cassiæ illis remiscetur.

Cortex

Anti-  
quum.

Cortex citrij siccus, piper, zinziber  
conditum, coriannum, corallum,  
cyperus, acorum, iris. Cineres visci  
querni, bibiti, quadraginta dies. ra-  
dices filicis. Amygdalæ amaræ, in  
sartagine inter fufures, siccatae fo-  
co, & auellanæ tritæ, & cum exiguo  
pipere haustæ. flores sulphuris.

Pœonia, calore ac frigore tempe-  
rata, spiritus animales excitat, me-  
lancholiam & pituitam absterget à  
cerebro: stœchas Arabiae, radix  
asclepiæ. Optimè ad salutem hîc  
facit decoctum fassfras, vt illud de-  
scribimus, capite de roborandis  
Articulis humidis: hîc misce ei be-  
thonicam. Et hoc Electarium, quod  
in deliciis erat Reginae Galliae Ca-  
tharinae Medices; Accipit radicem  
enulæ, semunciam: (sit hæc optimè  
condita) pulueris diambrae, & diar-  
rhodonis abbatis, singulas semun-  
cias; confertur buglossæ, rosarum,  
cuiusque binas uncias: cinnamomi,  
zinziberis, nucis myristicæ, caryo-  
phyllorum, cuiusq. drachmas duas:  
mosci optimi, grana duodecim: olei  
vitrioli, scriptulos quatuor: aquæ  
vitæ ten sublimatæ, uncia: fiat con-  
ditum secundum artem. Guttulæ  
quinque olei caryophyllorum, cum  
vino: oleum anisi. GUTTA olei de  
succino, ex aqua bethonicæ, vel flo-  
rum tiliæ. Oleum distillatum ex  
mastiche, olei margaritarum, sena-  
grana, oleum coralli, oleum sulphu-  
ris. CONSERVA anthos, confe-  
ctio anacardina, diacinnamomum,  
diamoseum, diambra, confertur  
pœonia. stœchas cum oxymelite,  
vel aceto scyllitico.

A catarrhis tuetur cerebrum pa-  
rum bibere ac edere, vigilare, ac à

Conserua  
& species.

videtur.

salsis & acribus abstinere: & maxi-  
mè salsis non superbibere.

VINVM in quo coctus fuerit  
moscus pyri. electarium ex Pœonia.

OP IATVM. Accipe summita-  
tum rorismarini, cinnamomi, ma-  
cis, nucis myristicæ, caryophyllo-  
rum, singulorum drachmas duas:  
priapi tauri, & hirundinum in fur-  
no vstatum, cuiusque semunciam:  
excipe saccharo & syrupo de stœ-  
chade, fiat opiatum. DECOCTVM  
hyssopi, cum oxymelite scyllitico,  
epilepticis quoque prodest. VÆ  
moscatæ decoctum cum melle ro-  
sato & aceto, multis diebus bibita.  
Accipe corallum, immitte aquæ vi-  
tæ: huius aquæ accipe semunciam:  
spiritus vitrioli, drachmas duas:  
misce cum syrupo de stœchade, &  
de hyssopo; ita vt vnciis quatuor  
syruporum diluantur. ter die sumat  
cochlear, cum vino albo. hoc Apo-  
plexiam etiam arcet.

Opiatum

Potard

FORIS.

CAPITI HUMIDO FORIS  
admouentur CORROBORAN-  
TIA & ALTERANTIA:  
Vt pulueres, SUFFITVS, &  
POMA odorata. LOTIONES ex  
aquis thermalibus, salsis, nitrosis,  
& sulphureis. Siccamus, fricamus,  
insolamus modestè. Illinimus oleis,  
& atomatibus aspergimus rasum  
caput: adipe vrsi, oleo veteri, cedri-  
no oleo, & caryophyllorum, matris,  
castorei, masticino, oleo rorismani-  
ni, oleo succini.

Apophlegmatismis vtimur, ex  
origano, saluiâ, bethonicâ, mastiche  
cum cera nouâ.

Sternutatoriis raro vtimur, ne  
fiat influxus materiæ in oculos.

Con-

pro rathar  
7r

*Simplicia.* Conferūt coriannum, corallum, muscus, ambra, zybeta, galanga, cyperus, myrrha, calamus, nux myristica, caryophylli, mace, myrti baccæ, benjouinum, hederæ gummi torrefactum, nigella torrefacta, mastix, thus, iuniperi gummi. succinum collo appensum, & sacculo inclusum, & suffitum, cerebrum recreat, catarrhos sistit, calet primo ordine, siccat secundo: dicitur carabe Arabibus, electrum Græcorum. Styrax, lauendula.

Rosmarinus, stæchas, saluia, chamæmelon, melilotus, sambuci flos, Mastix vorata sistit tenues catarrhos, maximè si à ventriculo sint: lignum aloës, cyminū torrefactum, spica, nux cupressi.

*Suffitum.* SVFFIMEN: rosarum, coriandri, gummi, hederæ, nigellæ torrefactæ in aceto, singulorū drachmæ duæ: mastiches, thuris, & corticis eius, gummi iuniperi, cuiusq. semidrachma: fiat crassior puluis, quo carbonibus imposito, capitis tegmina suffiantur. VEL ex thure, ladano, mastice, styrace calamitâ, cremore tragacanthi exceptis, ad formam lupinorū orbiculi formetur.

SVFFILTVS adstringens distillationes tenues & acres, Accipe rosarum rubrarum, santalorum rubrorum, mastiches, gummi iuniperini, succini, cuiusque semunciam: fiat puluis. VBI frigus se iungit, nihil præstantius est quàm melanthium vel cyminum: si torrefacta, & linteo inclusa, sæpius odorentur, vel si sincipiti admoueantur. Vapor aceti, dum illud candenti ferro aut lapidi molari iniicitur, naribus & ore haustus: & nicosianæ vapor. Ac-

cipe seminis melanthij torrefacti, semunciam: caryophyllorum, tantundem: sindone excepta colligantur in nodulum, odotis ergo. Castoreum naribus inspiratum: id, inquit Aretæus, mirum in modum caput roborat, nec vt alia sternutatoria caput turbat.

SACCVLVS astringens, salis *Sacculi.* torridi, vnciæ duæ: nigellæ, maioranæ, singuli manipuli: corticū citri, thuris, singulæ drachmæ: gummi iuniperi drachma semis: ex lino fiant Sacculi, qui horæ spacio, ante prandium alternatim adhibeantur.

SIN CALIDA fuerit MATERIA, *Materia calida.* milij torrefacti, pugilli duo: myrtorum, nucum cupressi, singulæ semunciam: rosarum rubrarum, pugillus: fiat Sacculus.

SACCVLVS ex salis tosti semunciam: & milij vnciis quatuor: capiti raso impositus: ita ex furfuribus frixis & saluiâ: vel ex rosis, caryophyllis, mace, nigella Romana, gummi iuniperi, origano, nuce cupressi, radice cyperi, calaminthâ, styrace, ladano, mastice, corticibus citreorum, & chamæmelo. Accipe foliorum saluiæ, maioranæ, melissæ, siccæ bethonicae, singulorū drachmam: calami aromatici, cyperi, galangæ tenuioris, cuiusq. semidrachmam: schœnanthi & vtriusque spicæ, granorum tinctorum, & rosarum rubrarum, singulorū scriptulum: fiat puluis, & inde Sacculus. Sacculis interdum drachma additur piperis, vel semidrachma zinziberis, vt validiùs peruadât remedia.

PVLVIS, Accipe gummi iuniperini, rosarum rubrarum, corticis thuris & citrij, caryophyllorū, *Fulueris.* mastices,

sticis, santalorum omnium, myrtillorum, cuiusque scriptulum: fiat tenuis puluis, qui suturæ coronali imponatur: Nonnunquam addimus nucem cupressi, corallum, succinum: Sed primò fiat illitus ex styrace liquida, vsque ad frontem; nec ante septimum diem amoueatur.

*Ufus.*

**ALIVS.** Nigellæ Romanæ torridæ, granorum alkermes, cuiusque sesquidrachma: corticis citri, drachmæ duæ: caryophyllorum, xyloaloës, rosarum rubrarum, melissæ, maioranæ, singulæ drachmæ: æstate adde santala, & baccas myrti, singulorum binas drachmas.

*Liquida.*

**FOTVS** fiat ex decocto bethonica, maioranæ & saluiæ, cum oleo sambucino & chamæmelino, & anethino, fiat fodus. Persicorum nucleorum succus extractus cum aqua verbenæ. Mustelæ cineres cum aqua. Decoctum foliorum senæ. Lixiuum ex cinere buxi, in quo coxit semen nigellæ Romanæ, stæchas, rosmarinum, chamæmeli, bethonica, melissa.

Cæpæ squama, cineribus assa, cum oleo rosato, laurino & æsopo, frigori confert. Septem folia hederæ, tot nuclei persicorum, bullita cū oleo & aceto. Senecta anguium ex aceto admota. Balsami aqua, capiti illita. Puluis thuris, & myrrhæ, cum albumine ouis, fronti & tēporibus admotus. Illinatur suturæ coronalis regio oleo Nucum cupressi.

**CAPVT SICCVM CORROBORANTIA, & IN EO ALTERANTIA MELANCHOLIAM.**

**INTVS.**

Recreatur humidis in primo ordine, quæ in secundum gradū ex-

currunt: vt cicoracea, viola, rosa, nymphæa, lactuca, semina frigida, ptisana, borago, buglossum, lac & aphrogala, poma dulcacida, passulæ, ptuna, farina hordei ex lacte: drachmæ duæ seminis maluæ, inquit Aretæus, interdum potatæ: aqua lactucæ, & succus maluæ, ad vncias sex potus.

Conserua foliorū lactucæ, conserua satyrionis, cōserua violarum, nymphææ & rosæ.

Huc pertinent somnifera, vt lactuca à cœna comesta; lac amygdalinum, cum seminum frigidorum emulsione, & papaueris, ex aqua lactucæ. Accipe syrupi rosati, diacodij, cuiusq. vncias duas: capiat mediam partem horâ somni. Syrupus papaueris cum pauco philonio, & aqua lactucæ. Iuscula in quibus coxere capita papaueris, semen lactucæ, & semina frigida, viola, nymphæa. Montagnana ita, Accipe seminum papaueris albi, semunciam: corticum mandragoræ, hyoscyami albi, cuiusque semidrachmam: croci, grana quatuor: leniter contusa, & sindone excepta, horis sex, aquæ nymphææ immitte vncias sex: exhibe vncias tres. Sed non temerè vsus eius iniri debet. Sint talia, quæ in lætitiâ mentē effundant.

*Somnifera.*

**MELANCHOLIA** extra venas in **CAPVT** effusa si admodum frigida fuerit, vtetur melissâ, satureiâ, euphragiâ, sampsucho, bethonicâ, verbenâ, meliloto, fumarîâ, scordio, caryophyllatâ, semine anisi, floribus sambuci: Proderit

*Specios.*

nux myristica, angelica, cinnamomum, caryophylli, epithimum & eius syrupus: Dianthos, pleres archôn,

chôn, manus Christi, diacyminum, aromaticum rosatum, diamargaritum frigidû, Diagalanga cum conferuis humidis, vt violarum, vel boraginis. Sint succiplena alimenta. Caro vitulina: nam ea madet. Venus hîc profligetur.

*Oua.* Accipiat mane tria oua sorbilia, cum saccharo, croco, thymo, epithymo, cinnamomo; hæc, in puluerem redacta, iniiciantur. Id agat per plurimos dies & iuscula bibat. Ocymum caryophyllatum, flores cordiales. Rosata nouella: & ferè curata eiusmodi quæ sine insigni feruore mæstitiam adimunt. Vinum saluiatum, rosmarinites, boraginatû, & cætera talia. Radix scoronerae vel succus potus.

*Aër.* Aër sit lucidus & humidus, in reliquis temperatus: id fit per vaporem decocti maluæ, & violarum: sint odores grati, sed tamè blandi.

*Qualia esse debent.* Cuncta quæ absque feruore insigni, lætitiâ afflant: talia plurima prodita sunt à nobis, vbi de Roborantibus **COR**, vt syrupus de corticibus citriorû; Melissa, quæ odore recreat spiritus, ac stipticâ quadam vi, robur visceribus afflat, ac leptomeriâ peruadit ad nobiles partes: Conserua ex foliis melissæ: aqua hodie elicitur, quæ tota substantia melissam redolet. Thymus haustus pondere duarum drachmarû, cum oxymelite, lactuca cocta butyro & pauco aceto. ita endiuiâ, borago, spinachia, &c.

#### OBSERVATIO.

Apozemata bibant aroma ex nucis myristicæ: vel guttulæ aliquot nucis myristicæ misceantur, vel aliquid aquæ cinnamomi.

Accipe radicû boraginis, & buglossi, cuiusque sescunciam: florum stæchados, buglossi, cardui benedicti, epithymi, cuiusq. manipulum: seminum anisi, semunciam: hordei mundati, vnciam: passularû mundatarum, sescunciam: coque in decenti copia aquæ buglossi & bethonicae, ad librâ vnam: in fine cocturæ adde parum vini, in quo macerata sit nux moscata: colaturæ adde syrupi de stæchade, & de epithymo, singulorum sescunciam.

#### FORIS.

**CAPITI SICCO FORIS** admouentur **CORROBORANTIA & ALTERANTIA**. Vt quæ in adorem aspergunt partibus, humentem ab ordine primo, ad gradum vel ambitum secundum.

**LOTIONES** ex aquâ suauitè tepidâ, in qua coctum sit semen lini, scenugræci, maluæ, althææ, caput vulpis, violaria. Maluæ decoctum, ex intestinorum, capitû & pedum veruecum aquâ, pro fotu, ex spongia. Fotus ex lacte muliebri, quod & capiti admulctum prodest: vt & aphrogala. Accipe lactis ouilli, caprilli, vaccini, aquæ in qua malua coxit, partes æquales: coque ad medietatis consumptionem, & admooue capiti. **DECOCTVM** florum nymphææ, lactucæ, maluæ, stæchados, violarum, althææ, chamæmeli, capitum veruecum, boraginis, hordei, seminum cucumerum, & seminis lini; ex lacte, aqua, & butyro. Amygdalæ dulces contusæ *Frontale.* cum oleo violato. Accipe spumam ex sero lactis bacillo agitati, coronali suturæ admoue; somnum euocat. **ODORIFERVM:** Accipe *Oder.*

aquæ rosatæ, aquæ solatri, cuiusque vncias quatuor: aceti, vel succi citrij, vncias duas: seminum papaueris, lactucæ, mandragoræ, singulorū drachmas binas; terantur, & bulliant; ex vitreo vase odorē hauriat.

*Unctio-  
nes.*

**ILLINITIO** ex adipe temperata, & ex oleo dulci & pingui, oleo violato, amygdalino, nymphææ, & macis, Prodest vnguentū rosatum, quod non ita effluit vt oleum: cum succo lactucæ vel portulacæ, aut buglossæ. Vnguentū resumptiuum, & populneum: pinguedo gallinæ & humana: oleum maturum, & oleum mandragoræ cū croco. Vnguentum althææ, oleum lini, & liliorum, adeps ouilla; omentum vituli vel veruecis, calefcit in sartagine cum oleo chamæmelino & sambucino. oleum seminum cucurbitæ, naribus impositum: butyrum recens, insulsum: mica panis macerata in oleo amygdalino dulci, & capiti admota. Pulmo arietis calēs, vel catulus sectus, & capiti admotus, cūm refrixere, ex tepido chamæmeli decocto, iterum tepescant.

**ERRHINA** ex maluâ, violâ, nenuphare, betâ, lacte.

**STERNVTAMENTIS** nunquā hîc vtemur, ne materia in meatu excussa, epilepsiam inferat.

**CAPVT VIII.**

*De pulmonibus: & remediis*

*pneumonicis.*

**P**ECTVS CALIDVM CORROBORANTIA, & ALTERANTIA in eo conceptam BILEM extra venas effusam: quibus, & qua cautione id fieri debeat.

**IN TVS.**

Sit aër frigidus, nam is perpetuō

ferit ac peruadit pulmones. Utilia sunt semina frigida, & ex eis emulsiones: saccharum album cum penidiis & tragacantho: Saccharum crystallinum, quod Canditum vocant, deterget: saccharū violaceum, & rosaceum: iuiubæ, lactuca, endiua: papauer album & nigrum, & rhœas, sistit fluxū, & torpore quodam dolorem soluit: buglossum, portulaca, & eius syrupus: Amygdala, penidia, tepidè id agunt: lac acidum, passulæ modestè temperant æstum: hordeum, althææ semen, semen bombacis; saccharum, temperie quadam efficax: cucurbitæ, ranarum fluuiatilium coxæ, testudines lotæ aquâ hordei, & cancri fluuiatiles: cyani flores & aqua: farfara, id est, tussilago: Nymphæa, & violæ cum earum serapio, & infuso: iuiubæ, liquiritia & eius succus. Muccago radicū althææ, cum saccharo leniter coquitur, perpetua agitatione, ne adustionem sentiat, ita Venetiis fiunt inde offulæ. Flores papaueris rhœados macerantur, vt & eorum contusa capita, ex aqua eorundem florum, vel pimpinellæ & scabiosæ: dantur quatuor vnciæ, quater cottidie. Accipe florum siccatorum papaueris nigri, drachinas duas: cum aqua cardui benedicti. Semina maluæ, butyrum insulsum, lac cum farina coctum, pruna dulcia, dactyli, & ficus, amygdalum: Succus amygdalarū dulcium: lac auenatum, muccago seminis cydoniorum, maluæ, psyllij, & tragacanthi: capillus Veneris: Aqua in qua coxit saccharum, vel passulæ Corinthiæ &c. Succus prisanæ, sitis est expers, cassutha, ceterachum.

*Simpli-  
cia.*

*Offula.*

chum. Oleum caphuræ cum aqua buglossi. Rondeletius in sanguinis sputo ab acri materia, dabat caphuræ scriptulum: ex cyatho aquæ cisternæ, cum modico aceto. Aqua, & caro cucurbitæ, & melonum. mora matura. Aqua florū ligustri. Aqua cardui albi, quem D. Mariæ vocant.

Decoctum refrigerās; pilulæ hypoglottides; syrupus de iuiubis Mesues: Syrupus ad catarrhos Mesues: syrupus de succo endiuia simplex: syrupus de succo cucurbitæ, refrigerat & humectat: vt & syrupus ex vionis: omnibus calidis & squalidis affectibus sunt valdè vtilis, ac ex hectica febre laborantibus. Syrupus nymphææ, Syrupus granatorum dulcium, gummi tragacanthi & Arabicum ex decocto liquiritiæ.

Decoctum liquiritiæ, aqua hordei cum multo saccharo, vel syrupo violato. Conserua violata: syrupus de pomis: syrupus rosatus laxarius commédatur à Rondeletio. EMVLSIO: Accipe seminis papaueris albi, semunciam: seminum frigidorum maiorum, singulorum tres drachmas: amygdalorum dulcium, semunciam: aquæ decoctionis liquiritiæ, quantum sufficit: terantur omnia in mortario, colaturæ adde Syrupi violati, & capillorum Veneris, vtriusque sescunciam: fiat emulsio pro duabus vicibus: sumat quatuor horis ante cibum. POTVS: Accipe hordei excorticati, semimanipulum: iuiubarum, quindecim: liquiritiæ rasæ, semunciam: coque ex aqua.

Looch de psyllio, & de semine lini, & de althæa, & tussilagine, Looch Antipatri: descripta in Anti-

dotario Florentino. Diatragacanthum frigidum, & diamargariton frigidum: diapapauer, & looch de papauere: Pilulæ de cynoglossa, & de styrace, descriptæ in Antidotario Florentino. ELECTARIVM, Accipe diapenidij, diatragacanthi, sacchari violati, cuiusque semunciam: cum syrupo de liquiritia fiat electarium: Interdum addimus saccharum crystallinum violatū, cum syrupo violato, & duobus scriptulis seminis papaueris nigri: dolorem placat, ac fluxum inhibet. Hypoglottides pilulæ frigida.

PASTA REGIA: Accipe amygdalorum dulcium excorticatorum, vncias tres: penidiorum vel pinearum non rancidarū, sed recentium, & mundatarum, temperatarū horis decem in aqua scabiosæ, vel helenij, semunciam: amyli, tragacanthi, gummi Arabici, cuiusque semidrachmam: pulpæ dactylorum, iuiubarum, sebesten, passularum, vnciam: seminum frigidorum excorticatorum, quantum placet: cum saccharo albissimo, dissoluto in aqua emulæ, fiat pasta Regia in forma placetula: vel per bolos incidatur. Dulciarij quoq. panes laudantur, vt Martij. Proderit & albumen oui, concussum, admixto saccharo penidiato, cum vtroque gummi.

ELEGMA, Accipe electarij diatragacanthi frigidi, drachmas decem: pulueris penidiorum alborum recentium, drachmas tres: serapij violati, vel de iuiubis, quod sufficit, fiat eclegma. Cōfert fluente adhuc materiâ: sed cum pars eius influxit, addetur diaris, & syrupus hyssopi: Sed fluente acritenuique materia,



chum. Oleum caphuræ cum aqua buglossi. Rondeletius in sanguinis sputo ab acri materia, dabat caphuræ scriptulum: ex cyatho aquæ cisternæ, cum modico aceto. Aqua, & caro cucurbitæ, & melonum. mora matura. Aqua florû ligustri. Aqua cardui albi, quem D. Mariæ vocant.

Decoctum refrigeras; pilulæ hypoglottides; syrupus de iuiubis Mesues: Syrupus ad catarrhos Mesues: syrupus de succo endiuia simplex: syrupus de succo cucurbitæ, refrigerat & humectat: vt & syrupus ex vionis: omnibus calidis & squalidis affectibus sunt valdè vtilis, ac ex hectica febre laborantibus. Syrupus nymphææ, Syrupus granatorum dulcium, gummi tragacanthi & Arabicum ex decocto liquiritiæ.

Decoctum liquiritiæ, aqua hordei cum multo saccharo, vel syrupo violato. Conserua violata: syrupus de pomis: syrupus rosatus laxarius commédatur à Rondeletio. EMVLSIO: Accipe seminis papaueris albi, semunciam: seminum frigidorum maiorum, singulorum tres drachmas: amygdalorum dulcium, semunciam: aquæ decoctionis liquiritiæ, quantum sufficit: terantur omnia in mortario, colaturæ adde Syrupi violati, & capillorum Veneris, vtriusque sescunciam: fiat emulsio pro duabus vicibus: sumat quatuor horis ante cibum. POTVS: Accipe hordei excorticati, semimanipulum: iuiubarum, quindecim: liquiritiæ rasæ, semunciam: coque ex aqua.

Looch de psyllio, & de semine lini, & de althæa, & tussilagine, Looch Antipatri: descripta in Anti-

dotario Florentino. Diatragacanthum frigidum, & diamargariton frigidum: diapapauer, & looch de papauere: Pilulæ de cynoglossa, & de styrace, descriptæ in Antidotario Florentino. ELECTARIVM, Accipe diapenidij, diatragacanthi, sacchari violati, cuiusque semunciam: cum syrupo de liquiritia fiat electarium: Interdum addimus saccharum crystallinum violatû, cum syrupo violato, & duobus scriptulis seminis papaueris nigri: dolorem placat, ac fluxum inhibet. Hypoglottides pilulæ frigida.

PASTA REGIA: Accipe amygdalorum dulcium excorticatorum, vncias tres: penidiorum vel pinearum non rancidarû, sed recentium, & mundatarum, temperatarû horis decem in aqua scabiosæ, vel helenij, semunciam: amyli, tragacanthi, gummi Arabici, cuiusque semidrachmam: pulpæ dactylorum, iuiubarum, sebesten, passularum, vnciam: seminum frigidorum excorticatorum, quantum placet: cum saccharo albissimo, dissoluto in aqua emulæ, fiat pasta Regia in forma placetula: vel per bolos incidatur. Dulciarij quoq. panes laudantur, vt Martij. Proderit & albumen oui, concussum, admixto saccharo penidiato, cum vtroque gummi.

ELEGMA, Accipe electarij diatragacanthi frigidi, drachmas decem: pulueris penidiorum alborum recentium, drachmas tres: serapij violati, vel de iuiubis, quod sufficit, fiat eclegma. Cōfert fluente adhuc materiâ: sed cum pars eius influxit, addetur diaris, & syrupus hyssopi: Sed fluente acritenuique materia,

materia, addentur scriptuli vel drachmae duae boli, & trochisci de terra sigillata: & loco diatragacanthi immitemus diapapaver, & syrupum papaveris, & trochiscos de carabe cum opio. Diatragacanthi frigidi drachma: boli scriptulus: opij semiscriptulus: croci grana quatuor: sacchari fescuncia: fiat

*Ulcus renum, & vesicae.*

*Aliud.*

**ELECTARIUM:** hoc interdum opportunè dari poterit in vesicae & renum ulceribus, cum lacte, vel cremore hordei, aut ex oui albo, quod incaluit igne.

**ACCIPERE** conferuam violarum, sacchari penidiati, cuiusq. semunciam: diatragacanthi frigidi & diapenidij sine speciebus, singulorum drachmas duas: cum syrupo de iuiubis fiat looch: vtatur ex radice glycyrrhizae. Diacodeion Aëtij, laudatissima inter remedia est: ab usu eius vtatur his pilulis: Accipe pulueris diagalangae, & aromatici rosati, singulorum drachmam: opij dissoluti vino maluatico, semidrachmam: fiant pilulae decem vel duodecim: capiat duas, tres, vel quatuor diu à cœna. Galenus, Aëtius, & Paulus vtabantur pilulis ex styracis, myrrhae, galbani, & opij partibus æquis, sapâ exceptis.

*Opiata.*

**THERIACA** recens, optimum remedium est, rob nucum. Antidotus analeptica Fernelij, descripta eius libro septimo Methodi. Diacolybanum opiatum: Philonium Romanum cum mulso, aut hyssopi decocto, vel lauri: hoc est, narcotica miscenda sunt cum detergentibus: aurea Alexandrina: Accipe opij, croci, cinnamomi, singulorum drachmam, vini quantum sufficit: detur

inde parua pilula. laudanum Paracelsi, purgato corpore.

**ELEGMA,** Accipe medullam ziziphorū, semunciam: amyli, drachmas duas: gummi tragacanthi, & Arabici, cuiusq. drachmā: cum syrupo papaveris fiat linctus. **ALIUD** ex semuncia diatragacanthi, & drachmā boli, cum syrupo papaveris.

*Eclegma.*

**ELEGMA,** Accipe muccaginis seminis psyllij, & cydoniorum, ex decocto maluae, violariae, & lactucae extracte, singulorum semunciam: sacchari crystallini & penidiati, cuiusq. drachmas tres: emulsionis quatuor seminum frigidorum maiorum, & papaveris, cuiusque semunciam: syrupi violati quantum sufficit.

#### CAUTIO.

**IN** quibus frigoris plena sunt omnia vt nix & glacies, pectori bellum indixere: sanguinis & spiritus vias intercipiendo, ipsamque thoracis naturam, cum sit cartilaginea & ossea labefactando, quae multo calore gaudet, ad vitæ conseruationem. Nam cient tussim, catarrhos, haemorrhagias, pressis venis, ac duritie, minimè extendi cum possint, ruptis.

*Frigida.*

#### OBSERVATIO.

Hoc omnibus vtile erit, Specierum diatragacanthi frigidi drachmae duae: sacchari crystallini, penidiarum, cuiusque vncia: aqua violacea diluantur, vt fiat linctus: calidis proderit. Si frigida materia fuerit, adde diaireos drachmā semissem: aut si potentius velis medicamen, misce electarium Salomonis: Haec, addito saccharo, coctione in massam solidam abire interdum poterunt.

FORIS.

## FORIS.

## PECTORICALIDO

admonenda.

Quæ calore prædita sunt, tutius pectori admouentur: Quare nunquam quæ validè frigent, diu pectori infideant.

**FOMENTA** ex rosis, violis, melissâ, borragine, buglosso, acetosâ, semine lini, fœnugraci; **EPITHEMA** ex decocto hordei, seminum frigidorum & violarum, cum oleo amygdalino & violato. Accipe maluæ, althææ, violariæ, singulorum manipulum: seminis lactucæ, portulacæ, papaueris, contus. singulorū drachmā: fiat coctio ex aqua, ad libram: cum tantillo vini albi.

**INUNCTIONES** ex oleo rosato pectori student: & ex oleo violato, & nymphææ, & adipibus temperatis: Accipe succi portulacæ, lactucæ, umbilici Veneris depurati, singulorum semunciam: olei violati & nymphææ, vtriusq. drachmas tres: caphuræ, scriptulos tres: ceræ albæ parum: consumptis ferè succis fiat vnguentum.

**ACCIPERE** olei amygdalini dulcis, olei violati, singulorum semunciam: butyri loti in aqua hordei, drachmas duas: misce, & illinatur pectus. Commendantur muccagine seminis lini & fœnugraci, & cydoniorum, aut radicem althææ: Oleum seminum cucurbitæ, & lini: oleum papaueris cum amygdalino & hordei succo. Vnguentum resumptiuum: moderatè emollit sine magno calore: est nobile remediū in omni squalore. vnguentum pectorale, & rosatum: huic quid croci interdum miscemus.

## CAVTIO.

Vehementer stringentia, respirationem lædunt: quare in pectoris rebus ab his cauendum: Quæ enim pectori admouentur, constant plerumque ex relaxantibus & digestentibus.

**FRIGIDA** nunquam diu inhærescere sinemus: scripsit enim Hippocrates τὰ ψυχρὰ ὅσον χιῶν, κρύσταλλοι, τὰ εἶθις πλέμμε. hoc est: in quibus frigoris summa sunt omnia, cuiusmodi nix est & glacies, pectori bellū indixere: sanguinis & spiritus vias intercipiendo, ipsiusque thoracis naturam, quæ cartilaginea est, labefactando: quod multo calore gaudeat ad vitam tuendam.

**PECTVS FRIGIDVM CORROBORANTIA, & ALTERANTIA** in eo conceptam **PITVITAM** extra venas effusam.

## INTVS.

Absterforia sint. talia sunt dulcia, & mediocriter amara, quin & quædam acria. Aquæ thermalis potus, & vinorum medicatorum: ius galki veteris. Decocta & Syrupi: ex prassio Mesues, crassa attenuat in asthmaticis. hyssopum & eius syrupus, qui leniter absterget & calfacit. Coque hyssopi manipulos tres ex aqua; in fine coctionis adde mel ad dulcorem, & parum aceti: vnâ rursim euincit. Accipe seminis anisi, fœniculi, singulorū manipulum: coque ex aqua: cum tota vis aquam inuasit, adicies facchari tantum, vt syrupi ideam induat: da vnciæ semissem. Enula, pulegium crassam absterget pituitam: calamintha, & eius syrupus: betonica, scapiosa quæ vomicas quoque pectore conceptas

De fr.  
du caus.Decocta  
& Syru-  
pi.-mā  
-stov al  
-etate

ceptas rumpit, & eius syrupus. chelidonia: liquiritia expectorat moderate, eius syrupus & succus modestè abstergent. Vinum dulce recens: botrys & eius saccharum: capillus Veneris, & conserua eius; eius syrupus modestè calfacit: febribus cottidianis etiam utilis. melilotum, crocus. Syrupus ex succo Nicosianæ: syrupus tussilaginis, nam hæc herba suffitu vomicas rumpit: pœoniæ radix; mulsæ, mel & sapa, saccharum. mel violatum, nam non coctum mel, flatulentum est. Decoctum pectorale, anisum, fœniculum dulce, cuminum, apij semen, passulæ & ficus: oxymel, & scylliticum mel Galeni. fructus dulces, aqua roris Solis, cum vino bastardo, & saccharo cando, cum vitello oui, & pane hordeato. Et aquæ vitæ immittitur ros Solis recēs, dum bibat eius colorem: id sæpe repetitur: & tandem inclinatione vasis excolatur: iterumque adiicitur mace, parum caryophyllorum, & cinnamomi, dactyli, passulæ, liquiritia, & anisi magna pars. insigne est hoc remedium, & suaue; bis vel ter die cochlearij mensuram propinamus. Thymus, sed foetum excutit, eius decoctum cum melle. adiantum, & semen securidacæ: decoctum ex melle, passulis, ficibus & ruta. Saturcia quæ & thymbra dicitur: iuniperi baccæ; decoctum guaiaci. Remedia dentur ex melicrato, vino dulci, aut molli sorbitione.

Amygdala amara; pomū in quo thus coctum est: terebinthina cum saccharo: iris condita, diairis, origanum linctum ex melle, ita & calamintha aut diacalaminthes. aristo-

lochiam in crassa pituita confert, & internos aperit abscessus. abrotani semen, orthopnœæ cōfert quoque. **IN PVERVLIS**, Accipe seminis nasturtij, pugillum: macera noctu, & exprime: da cum melle rosato & urinâ pueri, ad copiam cochlearij. Polypodium leniter dulcescit: cnici semen: helenij radix, vetera vitia adimit, est diuretica: sarzaparilla, siler montanum, leptomeriâ insigne est. Iacea nigra: myrrha, fabæ quantitate deuorata: cutiones, & erycinus siluestris. sagapenum cum decocto helenij vel hyssopi.

**E C L E G M A T A** varia à Ferulio descripta libro septimo. Pulmo vulpis siccatus, & syrupo glycyrrhizæ exceptus. Looch de pulmone vulpis: Scylla omniū fortissima est, yt cocta & melle excepta: & ex ea oxymel, vtile præterea eius Eclegma in viscidâ pituitâ: Secundas tenet radix dracontij, aristolochia, gentiana, galanga, & capparis: sequitur Arum, iris, helenium, &c. Looch de tussilagine compositum, in antidotario Florentino: & looch de carthamo Mesuæ, ibidem. diatragacanthū cum guttulis olei anisi. Accipe seminis vrticæ, scriptulum, lingatur ex syrupo. vrticæ folia & semen: diathamaron: diacyminum.

**A C C I P E** electarij diairis Salomonis & diairis simplicis, cuiusque drachmas tres: looch de pino, semunciam: conseruæ enulæ, drachmas duas: oxymelitis scyllini quantum sufficit vt fiat looch. Si maiori deterfione opus sit quàm incisione, immittes syrupū de hyssopo, prassij, vel liquiritiæ. Crocū pleuriticis confert

*Velicula  
in reme-  
diis.*

*Pueri*

*Linctio*

*Series  
medicinarum*

*Deter-  
gentia*

confert & asthmaticis. Eclegma de caulibus, & looch sanum & experum: pilulæ de aristolochia, & pilulæ scabiosæ apud Fernelium. linctus ex melle cum hyssopo, origano, saluiâ, rutâ. mel hyssopatum & passulatum. looch ad asthma: looch de Scylla. pix cum melle. ALIVD, Accipe specierum diaireos drachmas duas: piperis vel zinziberis grana quinque: cum melle despumato fiat solida placenta.

Scribit Hippocrates tertio de Morbis acutis, MELICRATVM subitantiæ mediocritate *μελικρατὸν ὄνει, ἢ βηχὸς παρηγορικόν, ἔχει δὲ σμηγματῶδες τι*: hoc est: lenit pulmonem, tussimque sedat, nec facit sputum lentum: & est *ἔρητικόν*, inquit, nisi quis picrocholos sit, aut megalosplachnos.

Scordium, cæpa, alliū, porrum, cū hydromelite cocta, pus eiiciunt: vel cum nasturtio, melle, & resina fiat linctus. Accipe musci, semigranum: croci, scriptulum: vini albi semicyathum, bibat. Zinziber coctum cum vino bastardico. viscus quo capiūtur aues. Apozemata aromatisentur zinzibere & nuce myristicâ. Valerianæ radix cocta cum liquiritia, vuis passis, & semine anisoforum. Lac potum in quo Ari radix decocta est. decoctum chamæmeli, & aqua eius distillata.

Aër sit alteratus ligno iuniperi, roremarino, foliis lauri. sit parua potus & cibi copia. dracunculi & ari radices, in cibum elixatæ: vel asfatæ & cōditæ. cæpa cocta cum saccharo. conferva anthos. diapenidion: alkermes confectio. lauro res coctæ. vinum caryophyllatum, se-

num putrem sanat tussim. Trochisci de alipta moscata, qui dantur etiam pueris lac euomentibus.

Pimpinella madoribus tabidis apta est; sanguinis sputum sistit, vlcera deterget & siccat: vt & conferva ex auricula muris. symphytum maius, vbi falsa pituita venas aperit. Conditum adianti & florum iridis. Ambrosia Archibij, descripta in antidotario Florentino: conferva florum hyssopi, & melissæ: thus in pomo coctum; looch ex saccharo, butyro & terebinthinâ paucâ: fundit, deterget, expectorat. Eclegma ex pineis nucleis, deterget & attenuat crassa, tussi antiquæ confert. Diahyssopum, diacyminum Nicolai, in Antid. Florentino. diaprassium. aurea Alexandrina, & triphera magna: theriaca vel mithridatium ex vino albo: vel Accipe mithridatij optimi, theriacæ, vtriusque sesquiscriptulum: decocti glycyrrhizæ, radicis enulæ, capillorum Veneris, hyssopi, vncias quatuor: syrapi glycyrrhizæ, vnciam: fiat Potus. Paulina descripta ex Galeno in antidotario Florentino. Ficus duæ vel tres, maceratæ in aqua vitæ: hypoglottides pilulæ calidæ.

## CAUTIONES.

Ab Eclegmatis cauendum vbi febris acuta adest: nam siccitate suâ & lentore expectoratum supprimunt: vnde frequentior fit respiratio, ac materia feruore contumaciam induit, maximè in pleuritide. Præterea obseruandum, quòd multa calida in crassa pituita non conueniunt, quæ, quod tenue est, consumunt ac crassum relinquunt: sint

*Pueri.*

igitur talia quale est lini semen: quod pueris tussientibus magno successu exhibetur.

**OBSERVANDVM** & illud, quod expectorantia & emollientia, in pectus ubi effusa est pituita, commodiora sunt, quam incidentia: Hinc fructus indantur decoctis plenâ manu: & addantur remediis squalentioribus semina frigida, ut siccitas diluatur; & ne siccata pituita, in thorace restagnet. Quare leniendo detergeant & extenuent, nec vehementer calfaciant siccantur, aut aspredinem inferant: sed leni calore fluxilem materiam reddant, talis est radix eryngij, althææ, maluæ, passulæ.

**NOTANDVM** præterea in pectoris rebus, ut in decoctis pectoralibus & serapiis, mediâ quantitate fructus imponantur: ut passulæ ficus, iuiubæ, sebesten, dactyli; alterationis causâ & deterfionis: ut vis remedij seruetur, dum in pulmones feratur. quare paria quinque præscribuntur alterationis causâ: ad deterfionem, paria decem suffecerint: at ventris laxandi gratiâ, paria viginti vel triginta adiiciuntur. **PRÆTEREA**, Apozemata hinc iridis radice sicca, aromatis quid ducant.

**FORIS.****PECTORI FRIGIDO**  
*admouenda.**Fotus.*

**FOMENTA** calida & humida ex relaxantibus & digerentibus adhibeantur: ex chamæmelo, melilotto, summitatibus anethi, rutâ, maluâ, scabiosâ, sambuci flore, lauro, dauco, cymino, silere montano, semine fœnugræci, lini, anisi, iuniperi

baccis, fœniculo. Epithemata ex vino, & aquâ scabiosæ. Ex his aquæ incoctis, ac spongiâ exceptis, fiat fotus: nam peruia meatibus spongiâ, pectori minimè grauis esse solet.

**INUNCTIONES** ex oleo chamæmelino, amygdalino amaro, œsypo humido, oleo nardino, rutaceo, & moschellino, liliorum, irino, cheirino, anethino, oleo cinnamomi: terebinthinâ, picce, maximè in dolore qui foris consistit. Porrum cum axungia tusum, dorso illitum. vnguentum martianum, & Agrippæ. vnguentum ex oleo in quo decoctæ sint radices enulæ, & ireos, hyssopus, semina lini & fœnugræci. Accipe Emplastri diachyli uncias tres: sulphuris drachmas tres: cum oleo liliorum.

Variè adhibentur aromata, crocum, cinnamomum, calamintha, sambuci flores: Nicosianæ folium, & eius suffitus. **LINIMENTVM**: Accipe vnguenti de althæa cum gummis, sesquidrachmam: vnguenti rosati, drachmas tres: gummi elemnij, semidrachmam: vel croci semiscriptulum: olei amygdalini semunciam, misce, fiat linimentum: addi poterunt medullæ vel adipēs. **ALIVD**, Accipe olei irini, chamæmelini, rutacei, vel anethini, axungie caponis, singulorum drachmas duas: butyri recentis insulsi, drachmam: ceræ lotæ, modicum: fiat linimentum: pleuriticis vtile. **PRO RVSTICIS**, Accipe vnguenti de althæa, sescunciam: seminis cymini, semunciam: misce.

**CAVTIO.**

**CVM** acerbissimus est dolor, mollibus

*Illius**Olea**Unguenti*  
*14.*

mollibus substantiâ vtemur, vt fo-  
tibus & illitionibus: vbi mitior do-  
lor est, cataplasmatibus, ceratis, & em-  
plastris vti licebit. Emplastrum ce-  
roneum.

*Rutacei.*  
Emplastrum diachylon cum oleo  
liliorum vel amygdalorum. Lana  
sulphurata Æginetæ. Fuit olim ce-  
lebre *πυλινθον*, hoc est, rutaceum  
Emplastrum: Accipe rutæ viridis,  
vncias quatuor: butyri, vncias sex:  
terebinthinæ & œsypi, vtriusque  
drachmas quinque: opopanacis,  
galbani, cuiusque vnciam: olei ane-  
thini, quantum sufficit: fiat Empla-  
strum. **CATAPLASMA** ex fufu-  
ribus, sapâ, & parû salis; fiat exigua  
ebullitio: præclarè sæuientes dolo-  
res sedat. **ALIVD**: Accipe florum  
chamæmeli, manipulû: fufurum,  
semimanipulû: salis, pugillos duos:  
mellis & aquæ & vini, vt coqui  
possit in formam Cataplasmatibus:  
apponitur inclusum duobus lin-  
teis: flatulentos dolores expellit  
summa vi.

**PECTVS HVMI DV M COR-  
ROBORANTIA, ET ALTE-  
RANTIA.**

**INTVS.**

*Trochisci.*  
Hypoglottides pilulæ adstricto-  
riæ: & Trochisci adstringentes, vt  
Diacorallû Galeni, trochisci de ter-  
ra sigillata, trochisci diaspermatôn,  
trochisci de stella. *Olea.* Olei cymini gut-  
tulæ, tessellis inditæ. oleû radicum  
polypodij, cum earum sale; inuete-  
ratas punctiones abigit. olei sul-  
phuris grana aliquot cum vitello  
oui. Pulmonaria in olus cocta: hys-  
sopum siccum, prassium, caules ru-  
bri, iris, pulegiû: flores salicis, aqua  
roris solis, cum Cretico vino: lac

amygdalinum, auriculæ muris con-  
serua, farzaparilla, guaiacum: pria-  
pus tauri, corallum; rasura dentis  
apri, ex vino albo: aqua cardui be-  
nedicti: oculi cancrorum, & vinum  
in quo hi macerati fuere: flos gal-  
liæ, thus bibitû & mastix, mumia,  
& gummi iuniperi, & persici. amy-  
lum in ouo haustum, vel bolus. ve-  
ronica mas. rostri gruvis, hoc est, pri-  
mæ speciei geranij ex vino deco-  
ctum radicis. Decoctum botryos,  
cum liquiritia, & melle violato. co-  
quitur conserua botryos, & violata,  
cum farzaparilla, & pauco guaiaco,  
additis paucis dactylis, affusaque  
aqua, in maris balneo. Sulphuris  
drachma igne liquefcatur, ac effun-  
datur ter vel quater in aquam tussi-  
laginis: veteri tussi confert: detur  
cum ouo. vel includatur saccharo  
optimo, vt fiat Electarium: sumat  
semunciam. sit exactè lotum in hac  
aqua sulphur. vtatur manè & serò  
ad ingressum lecti. sumant etiâ ex  
eo Asthmatici, in paroxysmo. **AD  
PHTHISIN** vnâ cum tussi, Acci-  
pe vrticas paruas, ardentissimas,  
quas Græcas vocant, extunde suc-  
cum: accipiat binas vncias manè,  
& hora somni: & sumat primò tro-  
chiscos de carabe, ad semidrach-  
mam. Diatragacanthum, & diape-  
nidium cum pulmonis vulpis pul-  
uere, & syrupo liquiritiæ. Accipe  
mellis, libram: succi caulium semi-  
libram: bulliant dum fiat **LOOCH  
CAULIÛ**. Vulnerariæ herbæ, & quic-  
quid verè diureticum est: pilosella,  
fanicula, consolida, auricula vrsi, ra-  
dix caryophyllatæ, pes leonis, virga  
aurea, pyrola, millefolium. Aqua  
cardui benedicti, cû semidrachma  
pul-

*Decocta.*

*Ab gait  
tor de rug  
dis in dip  
matis fove  
pauilla et p  
iav: hic r  
in fou p. 18*

*Phthisi.*

*Linctus.*

*Vulnera-  
ria.*

*Simplicia.*

pulueris seminis eius; pleuriticis confert. Apium, scabiosa, conserua vetus rosarum, amyllum, gummi, terra Lemni, bolus & trochisci. Symphytū & conserua eius, adiantum, auellanæ, galli veteris ius: semola, vrticæ semen, pulegium, aena, oryza, lens, milium: hæc excorticata Græcis dicuntur *πρασίνον*. Succus saluiae cum vino: in vetere tussi dabat Orpheus succum saluiae cum melle, ieiuno stomacho, & ad effrenes sanguinis expectorationes: nobis vsu compertum est, præclare facere ad expectorationem sanguinis cum tussi, ceruisiam in qua symphyti radix coxit. Decoctum hyssopi, cum oxymelite scyllitico, asthmaticis confert: bellis, flores amaranthi purpurei, portulacæ semen, oui album. Poculo vini Rhenensis, adde manipulum florū rorismarini, coctione exhauriatur media pars, adde saccharū. vinum iuniperinum. **POTVS:** Accipe aquæ bursæ pastoris, portulacæ, plantaginis, cuiusq. semilibram: trochiscorum de carabe, drachmam: spodij, cornu cerui vsti, gummi Arabici, & tragacanthi, cuiusque scriptulum: boli, semidrachmam: fiat leuis coctio: colaturæ adde syrupi cydoneorum, vncias quatuor. diaelectrum Galeni, corallum. Præcellens potus fit ex sassafras: eum describo vbi de artubus humidis. sed adice hîc decocto conseruam violarum, vel boraginis, aut capillorum veneris: vel misceat decocto syrupū violatum. Aquæ hederæ vncias quatuor, bibat cottidie. Lingat farinam erui cum melle.

Trochisci de succino, looch sa-

num & expertū, looch de pulmone vulpis. aurea Alexandrina, athanasia Nicolai. conserua ex pimpinella. **PILVLÆ,** Accipe thuris & agarici, scriptulos quatuor cuiusque; fiant pilulæ decem, cum succo hyssopi: capiat vnam in introitu lecti.

**ELECTARIUM:** Accipe radicis draguntæ conditæ, vnciam vnam: radicem aristolochiæ rotundæ, semunciam: seminis lini, croci, thuris, mastichis, singulorū sesquiptulum: cum syrupo glycyrrhizæ fiat Electarium. Et hoc electarium quod, capite de Humido cerebro, reginæ Galliæ ascripsimus: maximè si à capite præcipitatur catarthos. diasulphur cum vitello oui, vel syrupo violato. Accipe prassij, iridis, hyssopi, pulegij, apij, singulorum semunciam: ficuum, vncias tres, nucleorum pini contusorū, vncias quatuor: coque ex aqua, dum tertia pars maneat, & fortiter exprimantur; expressioni adde tantundem mellis, & modesto igne coquantur in eclegmatis formam. **LINCTVS,** Accipe muccaginis sebesten, & cydoniorum, cuiusque drachmam: looch de papauere, vnciam: margaritarum, lapidis hæmatitis, coralli rubri, seminis portulacæ, singulorum semidrachmam: trochiscorū de carabe sesquidrachmam, misce cum syrupo violato & berberis.

**PILVLÆ,** Accipe myrrhæ, drachmam vnam: sagapeni, semidrachmam: mellis & aquæ vitæ, quantum sufficit: fiant pilulæ: Sumantur ad vnius vsque drachmæ pondus. Et cūcta quæ cōstringunt, qualia

Potus.

Sassafras  
vid. p. 231

Lm.

Lm.

Lm.

Pilula.



qualia apud pragmaticos multa censentur; vbi de Sputo sanguinis, & Hæmorrhagia, Vbi sputat æger sanguinè in tussi, vrgent duæ contrariæ indicationes, nam ob respirationis necessitatem sese expandere debent alæ pulmonum, vnde expectoratione opus est: sed sanguinis effusio, adstrictioni pectoris studendum esse suadet: His duabus, nō sine mirabili quadam proprietate, satisfacit syrupus myrtinus: addatur syrupus portulacæ, quæ crassescet sanguis: vt, Accipe syrupi myrtini, & portulacæ, cuiusque vnciam: decocti portulacæ, vel limacū vncias quatuor. ita in pleuritide, quæ iungitur diarrhœæ, præclare ad salutem facit vsus myrtini syrupi. Syrupus ex succo Nicosianæ, sanguinem quoque sistit. Ad id, elegans medicamen fit, ex radicis scabiosæ, vncias duabus: coralli rubri, drachma: datur ex succo scabiosæ. ALIVD, Accipe conseruæ symphyti, & rosarum veteris, cuiusque semunciam: miuæ cydoneorum, vnciam: trochiscorum de terra sigillata, vel de succino, drachmas duas: cum syrupo myrteo. Theriaca, mithridatium, dodecatheon Pauli, lib. 7. diaprassium. puluis pulmonum vulpis cum theriaca: ad drachmæ pondus. vel terebinthinæ ʒ ij. cum puluere hyssopi.

## FORIS.

## PECTORI HUMIDO

admonenda.

FOTVS sicci, vnde euaporatio surgit. & quæ flatus discutit & madores: vt ex milio, auenâ frixâ, cinere calido ( *ἄρυστος* Græci vocant ) tegulâ quadratâ, orbe li-

gneo, pannis calidis, sale vsto, apij semine, & cari, vel sceniculi. sambuci flores, rorismarini flores, myrobalanorum ossa, & cuncta aromata. Ex his fiunt sacculi, qui vini calidi vapore debent tepescere: vel super laminâ ferri, vino extinctam: aut ex vini vapore lapidibus calidis infusi. SACCVLVVS, Accipe florum chamæmeli, meliloti, anethi, sambuci, cuiusque pugillam: cymini vel rutæ, dauci, ammi, singulorum sesquidrachmâ: sinapi, semidrachmam: contusa include sacculo, qui vini infusi vapore excipiat, & applicetur. Insolatus quoq. proderit: nidus hirundinis. EPITHEMA: Accipe santalorum, myrtillorum, sumachij, hypocyttidis, singulorum semidrachmam: fiat puluis, qui misceatur cum aqua, & oleo rosato; ita vt aqua sit quadrupla ad oleum: linteum ab eo madens pectori imponatur. vel balneum sulphureum, & salsum. vel ex lixivio salicis, cum sulphure fiat fotus.

SACCVLVVS ad FLATVS: Accipe milij, fufuris, singulorū manipulū: salis, semimanipulū: ponatur in vase æneo, dein sacculo includatur.

IN VNCTIONES ex oleo amygdalino amaro, liliorum alborum cum aromatibus: oleum nardinum & chamæmeli: seuum hircinum, bubulum, & taurinum, vt auctor est Dioscorides: oleum irinum, costinum, cum aqua vitæ, mastice, myrtillis, thure, corallo, carabe, spodio, farina amyli, &c. EMPLASTRVM: Accipe sulphuris, ceræ, cuiusque vnciam: picis, vncias duas: olei chamæmelini, quod sufficit, vt fiat magdaleo. EMPLASTRVM

Z ;

Æginetæ,

Spirum sanguinis, cum suffi.

Ad flatum.

Olea.

Emplastrum.

*Æginetæ*, efficax in Pleuritide: Accipe cineris truncorum brassicæ, fescunciam: costi, bdellij, vel myrrhæ, singulorum vnciam: adipe excipiantur. Folium nicosianæ admotum.

## CAUTI O.

QVÆ adstringunt, aut summè siccant, nō sunt temerè pectori imponēda: nec grauia, vt Emplastra.

Suffitua.

SUFFITVS ex nicosiana, pice terebinthina, mastice, iuniperino gummi, santalis, rosæ, capite papaueris, benjouino, ladano, hypocyttide, styrace, cortice mandragoræ, vngulâ caballinâ, myrrhâ, marrubio, bdellio, iride; vel ex drachma diafulphuris Mesuës. gummi hederæ, coriandrum, thus: terebinthinâ excipi poterunt. conchula Indica, capita papaueris: auripigmenti rubri, semidrachma. Vngulæ caballinæ radix, marrubium, bdellium, pix. In empyemate; accipe, arthemisiæ, radicem cucumeris agrestis, cuiusq. binos manipulos: radicem ebuli, manipulum: adde hyssopum, calamintham &c. fiat coctio ex aqua, & fofus. Vel duo poma colocynthidis cocta ex aqua vel vino. vel cochleæ decem cum testis contusæ in cataplasma coquuntur, & thoraci, digiti crassitie, inducitur, dum vltro excidat.

Empyemati.

PECTVS SICCVM CORROBORANTIA, & ALTERANTIA in id effusam MELANCHOLIAM:

## INTVS:

Potulenta.

Lac muliebre, & asininū, quod siccitate contractum corpus, suâ leptomeriâ peruadit: caprillū lac, & vaccinum, cum ouo & saccharo:

Serum lactis, aphrogala: aqua testudinum distillata, & cochlearum aqua: Aqua nenupharis, violarum, cerasorum, farfaræ: & ex his syrapi. Vinum passulatum, passulæ, ficus, dactyli, zizipha, quæ *σεννα* Græcis, iuiubæ, butyrum: saccharum, & poma cum saccharo cocta; porrū coctum, bis effusâ aquâ, & asperso saccharo. Nero ex oleo comedebat coctum porrum, dum certaret de voce cum Phonasco, vt scripsit Plinius. Cucurbita, medulla nucis Indicæ, maluæ, asparagi: semen papaueris & lactucæ, gūmi Arabicum, succus glycyrrhizæ. Porcellorum extrema, cum hordeo, & coctione tabefacta. Pinei nuclei ex aqua tepida macerati, nā ita acrimoniam deponunt, ex melle & saccharo. Limaces siluestres à sordibus purgati, & à muccagine absterfi, cocti in lacte vaccino cum tussilagine, comesti loco cibi. & tussilaginis folia vel radices cocta in iusculo carnis, vel pulli: hoc ius pro ientaculo sit. ego ita, summo DEO felicitante, phthisi obnoxios curauit. Et id nota, vt medicamēta iusculis nutritioni dicatis incoquantur, cum arescit vi morbi æger. Ranarum coxæ coctæ ex iusculo caponis, vel pulli. pulmo vulpis. Decoctum fœnugræci. macerata ficus tres in aqua vitæ, cottidie comeduntur. POTVS: Accipe tragacanthi, gummi Arabici, cuiusque sesquidrachmam: seminis papaueris albi, drachmas sex: bulliant in libris duabus hydromelitis, ad tertiarum consumptionem, & coletur. Iulapium violarum; ex aquæ violarum vnciis sex: & sacchari vnciis quatuor: sed succus efficacior

Simplia.

Esculenta.

Potula.

cior ad id erit, sed non eisdem gra-  
tiis. radices cryngij, althææ, maluæ:  
conserua buglossi, & violarum.

Pilulæ de cynoglossa apud Fer-  
nelium: antidotus analeptica Fer-  
nelij, libro septimo Methodi ab eo  
descripta: pilulæ bechiæ: diatraga-  
canthum frigidum: medulla cau-  
lium brassicæ, cocta in lacte amy-  
gdalino cū melle, vt fiat LINCTVS.

Linctus.

Tragacantha in eclegmate cū mel-  
le. Accipe Looch de althæa, & de  
muccilagibus, diapenidij sine  
speciebus, cuiusq. semunciam: sac-  
chari violati, drachmas quinque;  
cum syrupo violato fiat linctus. Ex  
muccagine seminis althææ, butyro,  
& melle, fiat linctus. Medulla pas-  
sularum, & ficum, cum succo gly-  
cyrrhizæ. ALIVS, ex butyro sac-  
charo, & modicâ terebinthinâ: ex-  
pectorat materiam frigidam, fun-  
dit, & alas pulmonum explicat,  
tussim curat. ALIVS, medullæ  
passularum, vncia: conseruæ enulæ  
tritæ, drachmæ duæ: specierum  
diaireos, drachmæ tres: cum syru-  
po glycyrrhizæ.

PANDALEON: Accipe amy-  
gdalorum dulcium, & pineorum  
recentium, maceratorum decocto  
hordei, cuiusque vncias duas: semi-  
num melonum & cucurbitæ, cu-  
iusque vnciam: pulpæ passularum,  
semunciam: dactylorū recentium,  
& diatragacanthi frigidi, vtriusque  
drachmas duas: penidiorum sac-  
chari, quod sufficit, fiat pandaleon:  
absterget. Plurima ex his quæ pa-  
rânt bilem in pectore conceptam,  
hic locum habent: & refectoriæ  
compositiones. Qua sorbilia tria,  
manè hausta cum saccharo, & pau-

Refecto-  
ria.

co croco: id agant per plurimos  
dies: & interdum vinum saluiatum  
superbibant. DECOCTVM botryos,  
cum syrupo violato, purulenta cu-  
rat. Martij panes violati. ptisana  
cum lacte amygdalino, vel ex semi-  
nibus frigidis.

MELANCHOLIAM extra ve-  
nas effusam in pectore præparant si  
ex frigore nata fuerit: prassium, pu-  
legium, enulæ radices, atriplex, li-  
gnum guaiacum, farzaparilla, Chi-  
næ radix: Hæc coquuntur cum con-  
serua violata & botryos, ex aqua in  
diplomate: hyssopū: ficus incidunt  
& abstergent: scabiola, mercurialis,  
morsus diaboli. Scordium, allia, cæ-  
pæ, porrum: crocum, nisi capitis  
dolor adsit: iusculum carnis in quo  
radices tussilaginis coctæ attritæ  
sunt. Pinearum contusarum vncias  
duas coque ex melle despumato,  
dum concresecat in Placentulam.

Ex frigo-  
re.

Si ex ardore nata fuit, vtemur  
boragine, pomis, violis, & ex iis sy-  
rupis vel conseruis. Conferet ma-  
nus Christi, cōserua satyrionis, hor-  
deum, capillus Veneris: decoctum  
passularum & liquiritiæ, cum pau-  
co melle: malua & semen maluæ,  
humectat & lenit. emulsiones semi-  
num: & radices buglossi: semen  
bombacis, tenuat crassa, ac pectori  
dicatum est: Nuclei pinei, nam  
molliunt & detergent, vt & passu-  
læ: lini semē: capillares herbæ, napi,  
rapæ, althææ radix. Accipe iuiabas  
viginti, coque ex aqua ad libram:  
in ea dissolue sacchari crystallini,  
semunciam: diatragacanthi, vnciam:  
fiat Tulapium. POTVS: Accipe aquæ  
coctæ, libram: sacchari albissimi,  
vncias tres: sacchari candi, semun-  
ciam:

Ex calo-  
re.

Tulapium.

ciam: cinnamomi electi, drachmas sex: traiciantur per manicam Hippocratis. diacodium cum succo portulacæ, vel lactucæ.

**ELECTARIUM:** Accipe conseruæ violarum, drachmas tres: diatragacanthi frigidi, drachmam: sacchari diluti, & multum cocti, quod satis est: hinc conserua paululum siccata indatur; mox puluis: lignea pyxide seruentur.

**FORIS.**

**PECTORIS SICCIS**

*ad mouenda.*

*Ferius.*

**FOTV** fruantur ex aqua dulci, & tali **BALNEO:** ex ficibus, radicibus liliorum, althæa, fœnugræco, lini semine, maluâ, & psyllij mucco.

**EPITHEMATA** ex decocto hordei, seminum frigidorum, violarum, cum oleo violato vel amygdalino.

*Mitius.*

**IN VNCTIONES** ex oleo dulci, oleo liliorum, violaceo, lini, ex adipibus moderatis, & axungis, medullâ suis: Oleum cucurbitæ, amygdalinum, butyrum, cælypus, muccago ficuum extracta decocto maluæ: Vnguentum resumptiuum, tabidis prodest, asthmaticis, & pleuriticis: Vnguentum ex oleo lini, irino, butyro recenti, amygdalino dulci, muccagine lini & fœnugræci, croco. Brassicæ folia, quasi rabescant igne, & butyro illita admoventur. Vnguentum dialthæa, cum puluere ireos. **LINIMENTVM:** Accipe olei violati, vnciam: muccaginis radicem althæa, & seminis psyllij, extractæ in lacte, vel iure pulli, aut in aqua hordei, cuiusque drachmas duas: butyri, vel axungie porci, vel medullæ eius, aut vituli-

næ, drachmam: misce, fiat linimentum, adde parum croci. **ALIUD:** Accipe medullæ cerui, vituli, butyri, axungie gallinæ, porci recentis, tragacanthi, gummi Arabici infusi in oleo nenupharis, & violato, singulorum drachmam: ceræ quod sufficit, fiat vnguentum molle. **ALIUD:** Accipe vnguenti resumptiuum recentis, vncias duas: vnguenti de althæa, drachmas sex: olei amygdalini dulcis, & liliorum, cuiusque vnciam: ireos in tenuissimum pollinem trita, drachmâ: styracis calamitæ, scriptulos duos: croci, grana septem: mosci grana octo, modica cum cera fiat **VNGVENTVM.**

**OBSERVATIO.**

Linimentum refrigerans & humectans, magis quam vnguentum hecticis confert.

**CAPVT IX.**

**DE STOMACHO.**

**VENTRICVLVM CALIDVM CORROBORANTIA, & ALTERANTIA** in conceptam **BILEM**, extra venas effusam: quibus remediis & cautionibus id fieri debeat.

**INTVS.**

Quæ his partibus nutritioni dicatis commode præscribentur, moderate adstringere debent: Vtiles hinc sunt syrapi, miuæ, cōseruæ, electaria, condita, iulapia, iuscula. Sint omnia adypsa, imò talia quæ sitim extinguunt: vt posca, rhodomel, cucurbita.

Cichorei succus, vel acetosæ densatis, granatorum syrupus: sonchus, & olera ex lactucâ, maluâ, intybo, acetosâ, rosâ. & ex his syrapi, conser-

*Simpli-  
cia.*

conferua, succi, & decocta. Granatorum succus robur stabilit ventriculi, quare syncopi medetur à stomacho: cydoneorù malorum succus, & prunorum, tamarindi: Lactuca præcordiorù æstum domat, ac ferocientem bilem placat, naturæ studet: nihil enim pravi humoris suggerit. cucurbita. Portulacæ asparagi in acetarium cocti, æstum ac sitim sedant. aphrogala: omphacium, strictione studet ventriculo & hepati. Scripsit Aretæus, absinthij succum ad fabæ magnitudinem deuoratum, ne bilis gignatur, impedimento esse. Rubi humilis fructus, hoc est, fraga, cum aphrogalis. flores consolidæ regalis. aqua lenticulæ aquatilis. Mora immatura siccata, tusaque obsoniis immista: quæ cum affatim maturuere, squalidum ac æstuosum stomachum consolari. Hippocrates & Galenus prodidere: sed paulò ante cibum sumenda. senecionis caulis decoctus. persici mali sicci decoctum. cotonei mali macerati liquor. pruna cocta.

Spodium, santala: Cerasium rubrum subacidumque, sitim mulcet; & succus cum deferbuit, in annum seruatut; flagranti ventriculo opitulatur, cor recreat, ac arcet putredinem. Ribes, vellicationes bilis frenat. acetum rosatum, inquit Fernelius, medicameta prægnantibus tutiora reddit: attamen viscera ferit. Coquuntur ex aqua, vt oxyacanthæ baccæ, & succus ribes, vua acerba, cerasa, prunidactyla, hoc est, Damascena: hordeum, coralum, citrium malum, persica, omphacium, punica mala, crespini fru-

ctus, mespila & sorba. **POTIO:** Accipe aquæ rosarù, succi limonum, & granatorum, sacchari albi, singulorù vncias quatuor: lentè coquantur dum despumauerint: detur ex aqua cocta. **ALIA:** Accipe aceti rosati, sacchari, cuiusque cyathum: & tantundè succi aranciorum acidorum: caryophyllorum parù contusorum, sex: lento igne sine fumo ferueant, quarta horæ parte. Eadem ratione fiet ex omphacio. Laudatur lactis caprilli serum, myrti syrupus, vinum rosatum; aquæ thermales, ex thermis frigidis potè; oxysaccharum, syrupus de ribes, ex succo acetosæ, de agresta, oxymel, portulacæ aqua, syrupus rosatus & citriorum, & granatorum. Accipe aquæ puræ libram: aquæ rosarum, succi citriorum, & aranciorum, sacchari albisimi, cuiusq. vncias quatuor: coque dum spumam abiecerint.

Conserua rosarù, & nymphææ, violarum & acetosæ: rob de ribes & berberis, rosata nouella. Syrupus acetosus simplex, Iulep rosatum. Accipe syrupi violati, vncias quatuor: muceaginis psyllij & cydoniorum, extractæ in aqua rosata, drachmas duas: vtatur ex aqua hordei. diacotonion.

Diamargaritum frigidum, trionfantalon, diarrhodon abbatis, trochisci de caphura & de spodio, diatragacanthum frigidum, dialybanum opiatum, philonium Romanum cum pulsa, triphera persica, ambrosia Archibij (descripta in Antidotario Florentino) ex aqua & vino granatorum.

**ELECTARIVM:** Accipe pulueris electarij trium santalorum,

A a drachmas

Lactuca.

Absinthium.

Cerasia.

Petula.

Syrupi.

Conserua.

Species.

Opiata.

Electaria.

drachmas duas: pulueris diarrhodonis abbatis, drachmam vnam: conferuæ cichorei, & rosatæ, cuiusque sesquidrachmam: sacchari albi soluti in aqua cichorei, vel endiuivæ, quantum sufficit, fiat electarium: quæque tabula sit duarum drachmarum, vel trium: capiat vnam ante pastum: Accipiat quæque sesquidrachma puluerû, vnciam sacchari: quare hîc vncias quatuor apponemus sacchari, & erunt tabulæ tredecim: conferent quoque hepaticalido & obstructo.

*Qualia.*

Sint omnia talia, quæ prohibeant influxum bilis à iccore in ventriculolum. **FORIS.**

**VENTRICULO CALIDO**  
*admouenda.*

Quæ calêt, ventriculo tutiùs admouentur, quàm frigore horrida.

*Simpli-  
cia.*

**FOMENTA** ex rosis, santalis, solatro, plantagine, lactucâ, omphacio, portulaca: Acetum laudatum remedium est à Dioscoride, nam integris viribus foris admotum, ad neruosas partes non peruenit: promouet aliorum penetrationem, ac strictione firmat viscus. Conferet semen endiuivæ, umbilicus Veneris, mespila: semen lactucæ, papaueris, portulacæ, corallum rubrum. Flores violarum, rosarum, & nymphææ: semper parum absinthij addatur, aut masticis, vel cyperi radicem, aut florum rosarum.

**OBSERVATIO:** Quæ frigore horrent, non diu admota hæreant.

*Mittit.*

**IN VNCTIONES** ex oleo rosato, & vnguento rosato, oleo cydoniorû, oleo Sicyonio, myrtillorum, lentiscino, & ex semine vuatum; Accipe olei violati, semunciam: vel

nymphææ oleum: mucaginis psyllij, extractæ in aqua rosata ʒ ij. ceræ, parum: vngatur spina dorsi: nam eam tangit stomachus. **VNGVENTVM**, olei rosati omphacini, fescuncia: coralli, coriandri, santali albi, florum labruscæ, corticum citri, singulorum semidrachma: ceræ albæ, parum: adde aceti pauculum, vnctionis tempore. Tosta panis crusta ex aceto, cum paucis caryophyllis insertis.

**EMPLASTRVM** ex rosis, santalis, cydoniis, & aceto. ceratû santalinum. Emplastrum diaphœnicum frigidum, apud Antidotarium Florentinum. Alabastrites lapis cû cerato impositus. Emplastrum ex portulaca, soncho, succo umbilici Veneris, & ex foliis & caprellis vitis.

*Empl.*

**Epithematis SACCVLVS:** Accipe rosarum rubrarum, pugillos duos: vtriusque plantaginis, cuiusque semimanipulum: summitatum absinthij pugillos tres: santalorum omnium, cuiusque drachmas duas: coralli rubri, drachmas tres: includantur sacco: fiat coctio ex aqua & pauco aceto, & addi poterit quid vini rubri vel succi cydoneorum: fiat fomentum. Interdum addi poterit althæa, endiuia, coriandrum, bacæ oxyacanthæ, & acidula.

*Fotus.*

**EPITHEMA**, olei rosati, chamæmelini, cuiusq. vnciæ duæ: succi malorum aranciorû, vnciæ tres: vini austeri fescuncia: spongiâ his madente foueat. Cautio adsit, ne opiata admoucantur, etiam inflammato ventriculo: nam immemor postea reddetur sui officij: nam exactè sentit ventriculus, & citò læditur. &

tur, & confectaneum in scyrrhum  
abit inflammatio ab vsu narcotico-  
rum: cum densent affatim. Potius  
causam doloris, hoc est, tensionem  
abigant laxando; vt adipes, & oleum  
amygdal. Hæc fiant accisâ causâ  
antecedente; & tunc intus dentur  
laxantia, vt decoctum caricarum,  
passularum, cum syrupo liquiritiæ.  
Sed non sint hîc merè laxantia, nisi  
acerbissimus dolorum cruciatus  
ea euocet.

VENTRICVLVM FRIGI-  
DVM CORROBORANTIA, &  
ALTERANTIA in eo cõceptam  
PITVITAM extra venas effusam:

INTVS.

Quæ sumuntur sint flatus discu-  
tientiã, & appetitû excitantia: cum  
leni astrictione, vel deterfione. Vt  
vina medicata, vinum conyzæ, &  
caryophyllorum, hippocraticum,  
vinum vetus, maluaticum, rosmani-  
natum, aqua vitæ, guaiaci deco-  
ctum: absinthium quod deterget:  
laudatissimum est Ponticum. huius  
vim mentietur nostrum si addatur  
ei, ad stringendum, rosa, vel, ad iu-  
cunditatem, cotonium malum, vel  
spica, aut schœnanthos. Menta, &  
ex ea syrupus & conferua; eligatur  
rubra illa menta, quæ quàm odora-  
tissima est; sed conceptionem im-  
pedit. Quare veteres, vt admonet  
Aristoteles, vigesimo problem. se-  
cundo: dicebant, mentam non se-  
rendam tempore belli: nam vt scri-  
psit Cassius Dionysius lib. 12. Geo-  
ponicôn, τὸ ἡδύσμιον ἀνεπιτήδειον ἔ-  
στιν, ὡρὸς τὰ ἀφοδίσια. Quare cum  
generationi aduersetur, cui par est  
operam dare tempore belli, vt ia-  
ctura Martis, qui ab Homero βρο-

τόλοιον appellatus, sarcatur, ab  
hac abstinendû. Vel quòd absum-  
pto ab hac semine, milites instre-  
nuos ad expeditionem reddat. Ori-  
basius putat maderè seminis exedi  
à mentæ squalore. sed quæ hortis  
infertur, cum syluestri plus à flati-  
bus humidoque crassamento tur-  
geat, vengeri inutilis minimè erit.  
Scripsit Cassius Dionysius Geopo-  
nicôn duodecimo, periculosum  
vsu mentæ esse, quòd vulnere ad-  
mota, difficilem curationem adfe-  
rat. Existimo veteres hoc dicto col-  
limasse ad μνησκαλίαν: quòd inimi-  
citas immortales esse turpissimum  
sit: nam menta semel sata, ac hortis  
immissa, durat ætate. Rondeletius  
putabat quòd semen mentæ homi-  
nes furibundos ac audaces reddat.  
Syrupus de mēta maior, & minor.  
Cinnamomû modicè astringit &  
coctioni studet: cyperus, mastix,  
castoreum, caryophylli cruditatem  
tollunt & flatus: mace & myristica  
nux, stœchas, rosmarinum, salvia  
appetitum citat, melissa, enulæ ra-  
dix, hyssopum, galanga, xyloaloë:  
Betonica coctionem iuuat iis qui  
acidum ructant. Menta aquatica  
tenuis est & diuretica, fœtum ex-  
trahit: Crocum coctionem promo-  
uet: Nux condita, & pyra, carnes  
cydoniorum conditæ, fceniculum  
& eius oleum, & anisi oleum: cala-  
mus aromaticus: Offa panis, ex vi-  
no & cinnamomi puluere. Casto-  
riam ex vino. nepeta, imperatoria,  
tanacetum ouis incoctû. Nux mos-  
cata trita, ac mellis rosati, vnciiis sex,  
& aquæ vitæ vnciiis duabus incocta:  
mirè auxiliatur stomachi dolori-  
bus, Daucus, siler montanû, careon.

Simpli-  
sta.

Menta.

*Ad aridum m*

*Conditio  
& electaria.*

Syrupus de absinthio, conferua eryngij, cortices citreorum conditæ, conferua anthos, & saluix, zinziber conditum: theriaca & mychridatum, aromata, acorū conditum, theriaca diateffaron, tripheta magna. **POTVS;** Accipe vini rubelli, sesquilibram: in eo aliquamdiu macerentur panis modicè torrefacti, vncix tres: cinnamomi, nucis moscatae, singulorum drachmam: sacchari quātum sufficit, interdum haustum sumat. **ALIVS,** Decoctio nucis myristicæ, cum melle rosato, & aqua vitæ pota. Aqua balsami, ex insculis. Tres vel quatuor guttulæ nucis myristicæ, ex vino, in prima mensa. Oleum anisi, fœniculi, cinnamomi, & eius aqua, ol. caryophyllorum.

*Species.*

Trochisci de absinthio, diaxyloaloe, diazinziber, diarrhodon abbat, trochisci de rosis Rasis, & diarrhodon Mesuæ, diacalaminthes, diatrion pipereon, diacyminum, dianthos, aromaticum caryophyllatum, aromaticum rosatum maius Gabrielis, dianisum, diacinnamomum, trochisci galliæ moscatae: diospoliticon Galeni, diagalanga & diaxyloaloes, diambra, pleres archon, electarium Ducis, rosata nouella. Accipe specierum diagalangæ & diacymini, cuiusque scriptulum: olei carui, quatuor guttas: misce: & cum syrupo bethonicae fiant pilulæ quinque: flatus pellunt. Vel accipe sacchari in aqua cinnamomi soluti, vncias tres: conferuæ rosarum, drachmas tres: olei cinnamomi, semiscriptulum: fiat confectio tabulata.

**OBSERVATIO:** Vbi ventri-

culus pituitam accepit immoderatiùs, Apozemata ex cinnamomo aroma trahant.

**FORIS.**

**VENTRICULO FRIGIDO**

*admouenda.*

Fomenta ex vino, chamæmelis, floribus rosmarini, stæchade, saluiâ, maioranâ, absinthio, bethonica, mentâ siccâ, hyssopo, aristolochiâ longâ, rutâ, fœniculi semine & cymini, cypero, calamo, galangâ, seminibus fœnugræci, iuniperi bacis, ladano: Absinthium in aqua coquitur, mox additur oleum. Sytibrium, ex Cretico vino coctum. Althæa, malua, nardus Celtica, origanum, calamintha, aromata, anethum, iuncus odoratus: cortices citrij, caryophylli, nux moscata, macis, beniouinū, mastix, nardus Gallica, & quæ flatus discutunt.

**VNGVENTA** cum pauco moscho vtiliter admouentur, & aromata: Inunctio ex oleo moschellino, nardino, costino, chamæmelino, sampsuchino, caryophyllato: mentæ oleum, & absinthij. Accipe olei macis & masticini, vtriusque drachmas tres: adde masticis scriptulos duos. **ALIVD:** Accipe olei masticis, absinthij, nardini, singulorū drachmas binas: galangæ, caryophyllorum, vtriusque scriptulum: xyloaloes, macis, calami aromatici, cuiusque semiscriptulū: galliæ moscatae, semidrachmam: ceræ nouæ, quod sufficit, fiat vnguetum: & ab vntione scutum superponatur. Vnguentum martianum magnum: vnguentum stomachicū magistrale in Antidotario Florentino.

**SEVTVM:** Accipe ladani de-  
purati,



purati, drachmas sex: mastice, drachmas duas: thuris, drachmam: coriandri, mentæ siccæ, coralli rubri, galangæ, singulorum binos scriptulos: xyloaloës, macis, cuiusque semidrachmâ: terebinthinæ drachmas duas, ceræ solutæ in oleo de absinthio, vel nardino, aut masticino, vel rosato, quantum sufficit: fiat massa, quæ extendatur super alutam, ad formâ scuti, duplicata sindone obuoluatur, cum basturis & loris: soluantur gummi cum vino & oleo; hinc reliqua affunde extra ignem.

SCVTVM vbi flatus & frigus bellum indixere stomacho: Accipe mentæ, absinthij, maioranæ siccæ, singulorum pugillum: vel sesquidrachmam: caryophyllorû, galangæ, xyloaloës, cuiusque scriptulos duos: cymini, coralli rubri, cuiusque drachmam: cum paucis bombace fiat Scutum, interbastatum inter duas sindones, cum ligulis vt decet: euersum, regioni stomachi appendatur.

EMPLASTRVM: Accipe cerati stomachici Galeni, vncias duas: galangæ, caryophyllorum, xyloaloës, coralli rubri, singulorû, semidrachmam: ceræ solutæ in oleo masticino, vel absinthij, quod suffecerit, fiat magdaleum: ex quo fiat emplastrum extensum super alutam, ad formam scuti, duplicatâ sindone cum basturis & loris vt decet. Emplastrum de baccis lauri. Crusta panis saturata vino à tostione, puluereque mastiches, nucis moscatæ, & caryophyllorû inperso. ALIVD, Mastix dissoluatur cum albumine oui, hinc cum mica panis tosta, in

vino ac paucis aceto macerata, cum menta, absinthio & mace, fiat ad ideam Emplastri.

ALIVD, Accipe absinthij, mentæ, cuiusque sesquimanipulum: rosatum rubrarum, semimanipulum: coque ex sufficienti quantitate vini generosi dum mollescant: pistatis, adde panis tosti quantum satis sit, vt fiat CATAPLASMA. VEL coquuntur herbæ & species, ex vino & oleo.

ALIVD: Accipe puluerum stomachicum, semunciam: picis nautalis, resinæ, cuiusque vnciam: fiat ceratum: illud Montagnanæ est. Ceratum stomachale Galeni, & Mesues. Emplastrum ex baccis lauri. ALIVD, ex ceræ & terebinthinæ decenti copiâ, remixtis aromatis, fiat Emplastrum. dropax ex pice. Menta aquatica cocta cum vino Cretico: dolores mollit.

SACCVLVS hîc sunt expetiti, Accipe rosatum rubrarum, florum chamæmelorum, cuiusque manipulum: foliorum centaurei minoris, pulegij, (si lien consentiat) absinthij, singulorum scriptulos quatuor: seminum rutæ, anisi, fœniculi, cymini, fœnugræci, singulorum sesquidrachmâ: crassiusculè sint contusa, fiat Sacculus: qui ex vino & aceto irroretur. IN SACCVLIS effingendis, pulueres non excedant sesunciam: nam sæpè drachmæ sex satisfaciunt.

Carpatur bombax, cui vino generoso immerso, exsiccatoque, infarciatur portio aliqua aromatum cum absinthio.

SACCVLVS, Accipe absinthij vtriusque, rosatû rubrarum, saluæ,

Sacculi.

Observatio.

singulorum manipulum: rutæ, spicæ, cuiusque semimanipulum: contusis ac incisus omnibus adde quid aceti; & cymini, semunciam: siccata tandem omnia in sartagine, in sacculum collige. **ALIVS**, comæ abfinthij siccæ, mentæ, sýsymbrij, singulorū pugillus: coriandri, semuncia: caryophyllorum, cinnamomi, singulorum drachmæ duæ; ladani, corallij rubri, cuiusq. sesquidrachma: maceris, drachma: granorum alkermes, drachma semis: serico purpureo insuantur, fiat sacculus acu interpunctus.

**CAVTVIO.**

**IN** ventriculi imbecillitate, semper quædam addemus quæ hepar firmât, cum inde naturales diffundantur spiritus, vel saltem officina eum sit sanguinis. **VBI** à calido hepate, frigida fluxio ventriculo incumbit, omni auxilio refrigeretur hepar, nam ita facillè in suam temperiem ac naturam redibit ventriculus. **IN** ADMOTIONE remedium calidorum, semper socientur modestè adstringentia: & semper adsit galanga.

**VENTRICVLEVM HVMI-  
DVM CORROBORANTIA, &  
ALTERANTIA.**

**INTVS.**

*Simpli-  
cia.* Sint talia quæ ventriculi eluuiem exsugunt; vt succus saluix, & bethonica: menta sicca, rosa rubra arida, balauſtia, myrtus & condimentum ex ea: oliua flaua recens: myrobalani conditæ, mastix, ebur, cornu cerui, margaritæ, corallum, bolus, gallinæ vel lupi intestina siccata, corna condita, agnus castus, ruta, iris, iuniperi bacca, cyperi radix, corian-

num, acetosæ semen: rhus obsoniorum, acacia, lycium, & hypocystis: succinum prauos succos absorbet. Caro auicularum assata: oliuæ *καρυβάδες*: balsamenta & aromata: Nuces iuglandes, vel cydonia mala, caryophyllis aut cinnamomo transfixa, & melle cõdita: ocimum ex aceto, flatus excutit. Poma austera, cineribus cocta. Pulmonaria cocta: mora immatura, oryza.

**DIARRHODON** abbatis, electarium de gémis, diatrion pipereon, aromaticum rosatum, diagalanga, diacyminum, dianisum, diaolybanum, diacalaminthum, zinziber cõditum, theriaca, mithridatium, conserua bethonica, diacydonites cum aromaticis. Trochisci de spodio; his superbibat aliquid vini methæ. Confectio anacardina, colore venustum faciei adfert: trochisci ramich Mesues; diarrhæon Galeni, descriptum apud Antidotarium Florentinum. Trochisci de olibano: triphera minor Phænonis, & triphera Saracenicæ, sumpta ad ternas drachmas; præscribitur ad firmandam sanitatem. Athanasia descripta in Antidotario Florentino. Trochisci de ligno aloës, apud eundem descripti auctorem. Ladani drachma comedatur duabus horis à cœna: saccharum rosatum: electarium ex citro.

**VINVM** cydonites: ius galli veteris: hydromelum Pauli, in Antidotario Florentino: acetum scylliticum; lac chalybeatum, cum torrefacta farina hordei, vitello oui, aqua rosata, & saccharo. Vinum in quo moscus arborum coxit: vinum iuniperinum.

**Syrupus de stœchade simplex,**  
& com-

*Electa-  
ria.*

*Potuen-  
ta.*

& compositus: syrupus myrtinus compositus; miua cydoniorum aromatica; mel rosatum quod secundo loco describitur à Cordo. A Q V Æ cinnamomi duo vel tria cochlearia, cum pauco vino maluatico, vel succo granatorum. olei nucis moscatae guttulæ quinque ex vino Cretico: oleum piperis, & anisi. oleum fœniculi, cymini. oleum extillatum ex mastice, caryophyllis.

DECOCTVM ex absinthio, chamedry, & chamepity: calfacit, urinam expedit, & ab infarctu liberat, auctore Aëtio: guaiaci cum saluia. adde decoctis aliquid vini, in fine coctionis.

*Pulueris.* Accipe mastiches, olibani, vtriusque drachmas tres: cum syrupo de mentha fiat massa: detur drachma, ex vino liquefacta, & propinetur in aurora, & sub noctem: sistit & catarrhos, si quis diu eo vtatur. Menta sicca, bibita ex vino granatorum. caryophylli cum succo cydoniorum vel vino austero. P V L V E R E S magnam vim arefaciendi habent, ac madorem absorbendi, cum inde fractus appetitus læguet: Accipe coriandri sæpius aceto macerati, anisi & fœniculi, carnis cydoniorum in umbra siccata, corticum citreorum siccatorum, singulorum semunciam: coralli decies loti aquâ rosatâ, ventriculorû gallinarum, vino lotorû & siccatorum, singulorum semidrachmam: galangæ, caryophyllorum, macis, cuiusq. scriptulum: margaritarum puluerisatarum, semiscriptulum: crustæ panis assæ, drachmas tres: sacchari rosati tabulati, ad pōdus omnium: fiat puluis: sumat cochlear vnum

per horam ante pastum: & à pastu confert. P V L V I S mespilorum siccatorum, cum succo rosarum rubrarû, corallo, caryophyllis, & nuce myristica. Mumia cum decocto cymini, ameos, & cari. Accipe coriandri præparati, semunciam: rosarum rubrarum, corallorum rubrorum, cuiusq. semidrachmam: cinnamomi, scriptulum: sacchari rosati, vncias tres: fiat P V L V I S; vtatur à pastu, mensurâ cochlearis.

ELECTARIVM liquidû: Accipe pulueris electarij aromatici rosati maioris ex descriptione Gabrielis, drachmas duas: pulueris electarij diacalaminthis, drachmam: diatrion piperij, scriptulos duos: conseruæ anthos, & rosarum, cuiusque semunciam: sacchari optimi, sescunciâ: serapij de mentha, quod sufficit, vt fiat electarium liquidum, ad modum opiatae: Datur ad semunciam, ante pastum: frigido & humido stomacho auxiliatur. SI FLVENTE aluo vires *In fluxu.* prostratae languent: Accipe distillati liquoris caponum, semunciam: vini granatorum, syrapi cydoniorum, cuiusque vnciam: traducantur per manicam Hippocratis, in qua sit sacchari rosati, & specierum aromatici rosati, & diamargariti frigidi, singulorû scriptulus: fiat POTVS.

## CAVTIO.

Roborantia leniter astringant: At præparatia & eduentia, minus astringant, quàm absinthium.

F O R I S. VENTRICVLO HUMIDO admouenda.

POTVS ex aquis balneorum, sulphure, nitro, & sale tinctorum.

Fomenta

*Opiata forma.*

*In fluxu.*

*Simpli-  
cia.*

Fomenta ex vino austero: corallum  
vstum, cortex citri siccus, cinnamo-  
mum, flores labruscæ, coriannum:  
vinum cydoniorum; thus & cortex  
thuris, cyperus, santala, galanga,  
alumen, cupressi nux, acacia, balau-  
stia, myrobalani, caryophylli, nux  
myristica, spica, semen antheræ, se-  
men oxylapathi, spodium, malico-  
rium, bistortæ radix, (chœnanthos:  
moscus arborum ex vino coctus,  
& admotus. misce aquæ rosatæ san-  
tala, corallum, myrtum. Si frigus se-  
confociat, solâ inediâ tollitur. Cau-  
tio itaque sit, ne cibo cibibus accedat.

Empla-  
stra, olea,  
& un-  
guenta.

**EMPLASTRUM** de crusta pa-  
nis Montagnanæ: emplastrum dia-  
phœnicon Mesuæ, descriptum in  
Antidotario Florentino: emplastrum  
mastichinum. Panis tostus cum vi-  
no maluatico, & succo menthæ.  
Accipe cerati stomachici Galeni,  
diacydonij, mastiches, singulorum  
vnciam: olei spicæ, & de absinthio  
q. s. misce, fiat Emplastrum. Accipe  
carnium cydoniorum veterum, ma-  
sticis, cuiusque semunciam: caryo-  
phyllorum, galangæ, singulorum  
scriptulum: rosarum rubrarum, se-  
midrachmam: pistillo calido atte-  
rantur cum oleo absinthij, in Em-  
plastri consistentiam: Interdum  
addo corallum, cum oleo cydonio-  
rum & myrtillorum, ubi à febre  
metus est.

Ung.

**UNCTIONES** ex oleo men-  
thæ, myrti, absinthij, pulegij, cum  
pulvere masticis: ex oleo de piperi-  
bus, masticis, & cydoniorum. Un-  
guentum: Accipe olei mastichini,  
& pulueris mastichis, tantum, quô  
his mixtis unguenti forma edatur.  
Unguentis adstringentibus, qualia

in vtero humido descripsimus, ad-  
dimus corallum vstum, santala, cor-  
tices citri, cinnamomum, & parum  
aceti. **ALIVD**, Olei mastichini, &  
cydoniorum, singulorum vncia: la-  
dani, hypocystidis, acaciæ, cuiusque  
drachma: caryophyllorum, nucis  
myristicæ, cuiusque semidrachma:  
ceræ quod satis est: Addi poterunt  
rosæ & spica.

**SACCULI** ex chamæmelo, ro-  
sis, absinthio, meliloto, furfure, sale,  
milio, floribus rosmarini: & ex se-  
mine albi sinapi. ex mentha, ane-  
tho, aniso cum coriandro. Inde  
struuntur Sacculi, qui aqua & vino  
coquuntur. Cineres calidi, admoti  
in patina, cum parietaria, & men-  
thâ. Fiant fodus ex vino saluiato,  
methæ, maioranæ, bethonicæ, stœ-  
chados, spongiâ admoue. imò her-  
bas potius ex vino madentes ad-  
moue calidas. mox unge. Accipe  
olei nardini, mastichini, cuiusque vn-  
cias tres: absinthini, chamæmelini,  
singulas binas vncias: caryophyll.  
macis, cinnamomi, cuiusque drach-  
mam: foliorum absinthij, calamin-  
thæ, stœchados, maioranæ, saluæ,  
singulos pugillos: vini optimi, se-  
milibram; coque in balneo: expri-  
matu: fiat fodus.

Sacc.

Fodi.

**VENTRICULUM SICCUM**  
**CORROBORANTIA**, & **AL-**  
**TERANTIA**: **INTVS**

Succus carniuni; vitelli ouorum:  
cinara cocta: pinei, testudinum ca-  
ro, nam id alimentum hæret, nec  
facile exhauritur; paratur cum ani-  
so & cinnamomo, vt flatus abigan-  
tur, ac coctioni studeatur. Aphro-  
gala & lac; ptisana. Iuscula temperie  
optimâ

Esculen-  
ta.

optimâ prœditæ carnis: prunoda-  
ctyla condita: palmulæ recentes, &  
passulæ, persica, melones, & flores  
melonum conditi: caro anguriæ. Fi-  
cus, poma dulcia, glycyrrhiza: amy-  
gdalorum dulcium oleum.

*Syrupi.*  
Syrupus cucurbitæ, violarum,  
maluæ, portulacæ, buglossi & bo-  
raginis.

*Conserua.*  
Conserua violarum, & satyrio-  
nis, eryngij, & nymphææ: conserua  
radicum buglossi, & florum bora-  
ginis: conserua florum maluæ. Ma-  
cerantur conseruæ in cremore se-  
minum frigidorum, parum anisi,  
& cinnamomi additur.

*Porulena*  
*34.*  
Emulsio seminum humidorum,  
vt maluæ: semina frigida, semen  
bombacis; decoctum seminis lactu-  
cæ, cucurbitæ, intybi, cucumeris.  
Aqua hordei cum floribus boragi-  
nis, maluæ, violarum, rosarum, cum  
syrupo de violis & cydoniorum.  
Fiat lac ex amygdalis & hordeo,  
cum butyro & saccharo. Vinum  
passulatum: aqua hordei cum syru-  
po rosato. Oleum amygdalinum  
dulce, cum vino Cretico. Terēbin-  
thinæ drachmæ duæ, ex ouo. Glys-  
ma ex decocto seminum intybi, la-  
ctucæ, capitum papaueris, capitum  
veruecum, & portulacæ semine.

*Cautio.*

A nimio madore est abstinē-  
dum, ne officij immemor reddatur  
ventriculus. Quare raro aliis quam  
cibo & potu ad id consequendum  
vtimur.

**FORIS.**

**VENTRICULO SICCO**

*admonenda.*

*Fotus.*  
Linteæ oleis imbuta; & fotus ex  
oleis, & decocta ex seminibus lini,

fœnugræci: additur aliquid ladani,  
vel mastichis aut eius olei, myrrhæ,  
vel styracis: balnea suauiâ optimè  
remediantur. Oleum violatum,  
maluæ, nenupharis, amygdalinum,  
cucurbitæ, & oleum dulce. Inun-  
ctiones ex vnguento rosato & vio-  
lato. Fiat vnguentum ex oleo amy-  
gdalino, irino, violarum, & liliorum,  
cum axungia humana & castoreo.  
Epithema ex olei chamæmelini &  
mastichini, singulorum selibra: vini  
vnciis quatuor: reliqua his addi po-  
terunt, cum paucis oleo nardino.  
Emplastrum Diachylon & de me-  
liloto; vel ex farina lini, fœnugræci,  
radicibus althææ, cum oleo lini &  
chamæmelino. Accipe olei amygd.  
olei mastichini, adipis gallinæ recen-  
tis, singulas semuncias: masticis, se-  
midrachmam: ceræ parum; fiat li-  
nimentum molle. hoc optimum  
est. & totum corpus oleo amygda-  
lino dulci perungatur. fiat etiam pi-  
catio ex pice, cum oleo amygdali-  
no soluta.

**CAVTIO.**

**QVÆ** ventriculi scyrrho ac-  
commodatur, eadem sint, quæ he-  
par & lien, ex siccitate cum labo-  
rant, postulant: sed addatur absin-  
thium, rosæ rubræ, calamus aroma-  
ticus, mentha vel galanga, & cype-  
ri radices.

**MELANCHOLIAM** extra ve-  
nas & sanguinem in **VENTRI-  
CVLVUM** effusam alterantia.

**INTVS.**

Fumaria siccata ex mulsa, beto-  
nica, mentha, pentaphyllum, oci-  
mum caryophyllatum, chamæpi-  
tys, ruta, salvia, agrimonia, myri-  
stica nux, lignum aloës, radices pe-  
trofelini:

*Illitus.*

*Epith.*

*Empl.*

*Melanch.*

*Simplicia.*

*Syrupi.* trofelini: Syrupus de eupatorio, poma cocta. Syrupus de absinthio: nam auctor est Aretæus, si succi absinthij cotidie fabæ copia sumatur, melancholiam non gigni.

*Species.* Cortices citriorum conditi, diacyminum, diagalanga. Conserua rosarum, & violarum.

*Electaria.* Refunditur interdum hic succus in ventriculum, ab hepate obstructo, quod eius copiam præbet. Electarium: Accipe pulueris electarij lætificantis Galeni, drachmas tres: pulueris diamargariti calidi, drachmam: pulueris electarij de aromatis, vel de gemmis, vel diamosci dulcis, aut diambrae, conseruae boraginis, buglossi, & violarum, cuiusque sesquidrachmam: corticum citreorum conditorum, drachmam: sacchari albi dissoluti in aqua rosarum, vel buglossi, quod sufficit, ut fiat electarium in tabulis: Quæque earum ponderet drachmas tres: vel semunciam.

SI OPIATÆ character placet, duplo vel triplo plus conseruarum adiciatur: aut aliquid pulueris sacchari rosati aspergatur, aut sacchari albi vnciæ duæ addantur, & cum syrupo boraginis, vel scolopendrij, aut fumarie, rosarum, vel epithymi, quantum sufficit ad opiatæ formam.

### CAPVT X. DE LIENE.

LIENEM CALIDVM CORROBORANTIA, & ALTERANTIA.

INTVS.

*Poma.* Poma quæ sint coctione mitigata, alioqui ad tertiam vsque coctionem suos flatus retinent. Quare vbi

ægtoti in iusculis poma exigunt, primùm coqui ea in cratere iubeo, quò deponant omnes flatus, ut inde iusculis vel lacti acido inquantur. Syrupus pomorum suauiter redolentium: cichoracea: semen endiuia; agrimonia: foliorum salicis decoctum: melones: capilli Veneris: rosarum dilutum: portulacæ aqua, & semen: Rusci aqua: cassutha: asparagi aqua, lupuli, & graminis. Acetosa aperit, & discutit lienem: asplenium moderatum est: Rubi humilis, id est fragariæ folia, in iusculis cocta, & eorum succus cum melle deutoratus. Id tamen animaduersione dignum est, dulcia per se, spleni nocere. quod antiquissimus primusque philosophus Pythagoras compertum habuit; dum enim quidam dixisset, Nimum me irrides: Atqui, inquit, τοῖς σπλιτικοῖς, τὰ μὲν δειμέα ἢ πικρὰ ὠφέλιμα, τὰ δὲ γλυκέα βλαβερά: hoc est: Splenicis, etiam acria & amara profunt, dulcia nocent: Sed aliis addita remediis, pro vehiculo sunt. Sed si quis plenâ manu pastum eorum ineat, splenem obstruet; vnde turgescit, dum corpus eius vitio liquefcit. quare Traianus Imperator dicebat fiscum esse lienem, quòd eo crescente, reliqui artus tabescant. Mora conducunt.

Oxyfaccharum compositum Nicolai, in antidotario Florentino descriptum: conserua florû tamarisci, vergit ad calorem: diarrhodon Abbatis: syrupus acetosus simplex: Violarum syrupus, buglossi syrupus & conserua. syrupus scolopendriae & fumarie; Philonium cum oxymelite, prodest ictericis. crespini succus.

*Simpli-*  
*cia.*

*Dulcia*  
*nocent.*

*Lienis*  
*signis.*

*Syrupi.*

Succus. trifolium acetosum. flores consolidæ regalis poti. Barbula hirci, buglossum, nymphæa, viola, melilotum, radix salicis.

## OBSERVATIO.

Apozematis addatur vnciæ duæ vel tres aceri.

## FORIS

LIENI CALIDO *ad mouenda.*

*Fotus.* Fotus ex balneis suavis aquæ: Radices mandragoræ coquuntur in oleo seminis lini, cum pauco aceto. Fomenta ex alkekengi decocto, & seminis portulacæ: limonū succus prodest lieni calido. Fotus ex aqua & aceto: frequens est in lienis affectibus huius vsus. Aqua phyllitidis, cum eius puluere admota. Salicis folia, cum sale. cicuta in oleo & aceto bullita. CATAPLASMA, farinæ hordei vnciæ duæ: rosarum rubrarum, pugilli duo: chamæmeli, absinthij, meliloti, singulorum semuncia: cum oleo rosato & nardino: adiici poterit succus portulacæ, vel foliorum salicis, si æstus vrget. In inflammationis augmento, vtilius erit oleum rosaceum, chamæmelinum, & lilinum.

*Cataplasma.* *Uritus.* INVNCTIONES ex linimento santalino, & rosaceo: & illitus ex frigidioribus axungijs, vt suilla. Acetum acerrimū: oleum amygdalinum: oleum seminis lini: cicuta cum ammoniaco soluta. caphura.

## CAVTIO.

QVÆ calent, lieni tutius admoventur.

Lieni inflammato per initia adstringentia conueniunt; & euacuato corpore, quoque digerentia; nam pleniore adstringentium vsu, facu-

lentus in eo sanguis grauius crassesceret. Quare Epithema tale fiat, *Epith.* Thymi, origani, singulos seminipulos: coque ex vino & oleo nardino, aut ex rosaceo, cū vino & aceto: iris & cyperus interdū additur.

LIENEM FRIGIDVM CORROBORANTIA, & ALTERANTIA:

## INTVS.

Melissa, ob tenues partes, peruat in lienem: Gentianæ radix, aristolochia, asarū, lapathum, centaurium minus, rubia, organum, prassium, betonica omnes expedit obstructiones: tamarisci cortex, cortex radicis fraxini ex aceto, spica, crocum, scordium, serpillum, rosmarinum, coralliū, bryonia: asplenium, genistæ flores, thymus, calamintha, pulegium, hyssopum, chamædrydrys, chamæpitys, radices acori cum oxymelite: flores capparum. Puluis radicis Helenij bibatur per aliquot dies. Eupatorij vulgaris succus aridus propinatur ex herbæ decocto. Maiorana in farctus non solum liberat lienis ac hepatis, sed viscera firmat & solidiora reddit. Anonidis radix, nasturtium, cochlearia cum bechabunda: siler montanum, laquendula, hypericū, melilotus, chamæmel. valeriana, salvia agrestis. Electarium de scoria ferri, à Raze descriptum, nono ad Almanforem, vbi de ventriculi imbecillitate. Diacostum: cōfectio alkermes: diacapparis: diacalaminthum: trochisci de absinthio, de eupatorio, de lacca, de capparibus: diagalanga, dialacca: athanasia: diacrocum, quod & diacucurma dicitur, scyrrhos delet, & hydropis reliquias absumit. diamoscum:

moscum: electarium de baccis lauri. Sal polypodij, & hyperici.

*Syrupi & patulenta.*

**S Y R U P V S** florum chamæmelorum Romanorum, cum vino albo. Accipe syrupum de eichoreo cum rhabarbaro: syrupum de prassio: cum decocto splenetico: delect scyrrhum.

**V I N V M** chalybeatum: oxymel scylliticum; syrupus de calamintha Mesues: syrupus melissæ: olea distillata, & galbaneta, paucarum guttarum copia vino affusa. Decoctum sarzaparillæ, decoctum hyssopi ex vino: vina quibus medicaminum vires infusæ sunt, ut fœniculi, sarzæ, guaiaci, fumaris, assafras.

**P O T V S** Hippocraticus: Accipe radicem boraginis, uncias duas: polypodij, semunciam: corticem radicem capparorum, drachmas duas: seminum anisi, carui, utriusque semunciam: florum violarum & buglossi, cuiusque sesquimanipulum: coque ex duabus libris aquæ, ad medietatis consumptionem: sub finem; adde vini generosi libram: iterumque modicè bulliant: colaturæ adde nucis myristicæ, cinnamomi, rosatæ nouellæ, singulorum semidrachmam: sacchari quod sufficit, fiat ex arte potus Hippocraticus. oleum amygdalinum amarum. oleum enici. Decoctum cicerum. Aqua canellæ distillata. Accipe libram radicem **A C O R I**, negligenter terantur, tres dies aceto macerentur, media pars excoquatur, dein coletur, adde mel, iterum coque dum vanescat acetum. sumat cotidie semunciam cum decocto acori. Accipe trochiscorum de cappariibus, semunciam: florum genistæ,

*Ex acoro.*

manipulos duos: corticem tamarisci, unciam unam: infunde vini albi, sesquilibræ: macerentur horis viginti: bibat haustum, à duabus horis cum quis theriacam sumpsit: Vel à sumptis trochiscis de eupatorio, diacucurmate, dianiso, diacastoreo.

**O P I A T V M**: Accipe trochiscorum de cappare, trochiscorum de eupatorio, corticem radicem tamarisci, sarzaparillæ, singulorum drachmam: radicem rusci, scriptulum: rhabarbari, semidrachmam: sacchari albi soluti in decocto sarzaparillæ, quantum sufficit ut fiat opiatum.

**O B S E R V A T I O.**

Decoctis vini quid addatur, & aceti. chalybs extinctus sit in aqua. His aroma afflabitur ex aqua cinnamomi distillata, ut libræ decocti, tres uncia affundantur.

**F O R I S**

**L I E N I F R I G I D O** *admouenda.*

Fotus ex azaro, abrotano, schœnantho, anetho, arthemisia, pulegio, chamæmelis, meliloto, genistæ floribus, stœchade, centaureo minori: fomenta calida & humida: fraxini semina hinc utilia sunt. Thymelea, thymus, cyclamen, mentastrum, sambucus, ebulus, & flores eorum: viticis semen: cucumeris agrestis radix: folia lauri: ex vino albo, vel ex oleis fotus. ruta ex aceto, nasturtium, absinthium, strutium, serpillum, semina flatus pellentia. Oleo incoque semen cymini, rutæ, dauci, anethi, fiat fotus. Vel præscriptarum herbarum fiat decoctio ex aqua, vino, & aceto. Ita coquitur & sena, polypodium, anethum: vel **S A C C V L I S** insuantur, ac aceto rigen-

*Fotus. Simplicia.*



*Cataplasmata.* rigentur. vel fiant ex his cataplasmata addito cypero, absinthio, roremarino, cum oleo absinthij & rutæ: sinapi. hedera terrestris.

*Unguent.* Unguentum de artanita: lepidium cum helenij radice impositum. hedera tenellæ folia, ex vino cocta.

Diachylon maius: emplastrum de meliloto. canterium ex cantaridibus.

Inunctio ex oleo laterino, vel iuniperino, oleo de capparibus, ex oleo amygdalino amaro, oleo irino, nardino, de fraxino: sint omnia attenuantia: oleum euphorbij valide calcificat: oleum liliorum: Urtica cum cerato imposita: oleum ex floribus genistæ, & seminibus nigellæ: oleum ex radicibus cucumeris asinini, & ex semine ricini.

LIENEM HUMIDVM CORROBORANTIA, & ALTERANTIA:

INTVS.

Olei vitrioli guttulæ aliquot, cum aqua extinctionis ferri: stringit enim splenem, qui laxior, flatus suscipit. Scribit Celsus canes fabrorum lienes non habere, quod aquam ferream bibant. Aquæ thermales acetosæ, qualis est Spadensis. OLEVM FERRI, drachmæ mole propinatum cottidie. & limatura ferri sæpe vsta, & vino extincta; cum theriaca. Hedera cum vino austero. olei cymini guttulæ. oleum ex ligno tamarisci.

Castorium: chamædryes: cyperi radix: iua: absinthium: radix filicis: radices apij, & eius semen: semina agni casti & cymini: scolopendrium, polypodium: lupini cocti & cum pipere, & ruta comesti. Succus cyclaminij drachmæ binæ, cum aceto. veronica mas. rubi humilis, hoc est,

fragariæ folia & radices. Decoctum guaiaci, sarzæ, sassafras, & chynæ. corallum sæpè propinatum. acorum. tamarisci decoctum, & seminis agni casti. nymphæ radix ex vino.

Conserua radicum apij: dialacca: electarium è gemmis: electarium exhilarans: & hæmagogon.

PILULÆ: Accipe myrrhæ, asari, aristolochiæ, seminis capparibus, singulas drachmas: nardi, iunci odorati, singulorum drachmanam semissem: apij, petroselini, agni casti, singulorum scriptulos binos: fiant pilulæ exiguæ ex oxymelite.

Vinum & acetum scylliticum: vinum cum epithymo & sena: Decoctum corticum & radicum genistæ, & seminis viticis. Vinum azarites. mumia cum decocto carui bibita. LIQVORES omnes artificiales balsami. Decoctum corticum fraxini. cineres tamarisci, capparorum, & fraxini, puppâ excepti ac vino albo inditi.

FORIS

LIENI HUMIDO admouenda.

Quia flatibus plerumq. distenditur lien, propterea optima sunt siccantia, & modicè constringentia: vt vitex, cyperus, scoria ferri, corallum vstum, cappares, fraxini semen, cuminum, apium, cinnamomum. VAPORATIONES sicca ex sale, milio & arena calida. schœnanthos confert hic, & azarum, lauendulæ semen: fimus caprarum: iris: semen viticis, nigellæ & anethi.

FORTVS fiunt ex horum decocto, & florum genistæ, tamarisci & capparorum. Accipe radicum ebulli, vnciam: foliorum rutæ, sambuci, anethi, singulorum semimanipulum:

B b 3 lum:

lum: seminum anisi, cymini, dauci, cuiusque vncia: cinnamomi, drachmam: fiat coctio ex aqua & vino: hoc foueatur regio, vbi borborigmi. Succus mercurialis, radice cucumeris, cyclamini, succus corticum sambuci, thymelææ, chamelææ, brassicæ marinæ, tithymalorum, daphnoidis, aristolochiæ, apij, lathyridis: ex his, cum farina lupinorum & vino cretico, vnguenta fiunt, ad digerendum; nam olea stipant cutem.

*Illius.*

**IN VNCTIONES** ex oleo absinthij, costino, nardino, & mastichino, cum castoreo. oleum genistæ, & capparorum, & ex seminibus flatus excutientibus. Vnguentum diacyclaminum humorē cum flatibus eximit. Emplastrum ceroneum. emplastrum Auicennæ, descriptum, decimaquinta, tertij. lupinorum farina, cum raphano.

*Ad tumorem.*

**VNGVENTVM** ad Tumorem sine duritie lienis, olei nardini, absinthitis, singulorum semuncia: seminis viticis, portulacæ, capparidis, vel fraxini, cuiusq. drachmæ duæ: apij, petroselini, cymini, in aceto maceratorum singulæ drachmæ: coralli vsti, & excrementi ferri, singulorū semidrachma: ceræ quantū sufficit: in vsu, affunde parum aceti.

**LIENEM SICCVM CORROBORRANTIA, & ALTERANTIA: INTVS.**

*Simpli-  
cia.*

Remediantur huic malo quæ hepar madidius reddunt: sed validè aperiētia meliùs fert lien, quàm hepar: ob succi quo repletur crassitiem. Decoctum farzæparillæ: farzæparillæ puluerisatæ drachma, cum puluere myricæ: decoctum

fassafra. Radices cyclaminis, decoctis immissæ ad semuncia pondus: lilij radices ex mulso præparatæ: iris cum aceto. Cichoracea conueniunt cuncta: agrimonia, capilli Veneris, hepatica, radix buglossi, viola, mercurialis. decoctum tamarisci, ex vino. Cineres grandium limacum, poti, cum semine lini, vrticæ, & melle. Centaurei, saluiæ, & ficuum decoctum. Polypodium, nobile ac laudatum in lienis fractâ œconomiâ remedium; quare scripsit de ea Dioscorides, ποιεί τὴν ἀποκατάστασιν σπληνιῶσι, hoc est, restituit lienosos. Ammoniaci drachma ex vino. Anchusæ radix. Bryonia ex aceto.

Trochisci de capparibus cum syrupo violato aut boraginato. Terebinthina sæpè vorata. oleum amygdalinum, & sesaminum. *Compof.*

Syrupus de pomis. Accipe electarij diacalaminthis sesquidrachmam: ammoniaci, scriptulos duos: aquæ scolopendriæ, vncias binas: misce, bibat calidū, & horis quinque cibis abstineat. Oxymel ex floribus genistæ: & conserua genistæ.

**NOTANDVM**, quòd à sumpto medicamine æger quiescat in latere sinistro. Celebre est **ELECTARIVM** de Scoria ferri, descriptum à Raze libro nono ad Almanforem, vbi de ventriculi imbecillitate. Ita limatura chalybis, dies quadraginta in vino nigro macerata.

**FORIS**  
**LIENIS SICCVM**  
& Scyrrhoso admonenda.

Scyrrhum facilè incurrit lien, ob sanguinis crassitiē; & magis laxantia fert quàm hepar.

**FORVS**

Fotus.

**FOTVS** ex radicibus liliorum, althææ, bryoniæ, enulæ recentis, radice lapatij acuti, fraxini cortice medio, & capparûm, ex cichoreo, fumariâ, & ex emollientibus herbis, ficubus, semine lini, fœnugræci, & propter flatum, cum seminibus agni, rutæ, genistæ, sambuci, chamæmelis, roremarino. Malua huic malo quoque studet, senecio, ebullus & eius radix acanthus. Fotus ex lacte & butyro: & ex luto thermarum. coquantur ex aceto acerrimo ut fiat **EPITHEMA**: Accipe radicem cucumeris siluestris, vncias tres: radicis althææ, iridis, vtriusque vncias duas: seminis lini, fœnugræci, althææ, singulas vncias: florum violarum, maluæ, singulos pugillos: coquantur ex vino albo, adiectoque oleo amygdalino & lilino: fiat Epithema.

Unguentum.

**INVNCTIONES**: A fotu illinatur locus axungis gallinæ & anseris, cruris vituli medullâ, mucagine radicis maluæ, & fœnugræci extractâ cum vino albo; cum iride, cyclamine, oleo amygdalino & chamæmelino. Axungia porci, & adipis temperatæ, & olea dulciora: oleum liliorum; vnguentum martianum magnû. Quæ liquefaciendo molliunt, sint recentia; vt bdellium, ammoniacum, galbanum; opopanax, cû cinnamomo & croco; hæc aceto soluantur. Myrrha, cera recens: folia liliorum in aceto cocta; vnguentum Agrippæ, & de artanita: terebinthina, butyrû, propolis: adeps camelorû: oleum ireos albæ. Radix althææ, & liliorû, cocta in adipe suillo, cû myrrha & iride.

Unguentum.

**VNGVENTVM**: radicis althææ,

liliorum, singulæ vnciæ: foliorum althææ, maluæ, violariæ, singuli manipuli: farinæ florum chamæmeli, meliloti, anethi, singulæ semuncie: seminis lini, fœnugræci, gummi ammoniaci, sagapeni, singulorum vncia: bdellij, semuncia: terebinthinæ, vnciæ tres: medullæ bouis, anatis, gallinæ, olei amygdalini dulcis, cuiusq. sescuncia. gummi ex aceto vini soluatur: olea dein adipibus & ceræ addantur: hinc farinis & herbis coctis contusisque adiiciantur: Scyrrhos curat. Vnguentum ad lienem.

**EMPLASTRVM** Ceroneum, *Emplastra.* & oxycroceum, emplastrum diachylon: emplastrum de mucilagibus, & de meliloto: emplastrum polyarchion Galeni, descriptum in Antidotario Florétino: emplastrum Apostolicum, & Philagrianum Pauli. Vrtica cum cerato imposita, concretos lienes absumit.

Accipe oleum amygdalinum cum cera, admisce sextantem puluerum, vt iridis, cyclaminis, azari, cû bdellio, ammoniaco, & medullis: gummi soluantur aceto. Bryoniæ radix *Ex bryonia.* excuetur, & impleatur gummis, & sub cineribus coquatur, addantur olea, pulueres, & acetum. Radices scyllæ, coctæ ex oleo capparorum, adde radices liliorum. Emplastrum ex oleo de lateribus, & gummi ammoniaco. Lapis molaris candens, sæpè acerrimo aceto exstinguitur, qui, adhuc fumans, linteolis exceptus, sæpè superponatur. Emplastrum de fermento. emplastrum ex gummi ammoniaco, opopanaco, oleo cucumeris asinini, vel oleo capparorum, & aceto. **EMPLASTRVM**:

STRVM:

**STRVM:** Accipe scyllæ, vncias duas: vel radicis bryoniæ, tantundem: foliorum tamarisci, maluæ, singulorum vnciam: foliorum absinthij, fescunciam: coquantur in aceto, ac in aceto pistentur; adde ammoniaci vnciã: fiat emplastrum. Fimus caprinus applicitus. Ita radix serpentariæ, cum succo cyclaminij. Mentha Græca cum oleo ireos. Mirabile est emplastrũ ex cicuta, cum ammoniaco aceto dissoluto: Accipe cicutæ manipulos quatuor: ammoniaci, semilibram: infunde aceto acerrimo, dies octo: Dein bulliant dum ammoniacum solvatur, hinc per pannum fortem lineum validè exprimatur, iterumque expressus liquor ebulliat quinquies, & adiectâ cerâ, cū oleo amygdalino dulci, fiat vnguentum: hoc sit pro secreto; nam omnẽ duritiẽ mollit. **ALIVD,** radicis mandragoræ, vncias tres: coque ex oleo lini, vel seseleos, aut amygdalino, cum paucis aceto: contusis ac cribro traiectis, adde opopanax aceto scyllitico soluti vncias duas: styracis, myrrhæ, bdellij, ireos, seminis vesicariæ, singulas semuncias: croci drachmas duas: spicæ celticæ, schœnanthi, asari, viticis, singulas drachmas: ceræ nouæ, vel propoleos, & terebinthinæ, quantum sufficit. Ceratum Philagrij. Optimũ est hoc emplastrum, Accipe lapidis molaris optimè calcinati, & sæpius aceto extincti, vncias quatuor: in pollinem tenuissimum vertatur: absinthij, manipulos tres: cinerum tamarisci, vncias tres: farinæ fœnigræci, vnciam: coque ex cereuisia Gedanã, dum pulvis formam ducat: adde terebinthi-

Ex cicuta.

Ex mandragora.

nam. Hæreat regioni lienis id diutissimè.

**SACCVLVS:** Accipe salis communis, seminis cymini parum torrefacti, cuiusq. sesquimanipulum: florum meliloti, manipulum: radicis ebuli, vnciam: seminis rutæ, drachmas quinque: misce, siccetur in tegula, & tenui linteo include, fiat sacculus ad formam splenis, qui, vsus tempore, acerrimo aceto, in quo candentis molaris lapidis frustura extinctum sit, rigetur: fiant duo sacculi, qui vicissim admouentur: resoluent & emollient.

Sacculus.

**CAVTIO:** Durus Splen primùm molliatur, hinc discutientibus vtetur aliquandiu, dein ad emollientia iterum transitio alternatim fiat.

**QVÆ** accommodantur Scyrthis lienis, accipere debent tamariscen, vel cappatorum corticem: & quia flatibus scaterere solet splen, remediis iungatur semè flatum discutiens: vt viticis, apij, cumini, petroselini. A fotu, admouenda tandem vnguenta.

## CAPVT XI.

### DE INTESTINIS.

**INTESTINA CALIDA CORROBORANTIA, & ALTERANTIA** effusam in ca BILEM extra venas.

#### INTVS.

A Dyssenteria si impressa intemperies remanserit, vtetur clysmis ex aqua hordei: vel ex lacte vaccino, aut eius sero: ex oleo rosato, adipi hircino, decocto dactylorũ, vel intestinorum & capitum arietis, capitum papaueris decoctum proderit,

Clysmata.

Simplia.

derit, seminum intybi, & lactucæ, & ex muccagine seminis psyllij, amyli decoctum: pilulæ de cynoglossa: oleum violatum. Viola, malua, althæa, brancha, folia lactucæ, semina frigida, portulaca, borago, beta, solatrum, cassia, butyrû, axungia: semen lini, fœnugræci, verbasicum, thapsus barbatus, spinachia.

*Per os.*  
PER OS opitulabitur vinum cydoniorum, rosarum, rhoites, cenanthinum: terra Lemnia: succus plantaginis densatus, cochleæ terrestres, violæ. Succus oxyacanthæ coctus in aqua: mali punici succus: cornorum cremor: vuæ acerbæ succus, & cerasorum acidorum: Rosarum conserua: spinachia, borago, myrtus, asparagus, lactuca, endiuija, persica mala, mora matura, maluæ arboreæ flores.

*Simpli-  
cia.*  
*Popule-  
na.*  
Aqua hordei: decoctum seminis lactucæ, & cucurbitæ, capitum papaueris: vt vbi magnus est ardor internus, cum fluxu alui: vt in Hungarica febre euenit, curabam hoc modo: Accipe cichoraceatum herbarum, foliorum oliuæ, cuiusque semimanipulum: florum rosarum, nymphææ, singulorum pugillos duos: capitum papauerum crasso modo contusorum, numero quatuor: seminis papaueris albi, drachmas tres; coque ex aqua hordei, ad libras duas: adde syrupû rosatum, vel nymphææ, vel papaueris, aut ribes, cum syrupo de acredine citreorum. Syrupus papaueris; emulsio seminum frigidorum: iuiubæ, poma, portulaca, rosa, malua. Succus trifolij, & malorum agrestium, intus & foris. Decoctû seminum cucumerum & intybi: syrupus grana-

torum & cydoniorum: decoctum seminis papaueris in aquâ rosatâ. Aqua florû ligustri, sed adstringit: & vngues rosarum albarum.

Aëtij diacodium: Philonium Romanum: diacodium Actuarij, cum aqua fluuiali, in qua spodium inferbuit, aut succinû torrefactum, vel cum stillatitio liquore rosarum, si fluxus adsit. Rosata nouella. Electaria anodyna, quæ Colica vocant.

Accipe aquæ portulacæ, vel plantaginis, libram vnâ: sacchari albi, vncias quatuor: coquantur in iulapij consistentiam.

*Iulapium.*  
CAVTIO: si adsit diarrhœa, acetosis à syrupis erit abstinendum, nam excoriant: est enim aphthodes aluus, vbi febris fatigat cum fluxu alui. Attamen conceduntur quidam, vt de ribes, & de berberis, cydoniorum, & de succo acetosæ: nam modestè acescunt.

*De aceto.*  
FORIS  
INTESTINIS CALIDIS  
admoquenda.

FOTVS ex myrto & rosis, violis, althæa, cydoniorum malorum decocto, bellidis &c. Conducunt & fomenta ex aqua plantaginis, cum semine portulacæ, rosis, semine plantaginis, bursa pastoris, balauistiis, & rubi summitatibus, hypocistide, corallo.

*Fotus.*  
INVNCTIONES ex oleo rosato omphacino, myrtino, masticino, cydoniorum, violato: vnguentum rosatum, & oleum cucurbitæ: papaueris oleum cum amygdalino.

*Olea.*  
Emplastrum diaphœnicum frigidum Mesuæ, descriptum apud antidotarium Florentinum.

INTESTINA FRIGIDA  
CORROBORANTIA, & AL-  
TERIANTIA effusam in ea PITUI-  
TAM extra venas & sanguinem:

INTVS.

Quæ pituita in ventriculum ef-  
fusa est, alterabitur vt alimentaria,  
nempe his, quæ primâ coctionem  
promouent.

Simpli-  
cia.

Proderunt flores chamæmelini,  
& aqua florum sambuci, petroseli-  
num, serpillū, centaureum minus:  
anethum, & eius oleo vtendum in  
clysmis, vt & ruta. Proderūt cuncta  
quæ flatus discutiant. Semina cy-  
mini, rutæ, dauci, liuistici, fœniculi,  
anisi, fileris, apij, petroselini, cari-  
origanum, calamintha & eius syru-  
pus, lauri bacca, abrotanum, absin-  
thium, mercurialis, & eius succus:  
hordeum integrum, polypodium  
quernum, beta & eius succus: fut-  
fures pecia excepti, ac in decoctis  
positi, maximè in clysmis; ruta, hyf-  
sopum, tanacetum, anethum, fœ-  
niculum, menthastrum.

Oleum

Guttulæ pauca olei piperis: &  
oleum nucis moscatae: oleum anisi:  
oleum cymini: oleum succini. Myr-  
rha, & piper, angelica, galanga, sa-  
gapenum. flores sulphuris.

A colico.

A colico dolore vtetur trochis-  
cis ex amygdalis amaris: oleo amy-  
gdalorum dulcium, eum manna:  
iure galli veteris: aquis thermarum  
calidis: Theriaca cum decocto cha-  
mæmeli; castorio cū mulsâ, & aquâ  
ex floribus croci: Iusculo vtetur in  
quo coxit maiorana: Vinis medica-  
tis etiam vtetur. Proderit & dia-  
cymium, diagalanga. Vinum ab-  
sinthites cum cymino, & vinum  
conyzæ: antidotus è baccis lauri, &

iuniperi: mithridatium & theriaca  
cum decocto rutæ. Decoctum satu-  
reæ ex vino: chamæmeli flores co-  
cti ex iure pulli, vel vino. Aqua vi-  
ni, in qua maduit absinthium: ele-  
ctarium Ducis: diatrion pipereon:  
Egetea opiatum: aurea Alexandri-  
na: ambrosia Archibij à Galeno de-  
scripta, eius compositio describitur  
in Antidotario Florentino: acetum  
scylliticum: mel anthosatum: sac-  
charum rubrum: Oleum nucis iu-  
glandis per se, vel cum vino inie-  
ctum per sedem; flatus discutit. Vi-  
num maluaticum. Aqua canella.  
Liquores Balsami artificialis. IN  
colico dolore: Accipe drachmam  
opij diluti aquâ vitæ: specierū aro-  
matici rosati, vel diacymini, vel dia-  
mosci, drachmam semissem: croci,  
castorei, singulos scriptulos: ex sy-  
rupō stœchados fiat Electariū: su-  
mat drachmam ex vino, vel aquâ  
florum croci, aut hyssopi. Hoc ilico  
prodest colicis, Accipe cordis galli-  
næ auriculas, tundantur cum sale  
& vino: & propinentur.

Electa-  
ria.

Colicij  
dulci

IN CLYSMIS, parietaria, ane-  
thum, beta, caules, absinthium, cen-  
taureum, lupini, ciceres, chamæ-  
melum, folia lauri: electarium de  
baccis lauri: vinū Hippocraticum.  
oleum nucleorum persicorū, quod  
interdum bibitur. oleum nucum.  
Accipe, succi rutæ, libras tres: vel, si  
iam abiit viror, siccata rutæ accipe  
manipulos quatuor: coque ex aquæ  
vel vini libris ix, ad exhaustionem  
duarum partium: His libris tribus,  
incoque animi, calamintham, fœ-  
niculum, aut chamæmel. anethum,  
cū radice althææ: hæc decocto, vel  
succo incoques, ad libram: fiat cly-  
ster

Clysmata

ster ex huius ℥ iij. vel iiij. adde  
oleum rosatum, & castorium.

## FORIS

## INTESTINIS FRIGIDIS

admouenda.

**FOTVS** ex balneis calidis, vel  
eorum succedaneis: & lutum sul-  
phureum balneorum proderit, vel  
eius quod vicē implet: Fomentum  
ex suffitu: chamæmeli, melilotus,  
sambuci flores, stæchas. Fotus ex  
vino maluatico cū aqua vitæ: apium  
laudatur, piper, galanga, cuminum,  
fœniculum, lauri bacca & folia, ca-  
lamintha, anethum, origanum, pe-  
troselini semen, feseli, mentha, ma-  
stix, nigella, pulegium, ruta, meth-  
thastrum, ammi, anisum, lauendu-  
la, furfures linteo excepti: hæc ad-  
moventur cocta ex vino austero.  
Decoctis additur oleum chamæ-  
meli, aut anethi.

**Illitus** ex adipe vrsi: oleo rutæ,  
oleo de piperibus: & ex oleo ane-  
thi, lauri, nardi, castorei. Fit & fotus  
ex oleo & vino. Accipe olei rutacei,  
in quo femina cymini, anisi, & cen-  
taurei minoris cocta sint, vnciam  
vnam: picis naualis, vncias tres.  
misc: ac ventri imponatur, si flati-  
bus turgescat.

**Empla-  
strum &  
unguen-  
tum.**  
Emplastrum ex baccis lauri: em-  
plastrum Diaphœnicum calidum  
Mesuæ, efficax medela, describitur  
in Antidotario Florétino. Unguen-  
tum aregôn: oleum moschelinum.  
Vnctionis tempore affunde pa-  
rum vini.

**Balneum** ex decocto chamæme-  
li, meliloti, foliorum lauri & rutæ;  
Furfures ex decocto chamæme-  
li cocti, calidi admoventur: addi-

tur oleum chamæmelinum, & al-  
thæa interdum.

**Sacculus**: Accipe florum cha-  
mæmeli, pugillos duos: summita-  
tum anethi, origani, meliloti, singu-  
lorum pugillum: scœnugræci, semi-  
nis lini, cuiusque vnciam: foliorum  
vtriusque maluæ, violarum, singu-  
lorum semimanipulum: fiant duo  
sacculi, madescant vino maluatico,  
lacte, vel aquâ: & spongiâ madente  
ab hoc decocto, fiat fotus.

## OBSERVATIO.

Vberimè sunt præscribenda quæ  
flatus discutiunt, ob frigidam inte-  
stinorum naturam, & ob flatus pi-  
tuitæque abundantiam.

**INSESSVS** ad dolores ex flati-  
bus, althææ, rutæ, maioranæ, mani-  
puli duo singulorum: foliorum lau-  
ri, seminis apij, anisi, cumini, cuius-  
que vnciæ duæ: coque ex aqua. Ita  
ex origano, calaminthâ, anetho,  
chamæmelo, semine scœnugræci,  
cari, cumini, anisi, baccis lauri.

## INTESTINA HYMIDA

## CORROBORANTIA, &amp; AL-

## TERANTIA.

## IN TV VVS.

## CAVTIO

in horum vsu maxi-  
ma esse debet, ne in alui fluxibus,

dum natura morbificam materiam

excernere nititur, intempestiuo ho-

rum vsu, materiam fœdam exitu

prohibeamus. Diuretica, & sudori-

fica conferunt; & somnus. Leporis

caro, & sanguis eius calidus cum

farina hordei mixtus, ac deuoratus

priusquam frigescat.

**Rhabarbarum**: mastix: oliba-

num: amilum: tragacanthum: bo-

lus, & aliæ terræ medicæ: acacia, hy-

pocystis, galla, sumachiū, corallium

Sacculus.

Inseffus.

mibi

Simplicia.

vstum, conchæ vstæ, cornu cerui vstum, oryza, sophiæ semen: balau-  
stia, myrtilli: succinũ. Semen apij, feseleos, ammi, rubia. Piper, zinzi-  
ber, mace, aloë, castoreum, cinna-  
momum, cyperus, galanga, zedoaria, cortex citri: acori vulgaris con-  
serua, myrobalanorum cortex, fari-  
na hordei furno siccata: acetosæ semen, oxylapathi semen: farina fa-  
barum cum lacte & aqua: ossa me-  
spilorum, & folia mespili siccata, &  
clysmis indita. Rasura eboris: co-  
riandrũ, dicit Auicenna, cibum  
valenter in ventriculo continet:  
schœnanthos. caryophyllorum to-  
storum vsus. Cõsolida, absinthium,  
ruta, hepatica, cyminũ, saluia, men-  
tha, adianthum Dioscoridi: planta-  
go & eius succus, sanguinalis, myr-  
tus: tormentilla: radices & folia fra-  
gariz: papauer, ribes: succus sicca-  
tus millefolij. Calyces rosarum, la-  
nugo, semen, & foliorum albæ rosæ  
vngues. Bistortæ radix, sophiæ se-  
men, gnaphaliũ, flos solis cũ radice  
potus: decoctum pilosellæ maioris.

Mista.

Cydonea mala, & miua: rosæ sic-  
cæ, & conserua vetus; granata: con-  
serua cornorum; cydonium ma-  
lum inanitũ, ac nouã cerã vel ma-  
stice repletũ, sub cineribus coctum,  
& comestum: coagulum hœdi, vel  
leporis: hepar lupi. Trochiscorum  
de stella scriptulus sumitur in au-  
rora, ad omnem fluxum. Punicum  
malum clibano tostum, tritum ac  
bibitum. conserua florum granato-  
rum. condimentum myrtillinum.

Compositi-

sa.

Triphera minor, diarrhodon ab-  
batis, trochisci de spodio: philoniũ  
persicum: michleria Nicolai, electa-  
rium: diacydonium: athanasia: Tro-

chisci ramich Mesuz: diacodium  
Actuarij cum aqua cælesti in qua  
spodium ferbuit: trochisci de ber-  
beris, hoc est, oxyacantha: diarrhœon  
Galenij, & hydromelũ Pauli, apud  
Antidotarium Florentinum. Tro-  
chisci de terra sigillata, cum succo  
bursæ pastoritiæ: triasantala: gum-  
mi iuniperi ex ouo: aromaticum  
rosatum: diacyminum: diacoral-  
lum Galenij.

Aqua fabrorum, lac chalybea-  
tum butyro adempto: vinum ru-  
bellum astringens, cum aqua cha-  
lybeata: vinum in quo infusa fuit  
rosa sicca, & passulæ cæruleæ cum  
acinis tritæ, vñã cum prunis sylue-  
stribus. Syrupus de menta, si mate-  
ria fuerit frigida. syrupus cydonio-  
rum, & de rosis siccis, & myrtillo-  
rum: syrupus granatorum, & de ri-  
bes, & de oxyacantha: succus Eu-  
patorij. cydonium malum coctum  
sub cineribus. succus cydoniorum,  
in quo corallum coctum sit. oleum  
coralliorum.

Aquæ rosatæ indatur caro cydo-  
niorũ, bibat. Aqua rosata vel plan-  
taginis in qua coxit mastix, adiectã  
conseruã rosarum. A Q V A in qua  
genitale cerui lotum fuerit, pota.  
Tenerrima cornua cerui, frustatim  
secta, siccata, & puluerisata, & cum  
pipere & myrrha pota. Aqua folio-  
rum quercus. Aqua aparinæ.

Vbi venter inflatur, propinatur  
drachmæ pondus thymi, ex aqua  
mulsa, vel oxymelite.

LIMACES vsti ac triti cum  
cochleis suis, misce gallas duas, &  
piper album: aspergatur his cibus,  
vel potentur. Tragacanthum to-  
stum, ac propinatum ex vino cydo-  
niorum.

Potulor.  
14.Venter  
inflatus



niorum. Pulueris conyzæ drachma, ex vino austero, cottidie sumptus. Dilutum ex vino mosci arborei.

*Hyperca-*  
*tharsis.*  
Hypercatharsin sistunt seni gal-  
lorum ventriculi, sale inueterati &  
in umbra siccati, poti: Sed omnium  
fœlicissimè theriaca recentata gra-  
nis opij: vt dicam mox vbi de Pur-  
gantium hypercatharsi.

*Clysteres.*  
Clysmata sint olei expertia: Id in  
eorum vsu notandū, vt minorē li-  
quoris copiā gerant cūm est conso-  
lidandum, & adstringendum: ma-  
iorem, cūm detergendum fuerit.

*Valentif-*  
*simū stri-*  
*torium.*  
REMEDIVM adstringens va-  
lentissimum: Accipe corticum gra-  
natorum, vncias duas: seminis ni-  
gellæ Romanæ, vnciam: granorum  
tinctorum, seminis fœniculi, singu-  
lorum semunciam: radicis cyperi,  
ireos Florentinæ, vtriusque drach-  
mas duas: radicis tormentillæ, &  
bistortæ, cuiusque drachmas tres:  
mastiches electæ, vnciam: balau-  
stiorum, rosarum rubrarum, corti-  
cum citriorum non conditorum,  
sumachi, singulorum semunciam:  
Cinnamomi ruditer cōtusi, drach-  
mas tres. Coquantur secundum ar-  
tem, ex aquæ libris tribus: dum su-  
per sit iuris decocti libra vna: tunc  
adde vini gallici subastringentis se-  
milibræ: ferueant duabus aut tri-  
bus ebullitionibus, & macerentur  
horis duodecim: postea colentur  
expressione mediocri. De hac cola-  
tura excipe cochlearium vnum, cui  
adde vini de rosetta, tantundem: &  
cum multo saccharo rosato subti-  
lissimè trito, ac iisdem probè com-  
misto, fiat haustus breuis, initio cu-  
iusque pastus exhibendus.

Suaue est id remedium, & præ-

clarè aluum in fluxum effusam fren-  
nat & compescit, vt in desperata re,  
sæpe mihi vsu compertum fuit.

ALIVD: Accipe succi malorum  
cydoniorum, libram: corallorum  
rubrorum, rosarum rubrarum, rha-  
barbari, singulorum drachmam:  
acaciæ, hypocystidis, cuiusque duos  
scriptulos: bulliât ad tertias. Detur  
manè & vesperi binis horis ante ci-  
bum, potu: purgato primūm ægro.

ALIVD suauissimū remedium,  
Accipe vini rubelli, libram: sacchari  
rosati veteris, vncias quatuor: gra-  
norum myrti, vncias duas: caryo-  
phyllorum, cinnamomi, cuiusque  
drachmas binas: vertantur in pul-  
uerem crassum, & vino imbulliant,  
ad mediæ partis exhaustionē: vta-  
tur loco apozematis. ALIVD, croci  
ferri, drachma: croci, scriptulus:  
cum oleo nucis moscatæ excipia-  
tur: Dysenteriam sistit.

IN DIARRHOEA, ferri læui- *Diarrh.*  
gati & sæpius vsti, drachma: terræ  
sigillatæ semidrachma: theriacæ  
drachmæ tres: da ad drachmas  
duas.

IN LIENTERIA, chalybis *Lient.*  
læuigati & vsti, drachmæ duæ: co-  
ralliorum rubrorum drachma se-  
mis: cum theriacâ fiat Electariū: su-  
mat manè & vesperi drachmas tres.

OBSERVANDVM, alui fluxum *Notanda.*  
religiosè tractandum esse: nam in-  
terdum solutæ aluo euacuantia re-  
media damus: cūm materia hæserit  
intestinis, quæ illis influxit ac bel-  
lum expultrici facultati mouet.  
Non autem pharmacum præscri-  
bitur ad euacuationem affluentis  
materiæ, sed ad excussionem eius,  
quæ iam impressa vim excreticem

irritat: quæ, si ibi restagnarit, perniciem ægro intentabit. Sed tamen à naturæ infensis pharmacis erit temperandum; nam rapiunt à periphæria succos, ad affecta intestina. Dentur & benigna exiguâ mole, & vi; ne alius succus euocetur ad intestina: satis enim fuerit, illis immissum succum exigere. vt da substantiæ rhabarbari, & myrobalanorum corticum, cuiusq. semiscriptulum, vel semidrachmam. hoc repetite sæpius: ita ab intestinis elues vrentem succum, & nullû eò prolicies. Tamarindi laudantur, nam temperant ardorem, modestè vacuant, & robur afflant intestinis: erunt dandi cum rosis, santalis, quò plus firmitudinis mēbris aspirent.

Accipe pulpæ tamarindorû semunciam, vel drachmas quinque: sacchari rosati, semunciam: santalorum, semiscriptulum. Probantur & pruna quæ ad integram maturitatem non peruenere: & cuncta quæ leniunt, mitigantque acrimoniam succi, & vacuant, tum quæ firmant ventriculum, intestina & viscera. Auicenna præ cæteris laudat myrobalanos, nam euacuant, roborant, & adstringunt; & vt varij sunt succi, ita & variæ myrobalani. Syrupus rosatus solutiuus hîc commendatur cum decocto tamarindorum. Rhabarbarû celebre remedium est, quod cum myrobalanis committere soleo. Copiâ non magnâ præscribi hæc debent, vt iam dixi, sed sæpius: & cum stringendi mens non est, vtentur horum infusis: at decoctis, cum roborare. si adstrictioni studes, dentur in substantiâ, & quæque leniter vrantur. Temperantia

*Cautio.*

acrem materiæ vim, debent & leniter adstringere, vt syrupus de rosis, de cichoreo & mentha. à dulcioribus abstinendum, nam bilefcunt; hinc incrementa trahit fluxus in calidiore corpore: quare loco syrupi de endiuia, veniat cichorei syrupus, vel potiùs decoctum cichorei, nam saccharum quod syrupis inest, fluxum auget.

**CAVTVIO:** In vsu moderatium horum remediorum, videndû num adsit tussis; tum enim abstinendum erit ab acidis adstringentibus: sed potius viscidis vtendum erit, vt est farina amyli, radix consolidæ, succus oryza: quæ nempe possunt suo lentore materiæ fluxum inhibere. Quare & ab aceto cauendum, nam & vis quæ ab aceto micat in oxymelite grauis erit ita affecto ventri, nam excoriationem promouet: propterea vbi intestina sunt imbecilla, ab hoc cauendû erit. Admonuit Auicenna à sorbitionibus abstinendum esse; quare decocto cichorei vtentur paucâ manu, imò potius ipsa conferet eius substantiâ; vt si vtamur eius succo conglobato, vel puluere, & conserua ex folijs, cum paucò quæ saccharo fabricata fuit.

Vomitoria hîc cõferunt, sed absit oleum, nam ventrem laxat. Vretica commendantur, nam, scripsit Hippocrates, mictio noctu plurima paruum deiectionem significat per aluû: ita traicitur succus ad hepar, & auertitur à sede: sint calida, quantum ardor corporis ferre poterit.

Sudorifera cõueniunt intus, vbi materia morbifica fuerit frigidior.

Cum ad vsum **ADSTRINGEN-**

**GEN-**

*Cautio in Tussi.*

*Vomitaria & vrinaria.*

Obserua-  
tio in alui  
fluxu.

GENTIVM deuentum fuerit, no-  
tabimus ea id facere vel sine stupe-  
factione, vel erunt narcotica. Sine  
stupido illo torpore si stringendi vi  
præcelluerint, notabimus num ille  
alui fluxus copiosus admodum sit,  
vel num modestius feratur: si enim  
in maximū sese effuderit fluxum,  
strenuè erit adstringendum: sin  
mitior effusio alui fuerit, blandiori-  
bus vtemur. Cùm mitiorem dico,  
intelligo tamē superfluum, alioqui  
stringendum non esset: & dum me-  
tus adest vt vires ferant perennita-  
tem deiectionum. Sed tamen im-  
moderatio excretio suū ambitum  
habet, nam vel longius recedit à na-  
turæ lege, vel propius; ita & variis  
viribus insignita sint medicamina.

Varia  
sunt vi-  
que strin-  
gunt.

Inter validè adstringentia sunt,  
malicorium, balauſtia, hypocistis,  
myrtus, galla, Debiliora, mastix, ro-  
sa, terra Lemnia, lapis hæmatitis,  
caseus vetus vſtus, sæpe lotus (vt  
sal abluatur) & in puluerem tritus,  
fiant pilulæ. Vt: Accipe pulueris ca-  
sei antiqui loti & assi, ℥ ij. pulueris  
gallarum immaturarū ℥ j. sacchari  
rosati antiqui, drachmas duas: mis-  
ce, & vnicâ vice exhibeantur. Coa-  
gulum hœdi & leporis hic suum  
locum habet: sed monuit Galenus,  
decimo libro Simplicium, aliquid  
acrimonix illi inesse: & Dioscori-  
des affirmat fœminas ab vsu coa-  
guli leporini sterileſcere: Quare ab-  
luatur coagulum cum aqua hordei,  
dein cum aqua plantaginis, sym-  
phyti, vel rosarum. Spodium datur  
ad ℥ j. cum ℥ iij. conseruæ rosatæ,  
sanguinem sistit. His vtendum tan-  
tùm cùm est merus iam iam casu-  
ras esse vires ægri. Michleta. 1011 R

Coagulū.

Auicenna scripsit stupefacientia *Narco-*  
adstringentia maximè cōferre, nam *tica.*  
crassiorem reddunt materiam, ac  
partem refrigerant, & somnū con-  
ciliant, ac dolorem sedant. Accipe  
acaciæ, hypocistidos, carniū cy-  
doniorum, thuris gallarum, singu-  
las drachmas: corallij rubri vſti &  
in aqua rosata loti, sesquidrach-  
mam: opij, drachmam: cum syrupo  
rosarum siccarum fiat Electarium:  
curat dysenteriam. His tamen non *Cautio.*  
vtendum ni necessitas nos impule-  
rit: vrget autem ea, in corpore cali-  
diore, & aëre feruētore, & in fluxu  
ab acri materia. His narcoticis mis-  
cebimus roborantia, vt castoreum,  
crocū, xylaloën: quare philonium  
laudatum est remedium. Periculo-  
sus alioqui vsus est opij: meminit  
Auicenna quendam interiisse infe-  
rius admoto opio. Ad securitatem *Series in*  
faciet hæc vsus series, primò vte- *opij vsu.*  
mur foris; hinc suppositorio infere-  
mus; tandem vincente malo, per os.  
Cordus laudat Philoniū persicum.

Adstringit vitellus oui in aceto *Vitellus.*  
decocti; passulæ adstringentes, non  
dulces: cibus coctus cum malo cy-  
donio, vel symphyti radice, vel  
plantagine. Aqua cocta cum sym-  
phyti radice, si adsit tussis. vinum  
austerum, si absit ardor. Potus sit  
exiguus, nisi cùm sudoris causa,  
datur vinum.

A cœna proderunt quæ nectunt  
somnum, decoctum oryzæ, conso-  
lidæ, & lactucæ, ad duas vncias;  
cum emulsione trium drachma-  
rum seminum papaueris.

Aluo in fluxum effusæ, plurima  
remedia posuit Dioscorides. Qui-  
busdam abditum remedium est,  
lepus,

lepus, occisus mense Martio, ac ficatus in liberâ aurâ: puluis eius propinatur. Mirum in modû Dy-sentericis succurrit hepar præparatum lutræ: nucis iuglandis copiam sumat, ac in pollinem redigat, bibat ex vino rubro, à cæna, cum ad somnum se componit: Præparatur hoc modo hepar, dies ferè tredecim aceto macerabitur acerrimo, hinc in furno super regulâ siccetur.

## FORIS

## INTESTINIS HUMIDIS

*admouenda.*

Cuncta quæ adstringunt, vt cupressi nux, sanguis draconis, mica panis tosta, & in aceto macerata, & mastice conspersa; myrti baccæ, mentha, pruna agrestia in aceto cocta, balauſtia, hypocistis, mastix, corallum, iuniperinum gummi, fantala, malicorium, bolus: oryza farina torrefacta, & cocta ex aceto rosato: labruscæ summitates, absinthium, equisetum, cõsolida maior, thus, sumach, carabe; semen vuarum, & inde FORTVS: muccago tragacanthi, lentiũ farina, ichthyocolla cum aceto: Aqua chalybeata cum vino rubro.

FOMENTVM ex aqua in qua coque radices plantaginis, rosas, fantala, intybum, spodium. Semen menthæ, coriandrum, ladanum, & omnia quæ diarrhodon cõpositio habet. Cortices pomorum pini aceto acerrimo cocti, ac fumus ima sede receptus. CALIDA, nux moscata, caryophylli, cyperus, galanga, mastix, spica, thus. ALIUD, gallæ, malicorij, pentaphylli radicis teneræ: baccarum cupressi, singulas semuncias: coque ex libra olei ad ter-

tias: spongia hoc imbuta, ano admoueat: vini quid addi poterit.

SICCIVAPORES, & sudorifica; & inunctiones calidæ ex oleo rutæ, masticis, cydoniorum, rosarum, anethi, chamæmelino: inunctio ex oleo myrtillorum, & nardino, mastichino.

Laudat Auicenna VNCTIONES quibus rareſcat cutis, vt ex oleo amygdalino dulci, cum modico vino albo tenui, & leni frictione admotas. His vtitur vbi materia æstuat calore: nam in frigida materia, potiùs adstringentia commendat, vt oleum absinthinum, mastichinum, nucis cupressi, cum cydoniorum omphacino oleo.

EMPLASTRVM ex baccis lauri, & emplastrum contra rupturam: emplastrum pro matrice: emplastrum diaphœnicũ Mesuæ calidum, & frigidum, apud Antidotarium Florentinum. emplastrum ex gallia Mesuæ, calidũ, & frigidum. emplastrum ad fluxum ventris.

SACCVLII: Accipe milij vstulati, pugillos quatuor: farinae orobi, fufurum macrorum, cuiusque pugillos duos: florum chamæmelorum, summitatũ anethi, vtriusque pugillum: cymini, cari, vtriusque vncias binas: baccarũ lauri, drachmas tres: fiant duo sacculi interbastati, & totum ventrem completantur. Ventos discutunt, colicæ ventosæ & tympaniti conferunt. Sacculus ex milio saleque tostis, floribus chamæmeli, & aniso. Si profluuium fuerit immoderatus, sacculi ex sale ventri imponantur; ex hordeo autem dorso: Contrà, si fluor non sit immoderatus.

VNGVEN

*Simplis-  
vio.*

*Foris.*

*Empla-  
stra.*

*Sacculi.*

**VNGVENTVM:** Accipe rosarum rubrarum, baccarum & foliorum myrti, corticum thuris, mastichis, singulorum drachmam: malicorij & balaustiorum, acaciae, gallarum recentium, nucum cupressi, singulorum scriptulos duos: coralli vsti, spodij, cuiusque semidrachmam: croci, scriptulum: caryophyllorum, macis, nucis moscatae, spicae, cuiusque semiscriptulum: olei lentiscini, cydoniorum, singul. drachmas sex: cereae albae, quod sufficit, fiat vnguentum. **VEL** soluatur emplastrum cum oleo, vt fiat linimentum: **ALI V D,** olei cydoniorum, & myrteae, singulae vnciae: coralli, boli, radicis bistortae, gallarum, singulae drachmae: acaciae, hypocystidis, ladani, singulae semidrachmae: cum cera q. s.

**OBSERVANDVM,** Vt inunctionis tempore semper quid acetum affundatur, quod & stringit, & leptomeriam peruadit. **AVT** ex decocto adstringente foueatur, primum aluus. Conueniunt hic & quae ventriculo humido, & vtero madenti adiuuentur.

**CAVTIO.** Non temere aluus stringatur a principio fluxus, ne translatione symptomata morbosae, in febrem, pleuritidem, peripneumoniam, spasmum, vel dysenteriam, negato materiae exitu incidat. A leuioribus exordiendum, ac semper quae hepatis & ventriculo robur affiant remiscenda.

Cum fluxus est alui obortus a calida materia, comendatur **BALNEVM;** sed primo euacuato corpore materia prava.

**OBSERVATIO.**

Vbi effusa in fluxum fuerit aluus, semper notandum, num adstringentibus calidis (vt in lienteria) opus sit, an frigidis, vt in cholera affectu.

**INTESTINA SICCA CORROBORANTIA, & ALTERANTIA** effusam in ea **MELANCHOLIAM** extra venas & sanguinem: **INTVS.**

Clysmata ex butyro recenti, & oleo recenti dulci, & ex oleo violato, & rosato: ex decocto maluae, thapsi barbati, althaeae, brachae, violarum, bellidis, furfurum, cum vitellis ouorum. cremor ptisanae confert: albumen oui: adipis. Decoctum seminis lactucae, intybi, capitum papaueris, & amyli: iuscula: malua, lactuca. Verbasci flores puluerisati & bibiti. Althaeae decoctae succus ex vino: alcaeae radices cum vino. Accipe olei seminis lini, olei de althaea, cuiusque vncias quatuor: vini cum cepis decocti, quantum sufficit, fiat **ENEMA:** colicis prodest. Nunquam butyro aut seuo vtantur sine oleis, in clysmis. Clyster ex oleo in quo scenugraecum vel althaea ebullit, cum anserino adipe.

**PER OS:** Passulae, dactyli, spinachia, violaria, maluae turiones, pruna, mora matura, ficus, sebesten. Cassia, quia stricta est aluus: saccharum, cucurbita, portulaca, endiuia, poma dulcia, panis furfuraceus, ptisana, aqua cocta cum saccharo; Decoctum seminis lactucae, cucurbitae, intybi, cucumeris. Aqua cocta cum floribus maluae, violarum, rosarum, & hordeo: Fructus matura. Semen lini, scenugraei, mucago psyllij in clysmis.

D d

ad

Clystera.

Simplicia.

ad binas vncias: iusculum caponis, & pinguia; oleum amygdalorum dulcium, cum vino Hippocratico. Lac, butyrum, medullæ. ol. amygd. dulcis ℥ iij. ol. amygd. amar. ℥ j. β. sacchari ℥ j. misce.

Accipe olei communis, vncias quatuor: in eo crusta panis leniter inusta sæpius extingatur, detur oleum cū iusculo pulli, in quo flores chamæmeli cocti sunt; & à cibo abtineat horas quatuor. Accipe decoctum prunorum, passularum, caricarum: inde cassiam, & traice per colum: da cum oleo amygdalino. Passulæ coquatur cum aqua & saccharo: manè sumat cochleariū.

**MELANCHOLIAM** in intestinis alterant.

Chamæmelum, ruta, hyssopum, centaurium, organū, polypodium, pulegium, mercurialis; cyminum, & diacyminum. Semina anisi, dauci, ameos, carui, seseleos, fœniculi. Radices acori, melilotū, anethum; ferum lactis: lapathium acutū: caro cucurbitæ saccharo condita.

*Axioma.*

ET quicquid eiusmodi est, vt flatus (moderato madore non omnino spoliatum) excutere potest: Quare decoctis his ex aqua, in clysmis vtimur: vel olea ex his facta iniicimus. Si areant omnia, fiat decoctum ex semine psyllij: infundatur aluo cum oleo violaceo.

**FORTIS**  
**INTESTINIS** siccis  
*ad mouenda.*

*Olea.*

**FOMENTA** humida ex oleis, & panni his imbuti & appositi.

Balnea dulcia. Illitus ex adipibus moderatis, oleo dulci, butyro, oleo lini, violaceo, amygdalino, cum

medullis. Proderunt & hæc olea, cucurbitæ, & ex semine maluarum, & ex semine althææ oleum: oleum lilinum.

**VNGVENTVM** ex oleo liliorum, amygdalorū, irino, violarum, axungia humana, & pauco castoreo. Vnguentum de Althæa.

Parietaria cum recenti butyro, vel adipe gallinaceo friza, & ventri imposita cataplasmatibus modo, colicum sedat. Omentum ouis, in sartagine calfactum, & appositum. Semen lini, & fœnugræci: verbascum. **FORTIS** ex aqua dulci, cum lacte, & oleo temperato: vel ex hydrelæo. **SACCVELI** ex violariâ, maluâ, althæâ, semine fœnugræci: & ex lacte madidi imponantur.

### CAPVT XIII.

#### DE RENIBVS.

**RENES CALIDOS** CORROBORANTIA, & ALTERANTIA effusam in eos BILEM extra venas.

#### INTVS.

Renes serosa humiditate gaudent, quemadmodum vterus dulci. Quare sint serosa quæ renibus præscribuntur, nam dulcia abduceret in se vterus. Abstineat à caseo & crassis viscidisque rebus, nam cunctando lapidescent.

*Qualitas.*

Rosa, acetosa, viola, portulaca, nymphæa, plantago, sonchus, intybum, lactuca, aspatagus, cucurbita, halicacabi fructus, bismalua, adiantum, rusci semen, pimpinella; fucus granatorum, & ribes: acetosa arenulas eiicit: poma, pyra: radices & folia fragariæ. Caphuræ trochisci; Philonium Romanum & Persicum.

*Simplificia.*

*Composita.*

cum. Malua, & florum maluæ conserua, apud Amatum Lusitanum centuria vj. lvij. superbibat aquæ maluæ distillatæ, vncias tres; manè id agat & vesperi, per dies viginti. Papauer, sebesten, butyrum, fumarria, radices graminis, conserua rosarum Punicarū. Radices lapathij, falicis flores, radices chelidoniae minoris, lingua ceruina.

*Potulenta.*  
Aqua metallica frigida vi prædita: serum caprilli lactis; lac amygdalinum: ex fructibus spinæ acutæ distillata aqua; & ex cerasis nigris cum nucleis attritis ex lacte, & inde eliquata aqua: graminis aqua. Decoctum seminis papaueris: Syrupus capillorum Veneris, & de agresta: syrupus de limonibus: syrupus de althæa. Electarium Diaspermaton, refrigerat vrinæ vias, & lenit: istud descripsit Fernelius libro septimo. Vinum halicacabi, eius vnciæ quatuor. lac dulce haustū cum pauco croco: In prima mensa haustus ceruisiæ tenuis & puræ, vel aquæ hordei: nā, inquit Alexander Trallianus, renum calorem extinguit. P O T I O: Accipe radicem graminis, vnciam: hordei mundi, violariae, cuiusque manipulum: seminum melonum, drachmas tres: florum cordialium, cuiusque pugillum: fiat decoctio ad sesquilibram: & dulcescat saccharo, vel syrupo violato. Ita ex violaria, althæa, saxifragiâ, glycyrrhizâ, asparago, milio Solis, buglossa. E M V L S I O: Accipe quatuor seminum frigidorum maiorum recentium & mundatorum, cuiusque drachmas tres: amygdalorum dulcium, excorticatorum in aqua frigida, vnciam vnam: teran-

tur in lapideo mortario cum aqua, & fiat colatura ad libram: seruetur vase vitreo: adde quid sacchari rosati, ne emollescat stomachus. stranguaria confert hæc emulsio, bibita quatuor horis ante cibum: sed edat primò diatragacanthum frigidum: addi possunt semina lactuæ, portulacæ, & papaueris. B O L V S: Accipe cassiæ, vncias tres: pulpæ tamarindorum, & iuiubarum, singulas vncias: muccaginis psyllij, drachmas sex: ex syrupo violaceo fiat Electarium. sumatur forma boli, vel ex iusculo: vlcerebus prodest.

*Bolus.*  
*Ad vlcera*  
Confert gummi prunorū, cum decocto alkekengi fructuū. Cassia cum iusculo carniū in quo fructus alkekengi cocti sunt, eximit bilem à renibus: vel cassia propinata ex decocto communi, glycyrrhizæ, passularū, & prunorum. Iuscula pingua carniū in quibus althæa, mercurialis, saccharum rubrum, malua, & butyrum coquantur: nam alius officij immemor, calorem auget. Aqua florum fabarū. Vnciæ duæ passularum per horam ante prandium sumptæ. Clyisma ex semine scœnugræci, lini, floribus chamæ, meliloti, violariæ, maluæ: fiat decoctio ex aqua: adde oleum violaceum.

## C A V T I O.

Exardescente à calida vi vrinâ, ab vrinalibus remediis cunctis abstinendum, ne ardor in renibus & vesica excandescat. Nec aceto, aut vino tenui, falsis, aut acribus vtendum; sed modicè humectantibus, refrigerantibus, & temperantibus: maximè ineunte morbo, succis:

nondum mitigatis, ac inflammatione premente.

## FORIS

## RENIBVS CALIDIS

*admouenda.*

Hæc ab astringendi vi libera sint. Conueniant Inseffus, & Balnea dulcia: ex decocto seminis lini, fœnugræci, florû chamæmelorum, meliloti, maluæ, radicem althææ. Ex tribus partibus aquæ, & unâ vini fiat fofus.

Vitetur decubitus in dorsum; id ne dormienti accidat, accingat balteum, cui, è regione renum, spinachia femina insint. Conueniunt viola, rosa, fenecio, lactuca, plantago, solatrum, salicis folia, sedum, umbilicus Veneris, portulaca. **BALNEVM:** Accipe foliorum violarum, endiuia, maluæ, althææ, plantaginis, nymphææ, cuiusque manipulos tres: rosarum rubrarum, manipulos quatuor: hordei, sesquilibram: adde lac recens, postquam ex aquâ cocta fuerint.

*Balneum.*

*Unguentum.*

**IN VNCTIONES** ex oleo violato cum aceto: ex oleo rosato & nenupharis, ex vnguento rosato cum caphura. Proderit oleum papaueris, lac muliebre, muccago seminis psyllij. Vnguentum & oleum populinum, vnguentum ex oleo amygdalino, liliorum, violarum, chamæmelino, axungiiis, & butyro. Accipe olei rosati ter quaterue loti rosaceâ, vncias duas: ceræ candidissimæ, vnciam: liquefiant in duplici vase: vbi refrixerint, demergantur in aquam frigidissimam, moxque subigantur succo lactucæ, aut semperuiui: adde caphuræ drachmas duas: aut, si æstu incan-

duerint lûbi, opij scriptulos duos. Noxij sunt lecti ex plumis anserinis. Illitus semper à quarta parte horæ reuocetur in vsum: dum sentit euanidum calorem abuisse. Inseffus vel fofus ex aqua dulci: vel ex maluæ hortensis, althææ, fasciculis octo: seminis lini, fœnugræci, vnciis quatuor; aquæ incoctis.

*Inseffus*

**CATAPLASMA** ex lactucâ, papauere, parietariâ, portulacâ, vitis foliis, farinâ hordeaceâ. Ceratum refrigerans Galeni: Lamina plumbea, multis foraminibus pertusa, ac pauco hydrargyro nita. Oleum papaueris, & myrti cum rosis rubris. Ceratum Santalinum cum succo papaueris.

Sacculus ex violis, rosas, nymphæa, semine intybi, portulacæ, acetosæ, plantaginis, cichorei, & fantalis.

**RENES FRIGIDOS CORROBORANTIA, & ALTERANTIA** effusam in eos **PITUITAM** extra venas:

## INTVS.

Ribes nigra loco amomi: fœniculi radices & semen: adianthum, saxifragia, & eius semen, cererachum, raphani cortex vino macerata, arthemisia, genistæ flores, guaiacum, apium, cerefolium & ex eo cum lacte, aqua extillata: eius semen: flores chamæmelini ex iusculo capi, vel pulli, in colicis & nephriticis doloribus valentissimum præsidium est. Passulæ, febesten, baccæ lauri: iuniperi vinum & baccæ: asari radix, decoctum cicerum: apium, & petroselini radix, nisi æger Epilepsie fuerit obnoxius. Radices filipendulæ, rubia tinctorum, liquiritia,

*Simplia*



stia, radices smyrnij, & fœniculi: Amygdalæ dulces, pineæ, pistachia, auellanæ, genista, cardamomum, caprifolium, tanacetum, cruca, allium elixum, origanum, cortex radicis lauri: spica, thus, rubia maior: crocum. Rosmarinum cum vino, betonica, centauriū minus, tribulus vterque; oleum iuniperi, & eius baccæ ex vino coctæ: folia & cortex radicis lauri, sed fœtum enecat: calamus odoratus ex vino: Baccarum hederæ terrestris ex vino albo colatura: Iridis radicem decoctum, & eâ conditæ: valerianæ radix: salvia nobilior: anisum: Aqua fabarum, & nasturtij aquatici, vrtica. Et plurima hepatica, & splenetica. **SAL** polypodij, & hyperici, genistæ, anonidis, lomentorum fabarum, vrinæ mouent: vt & Sal sanguinis hircini. **CLYSTER** ex decocto radicem althææ, seminum anisi, fœniculi, carui, florum chamæmelorum, meliloti, anethi, violarum, maluæ, ficuum; cum benedicta laxatiua, oleo anethino, chamæmelino, scorpionum cum cassia. Clyisma ex oleo amygdalino & vino Cretico. **CAVTIO:** Cùm adest calculus, sit parua copia Clysmatis. Fiat Clyster & ex solo oleo chamæmelino, cum cassia. Mel, vina medicata, myrrha, terebinthina cum saccharo, styrax: vinum album & fœniculatum: Vina medicata, vt conyzæ, & guaiaci. Aqua saxifragiæ, calaminthæ, betonicæ, & pullegij. Aqua canellæ. olei succini gutta. liquores balsami arte confecti. dictamni albi drachma ex vino pota. Oxymel scylliticum & compositum. syrupus raphani, apud

Fernelium. Dianisum, & diatrageanthum, & superbibat vinum anisatum: puluis electarij de baccis lauri: electarium lithontripticon apud Fernelium libro septimo Methodi: cum terebinthina. diatrium piperion, aluum vnâ aperit. Aurea Alexandrina: diasatyron: diathamaron: Athanasia: Iustinianum: Egetea opiatum: Theriaca. Syrupus de Byzantiis, hic est, calidior quàm syrupus capillorum Veneris; quare & ab eius exhibitione dari solet: syrupus acetatus cum radicibus Mesuæ: syrupus de duabus & quinque radicibus. Acetum raphanatum: olim Delphis ex auro dicebatur Raphanus; vt Beta, ex argento: & raptum, ex plumbo. Syrupus hyssopi cum duplo vel triplo aquæ parietariæ; id remedium & calculos abiicit & arenas: ieiunis datur hyeme per dies decem vel duodecim. Piper in cibo. oleum amygdalinum amarum.

**AD DOLOREM Colicum** ex arenis renum; spicæ Celticæ, asari, schœnanthi, seminis paliuri, halicacabi, althææ, myrrhæ, styracis, singulæ drachmæ: feminis apij vel dauci, petroselini, rubiæ maioris, singulæ semunciæ: opij drachmæ duæ: croci scriptulus: ex syrupo adianthi, & pauca terebinthina lota ex aqua graminis & vino, fiat Electarium. da scriptulum, surge ad drachmā: sumatur ex vino. oleum baccarum hederæ.

**FORIS RENIBVS FRIGIDIS admouenda.**

Thermæ & fomenta calida ex decoctis chamæmeli, rorismarini,

**Dd 3 sum-**

Sales.

Clyisma.

Potulenta.

Nestor.

Syrupi.

Antiquum.

Colicus.

Folius.

summitatum anethi, saxifragiæ, symfimbrij aquatici, spicæ, fœnugræci, betonici, spondylii, origani, calaminthæ, petroselini.

*Calcul.*

**I N S E S S V S** ad calculos, Rapæ, pastinacæ, siseri herbæ, chamæmeli, florum thapsi barbati, betonici, prunellæ, aquilegiæ, rutæ mura-riæ, arthemisiæ, singuli manipuli. **A L I V S**, radicum althææ, vnciæ quatuor: foliorum maluæ, althææ, parietariæ, singulorum manipuli duo: spicæ, manipulus dimidius: origani, betonici, abrotani, arthemisiæ, petroselini, manipuli duo: anisi, fœniculi, lini seminis, fœnugræci, cuiusque vnciæ duæ: fursu- rum, manipuli quatuor, sacco indantur: coque ex aqua.

*Olea.*

Oleum glandis vnguentariæ, oleum florû ligustri: sambuci oleum, oleum sampuchi, satyrii, amygdalinum amarum, oleum de piperibus, scorpionû & vulpinû. Oleum balsami in Antidotario Florentino. oleum styracis, laurinû, nardinum, rutaceum, terebinthinæ, & iuniperi: oleum laterinû. oleum moschelimum. oleum liliorû. Vnguentum Martianum Nicolai. Emplastrum apostolicon Nicolai. emplastrum de baccis lauri. vnguentum Agrippæ, & vnguentum Aregon. Emplastrum ex nasturtio aquatico, raphano, & parietariâ, frixâ in adipe cuniculi. Folia enulæ cãpanæ cum vino apposita, dolorem eximunt.

*Vnguent-  
a & Em-  
plastr.*

**R E N E S H V M I D O S  
C O R R O B O R A N T I A , & A L -  
T E R A N T I A :**

**I N T V S .**

*Clystma.*

Clysteres ex oleo amygdalino amaro: vel rutaceo, chamæmelino,

mastichino; ex decocto equiseti, plantaginis, & chamæmeli.

Auellanæ nuces, cornu cerui, ca-  
stanæ, guaiacum, oryza, cupulæ  
glandium, sanguis hirci, corallum,  
coriandrum, lucij mandibula, &  
interna ossa capitis. Rutæ semen, &  
milij solis, agni casti semen. Myro-  
balani citrinæ, schœnanthos, puluis  
integri leporis cum pelle, acetosæ  
semen, motacilla auicula, adian-  
thum omne, crassam bilem abster-  
get: balaustia, cyperi radix. Dialac-  
ca, electarium diaspermaton: diacy-  
donites: & lithotribon: Electarium  
Iustinum, electarium Ducis: & pul-  
uis Reginæ: aurea Alexandrina:  
Trochisci de spodio: trochisci diaë-  
lectrû Galeni, apud Antidotarium  
Florentinû: trochisci de alkeken-  
gi, & de carabe, & de terra sigillata,  
& stellæ, & de succo polygonij. Sy-  
rupus myrtillorum: aster Galeni:  
Conserua radicum apij, & raphani,  
& nasturtij aquatici. Nuclei cera-  
forum & persicorum. radix nenu-  
pharis. Testa oui ex quo pullus pro-  
diit. **P O T V S** sit pareior, & spatiis  
intermediis eius sit abstinentia. De-  
coctum ligni cum cortice sassafras,  
assulatim concisi ( vncia corticis sa-  
tis fecerit) aquæ libræ quatuor: no-  
uo fictili macerentur horis duode-  
cim: coque lentè, ad duarum tertia-  
rum consumptionem: Siccat val-  
dè, & modestè calfacit. Decoctum  
virgæ autæ, cum puluere herbæ  
huius.

*Simpli-  
cia.*

*Composi-  
ta.*

**S I C A L C V L O S A** adfit mate-  
ria, **P O T V S** hic utilis erit: Accipe  
betonici, manipulum: cicerum ru-  
beorum, vnciam: fiat decoctio ex  
mulla despumata, ad libram: cui  
adde

*Potus ad  
calculum.*

adde oxymellis simplicis vncias tres: nucis myristicæ, drachmam vnam. ALIVS: Accipe radicem graminis, vncias tres: fiat coctio ex mulsa despumata, ad libram: aromatizetur. Ita ex capillis Veneris, betonicâ, saxifragiâ, pentaphyllo, semine hyperici, & dauci. Vel accipe sanguinis hirci præparati, drachmam (hircus saxifragis nutrirî debet, sub torrido sole) cum decoctionis graminis & cicerum rubrorum in mulsa, vnciis quatuor. Terebinthina cremata. vermes terræ cum Iust. niano. Puluis polygoni minoris, & betonicæ: puluis corticis cassiæ: lapilli astaciorum: hæc calculorum focum abigunt. Cucurbitæ cinis, semen personatæ, cynobati fructus. Decoctum mosci terrestris ex vino. Aqua foliorum quercus distillata. mespillorum ossa bibita cochlearis copiâ, ex vino. cochleæ limacum aridæ. oculi canctorum. Pisa, ciceres: hippolapathi radix. veronica mas. Olei vitrioli semiscriptulus, cum aqua florum genistæ. lithospermon.

*Calc.* AD CALCVLVM: Accipe nucleorum ossium persicorum, quinquaginta: nucleorum ossium cerasorum, centum: florum sambuci, manipulum: vini Cretici, libras tres: fictili nouo excepta, sepeliantur in fimo equino, dies decem: hinc distillentur: dentur aquæ vnciæ quatuor ante prandium. Flores fagi siccati, dati cum vino albo. Virga pastoris in cineres combusta, hinc ex Pictauiensi vino fiat lixiuum. veronica, cum caudâ equi, & dauco; Hispanico in vino cocta. PVLVIS, Accipe glycyrrhizæ pul. semun-

ciam: myrrhæ rubræ, aristolochiæ, baccarum lauri, gentianæ, singulorum drachmas binas: cum saccharo & vino vtatur cottidie binis drachmis. oleum sæcularum vini, ex vino.

## FORIS

## RENIBVS HUMIDIS

ad mouenda.

Fotus sicci: Balnea sulphurea: Asarum, spica, sumachium, schœnanthus, raphanus, milium Solis, arundinis radix. ILLITVS ex oleo chamæmelino castoreo; ex oleo rutæ: infunde rutæ capitula cum seminibus, oleo lini. genistæ flores in oleo chamæmelino macerati: oleum de cerasis: oleum scorpionum.

CATAPLASMA ex portulacâ, rosifis, farinâ hordei, seminibus papaueris, balauistiis, santalis, cum oleo myrtino & cydoniorum: addi poterunt semina plâtaginis, balaustia, malicoria, & semina rosarum. Cineres glandium faginarum.

RENES SICCOS CORROBORANTIA, & ALTERANTIA effusam in eos MELANCHOLIAM:

## INTVS.

Clysteres ex oleo dulci, & ex emollientium rerum decocto: vel ex iusculis pinguibus, vt intestinorum & capitem veruecis; vel ex lacte, cum lactuca, & hordeo, maluâ, mercuriali, betâ: cum radicibus althææ: seminis lini & scœnigræci, cuiusque vncia: cum saccharo, oleo communi, & cassiâ. vel oleo amygdalino dulci vtetur, aut oleo scorpionum. Vel fiat clystma ex oleo communi, cum pauco semine althææ, & anisi. PRO CALCULO: Accipe olei amygdalini amari recentis,

centis, pinguedinis anseris, terebinthina clara, butyri recentis, singulorum vncias tres: croci subtiliter puluerisati, drachmam: fiat elyster.

*Per os.*

PER OS emollescit siccitas vsu melonū, & cucurbitæ coctæ. Conuenit papauer, oua, ptisana, butyrum, lac, cui interdū additur ouum recens. Semina melonum excorticata, & saccharo cōdita: asparagus: vitulina caro: satyrion & diasatyrion: pinei: cynaræ: pistachia: passulæ: gallorum testiculi, testudinum caro: bulbus; cerebrum porci cum origano paratum; pastinaca, malua, linum: oliuæ: borago, violæ, malua: Succus parietariæ ex vino albo, cum oleo amygdalino: semen althææ: bdellium bibitum calculos abigit; & terebinthina. Gummi persicæ, cum succo raphani vel limonium. Tragacanthæ drachma ex passo: anchusæ decoctum.

#### CAVTTIO.

UBI metus adest à calculo, tum vrinalia medicamina obsunt ad præcautionem: sed in paroxysmo auxiliantur fusis ac emollitis ductibus, quibus exitus illi pateat. Nam in diexodo infessu, fotu, litu, utimur; non in generatione eius. à lenientium vsu, leniter erit incidendum: hinc validè.

*Composita.*

Vinum eryngatum: vinum cum succo petroselini mixtum, pelui infunditur, & lac bulliens confertim superiniicitur: quod se in fundo colligit serum bibitur. Dialthæa Actuarij. Conserua eryngij, boraginis, violarum, & florū maluæ. Dialacca; diaspermation, lenit vrinæ vias, inquit Fernelius libro septimo Methodi. Cerasa nigra cum lacte

distillata. Syrupus boraginis & buglossi. Accipe olei amygdalini, vncias duas: vini maluatici vncias quatuor, misce, fiat haustus. Vel mannæ aut cassiæ vncia, cum vncia olei amygdalini dulcis, & iure carniū pingui.

#### MELANCHOLIAM in renibus alterant.

LEPORINA caro, nam scripsit Galenus suauissimum huius sanguinem esse, eius autem sine dubio ideam refert caro, ex quo tota constat: vnde Martialis, *Inter quadrupedes, gloria prima lepus.* Amomum vel ribes nigra: adianthum. Radices sceniculi, graminis, asparagi, rusci, valerianæ, cyperi, cichorei, asari, ceterachum, passulæ, cassuta, capillus Veneris, genistæ flores, lapidis prohibent coagulum, & eorum aqua. betonica. fraga, hoc est, chamæbatus, vel rubus.

*Lepus.*

Lixiuum ex cineribus stipularum fabarum, vino eliquatum: ut scripsimus libro primo De lixiuiis. Ononidis radices, & surculi tenues, priusquam aculeos induant conditi saccharo, melle & aceto. Epithymum renum vitis confert, inquit Mesues. Cōserua satyrionis. Serum lactis coctum. semina frigida. aqua sceniculi. semen liuistici: parietaria: rosmarinus: napi, rapa. Conserua florū genistæ: liquiritia. Radices quinque aperitiuæ, hoc est: apij, petroselini, rusci, graminis, & asparagi: saluia, summitates lupuli. Ocimi semen potum: hormini semen, sed Venerem stimulat: vnde illi nomen, *ἀπὸ τῆς ὀρμῆς*. Abstineant à lacte cui butyrum ademptum est; & à pane malè cocto, aromatibus, ceruiciā

*Lixiuum.*

*Ad calculum.*  
 uisiâ impurâ, vino nouo. CALCV-  
 LY M extrudit hoc: Accipe aquæ  
 distillatæ limonum, vncias duas:  
 olei amygdalarum dulcium recen-  
 tis, vnciam: & vini albi fescun-  
 ciam: nucis myristicæ, macis, cuius-  
 que scriptulum: sumat vacuo ven-  
 triculo. Sed omnium fœlicissimè  
*Optimū.*  
 hoc, quod Accipit vini ardentis,  
 aquæ fragariæ & petroselini, cuius-  
 que libras duas: maluatici acerbi,  
 libram: primùm misce aquas vtra-  
 que aquæ ardenti, quadrante horæ:  
 mox iunge maluaticum, & sacchari  
 crystallini albi puluerisati, libram:  
 macerentur dies octo, cottidie mo-  
 ue: dein Soli expone dies octo, nec  
 moue. Dein effunde; & iterum dies  
 octo redde Soli: & quod clarissi-  
 mum est deinde effunde. accipe  
 ieiunus cochlearia tria: id repete  
 dormiturus. est præcellens reme-  
 dium; nec prudentem fallat medi-  
 cum in calculi amotione. Summi-  
 tates althææ coquantur in iuscule,  
 cum vino & butyro. Quidam hanc  
 aquam celebrant ad calculi extru-  
 sionem: aquæ petroselini, & rapha-  
 ni; his infunde puluerem oculorum  
 cancrorum: à maceratione, incli-  
 natione effundatur, & bibatur. Ita  
 ciceres cum multo butyro iusculis  
 coquantur. Matthiolus laudat pul-  
 uerem corticum radicem anonidis,  
 ex vino. Semen fraxini ex vino.  
 oleum nucleorū persicorum, cum  
 aqua eorum. Succus limonū cum  
 maluatico. Oleum recens amygda-  
 linum amarum, copia quinque  
 vnciarum. In vino & aqua petro-  
 selini coquitur raphanus, & radix  
 althææ.

FORIS  
 RENIBVS SICCIS  
 admouenda.

Balnea dulcis aquæ: fœtus humi-  
 di: ficus in fomentis conferunt, &  
 oleum oliuarum. Violaria, parietaria, *Simpli-*  
 radix lilij, bracha: lumbrici: *cia.*  
 radices althææ: butyrum: saxifra-  
 gia, folia caulis, pimpinellæ & be-  
 tonicæ (si calculus adsit) folia, se-  
 men lini & fœnigræci. Additur ter-  
 tia pars vini: vel iungitur media  
 pars olei, decocto horum. Accipe *Fœtus*  
 maluæ, althææ, florum chamæmel.  
 arthemisiæ, seminis lini, radicem  
 petroselini, cuiusque manipulum:  
 coque ex aqua, ad mediæ partis ex-  
 haustionem, fiat Fœtus.

Illitus ex dialthæa, vel vnguen-  
 to Agrippæ. oleum violaceum, & *Illitus.*  
 liliorum, nymphææ: oleum seminis  
 fœnigræci: axungia cuniculi, & fe-  
 lis, & anseris. LINIMENTVM:  
 Accipe olei scorpionis, amygdala-  
 rum dulcium, amatarū, chamæme-  
 li, cuiusque drachmas tres: axungie  
 gallinæ, cuniculi, mucilaginis se-  
 minis althææ, singulorū drachmas  
 duas: seminis althææ puluerisatæ,  
 drachmam: ceræ quod satis sit. à fo-  
 tu vngatur. Oleum in quo radices  
 althææ coxerint: æsypus. Taxi-  
 adeps, coquitur ex vino, in Lini-  
 mentum. Accipe radicem althææ, *Semina-*  
 vncias quatuor: maluæ, althææ, fo- *puta.*  
 liorum raphani (si calculus fatigat)  
 parietariæ, florū chamæmeli, sum-  
 mitatum anethi, singulorum mani-  
 pulos duos: origani, calaminthæ,  
 betonicæ, cuiusque manipulum:  
 seminis anisi, fœniculi, lini, fœni-  
 græci, dauci, singulorum binas vn-  
 cias: fursurum pugillos quatuor.

E e ponan-

*Epiplasma.*

ponantur in sacco, & fiat decoctio ex aqua, quantum sufficit, ut fiat Semicupium: Nephriticis confert. Vesica oleo tepido semiplena, loco adhibita. Filum coctum ex lixivio, cineribus, & tertia parte olei communis. **CATAPLASMA:** Accipe malua, althæa, & seminis eius, seminis lini, butyri recentis, caricarum, singulorum vnciam: florum chamæmeli, manipulum: seminis fœnigræci, semunciam: fiat coctio ex aqua: & dein adde olei scorpiorum, liliorum, violarum, vtriusque amygdalæ, axungia anatis & cuniculi, quantum sufficit; fiat Cataplasma, adde croci scriptulum. bis die renouetur. Sacculi ex lacte interdum admouentur. Emplastrum ceroneum.

### CAPUT XIII.

#### DE VESICA.

**VESICAM CALIDAM CORROBORANTIA, & ALTERANTIA** effusam **BILEM** per **VESICAM**, extra venas.

#### INTVS.

Hic locum habent ea quæ refrigerant iecur: nam dum lotium acrescit ab hepate (ut etiam interdum à renibus) his occurrendum esse suadet ratio. **ELECTARIVM:** Accipe althæa radicis, vncias duas: glycyrrhizæ, eryngij, singulas vncias: passularum, ficuum, iuiubarum, singulorum paria triginta: anisi, fœniculi, vtriusque drachmas duas: apij, petroselini, cuiusque semidrachmam: florum violarum, chamæmeli, singulorum pugillum: coque in iure cicerum rubrorum, fiat syrupus ex melle & saccharo; adde cas-

*Electarium temperatum, & mollens.*

siæ vncias sex, cum pulpa passularum, & ficuum. soluit, deterget, incidit, vreticum est. Quæ tenuant & refrigerant, non sinunt in calculum abire arenulas, & mulcent vrinæ ardorem. In vrinæ ardore cōmendatur lac potum: emulsio seminum melonum, & seminis papaueris. Hoc castigat humorum acrimoniam: accipe seminum melonum, drachmas x. seminum cucumeris maturi, cucurbitæ, papaueris, portulacæ, singulorum drachmas tres: seminis alterci albi, drachmæ ij. sacchari albi, quantum cuncta hæc pendent. sumat manè huius pulueris drachmas tres: & tantundem sub vesperam, cum vncia syrupi violacei; vel cum iolapio & dulcis radicis decocto. Si ingruida mulier à stranguria laborat, bibat decoctum radicum althæa & passularum, cum saccharo: & dein lac amygdalinum. Victus sit emplasticus, abstineat acris, salis: potus sit parcior. serum lactis caprilli: oleum amygdalinum dulce: Vinum halicacabi, & vinum graminis. Portulaca, liquiritiæ succus, semen cydoniorum, fructus alkekengi, & eorum succus, cum decocto papaueris & seminibus frigidis: endiuia & lactuca, portulacæ & acetosæ semen, hordeum; Pepones & melopepones, cucumeres, & cucurbita; semen cucumerum emulsum in lacte: graminis radices & semen: limonum succus, & raphanus totus conuassatus ac succo limonum affusus, atque hinc elicitus liquor distillatione. Acetosæ radicis succus: Rubus, asparagus cum vino, personata, fraga, vrticæ succus. rubi idæi fructus,

*Ad calculum, & vrinæ ardorem.*

fructus, & eorum stillatitia aqua: ex fructu spinæ acutæ aqua distillata: parietaria. Passulæ, amygdalæ dulces. Decoctum florum consolidæ regalis. **POTVS:** Accipe cicerum rubrorum, sesquilibram: in libris decem aquæ per diem macerentur, coque ad tertias: colaturæ adde glycyrrhizæ, vnciam: radicum & foliorum maluæ, althææ, graminis, agrimonix, cassuthæ, manipulum: iuiubas decem: seminis melopeponum binas vncias: baccarum halicacabi, & hortensis solani, lithospermi, singulorum semunciam: ossium dactylorû tritorum, drachmas tres: ferueant ad tertias: sumat vncias quatuor, mane. Alioqui, Accipe cicerum vncias duas: hordei mundi, vnciam: baccas halicacabi, octo: liquoritiæ drachmam: fiat coctio ex aqua ad libras duas.

**Electaria.** Electarium diaspermatorum lenit vrinæ vias, apud Fernesium libro septimo. diaolibanum opiatum. philonium Romanum, & Mesues. Decoctum lagopi cum foliis maluæ, ex vino dulci.

**Emulsio.** **EMVLSIO:** Accipe seminis papaueris albi, semunciam: seminum frigidorum maiorum, singulorum drachmas tres: amygdalorum dulcium, semunciam: decocti liquoritiæ, vncias nouem: terantur in mortario, & in colatura dissolue syrupi violati, capillorum Veneris, myrtillorum, singulorû vnciam: fiat emulsio pro duabus vicibus, sumat manè quatuor horis ante prandium.

**ALIA EMVLSIO:** Accipe quatuor seminum frigidorû maiorum recentium, ac mundatorum, cuiusque drachmas tres: amygdala-

rum dulcium ex corticatarum, vnciam: Terantur omnia in mortario lapideo, cū aqua hordei, ad libram: quæ in vase vitreo seruetur. adde aliquid sacchari rosati ne emollescat stomachus: capiat vncias quatuor vel sex ante prandium, per duas vel tres horas. Si magis refrigerandum sit, adde semen lactucæ, portulacæ, vel papaueris: poterit prius deuorari Diatragacanthum frigidum.

**FORIS VESICÆ CALIDÆ ad mouenda:**

Præcipuū auxiliū est fomentum ex malua, parietariâ, radicibus lappathij acuti, seminibus fœnugræci. Fomentatio pubis & perinæi cum decocto parietariæ & petroselinî, cum aliquâ vini parte. Sed illud obseruabile, vt remisceantur semper calida, etiam in calido affectu, ob frigus vesicæ natium: vt oleum masticinum.

Vinctio ex oleo amygdalino dulci, oleo violato, oleo cucurbitæ, oleo maluæ, butyro recenti, & adipe temperata.

**VESICAM FRIGIDAM CORROBORANTIA, & ALTERANTIA** effusam in eam **PITUITAM** extra venas:

**INTVS.**

Opitulantur ea quæ verè diuretica sunt: semina apij, leuistici, leucoij, & eius flores: Dauici semen, petroselinî, genistæ semen: grana iuniperi, anisi semen, feseleos semen. pœoniæ semina & radix ex vino. Aqua petroselinî Macedonici, & leuistici prima germina: aqua ebullî. Guttulæ aliquot olei nucis moscatæ, cum vino cretico: oleum

Ec 2 anisi,

anisi, & cymini. olei succini gutta,  
ex aqua petroselini, vel vino.

**RADICES** rubiæ, petroselini,  
fœniculi, rusci, & mentes mouent  
baccæ eius ex vino: asparagi, apij,  
smyrni, pœoniæ, graminis, asari.  
cortex radicis lauri: eryngij radix:  
anonidis radicis cortex, & cauliculi  
conditi: aristolochia rotunda.

Nux cupressa, ribes nigra, rapha-  
nus, & eius cortex vino maceratus  
ad vnciam vnam: cum ossium da-  
ctylorum drachmis duabus: fiat  
expressio post octo horas à mace-  
ratione. Salvia, saxiphragia, lentis-  
cus, nasturtium aquaticum, nigella,  
pimpinella, adianthū omne, myr-  
this, valeriana, betonica. lithosper-  
mon, glycyrrhizæ puluis, semen  
lupuli. Pulueres ex succo apij exci-  
piuntur, vt fiant pilulæ.

Cinnamomum, castoreum, lau-  
ri baccæ, crocum, nux myristica,  
styrax, calamus odoratus, bdellium.  
**VRINAM** vehementer prouo-  
cant porcelliones, hoc est, cutiones,  
triginta: contunde cum vini Rhe-  
nensis vnciis quatuor: ac peplo  
traice cum vino.

**LEVIATHAN RABBI** præ-  
sentissimum medicamen prodidit  
ad vrinam prouocandum: Accipe  
succum vrticarum Græcarum de-  
puratum, ad vncias binas cum se-  
misse: olei amygdalini amari, vn-  
ciam: vini Rhenensis, fescunciam:  
miscere id ter aut quater bibat. aquæ  
thermarum, intus & foris. **DECO-**  
**CTVM** florum vel foliorum ribes  
nigræ, ex vino, cum liquiritia. De-  
coctum chamæmelinum, liquiritiæ  
& sebesten: ciccerum nigrorum pat-  
uorum decoctum cum multo pe-

troselino: decoctum passularum &  
satureiæ, ex vino: adianthi deco-  
ctum, thermæ potæ: Ius galli vete-  
ris. Vinum anethinum: iusculum  
decoctionis maioranæ: decoctum  
florum lauendulæ ex vino. Vinum  
baccarum lauri: decoctum thymi:  
sarzaparillæ decoctio: erucæ deco-  
ctum. Aqua distillata ex raphano,  
qui cum succo limonum fuit ma-  
ceratus. aqua vitæ in qua poma he-  
deræ terrestris macerata sunt. aqua  
canellæ, liquores balsami. **AQVA:**  
Accipe corticum radicem anoni-  
dis, libras quatuor: macerentur vini  
Cretici libris octo: ac distillentur.  
Mithridatium: athanasia in Anti-  
dotario Florentino. aurea Alexan-  
drina. Paulina ex Galeno, apud  
Antidotarium Florentinum: diaca-  
laminthum. Oxymel simplex &  
compositū, vbi magna vis est lentæ  
pituitæ: alioqui æquè vesicæ inimi-  
cum est acetū ac vtero. Mulsa: sy-  
rupus de calamintha. Terebinthina  
cum puluere nucis myristicæ, &  
postea detur haustus vini: syrupus  
de arthemisia cum decocto beto-  
nicæ. Theriaca cum vino decoctio-  
nis piperis. Et cætera quæ vterum  
calfaciunt.

#### CAVTIO.

Quæ calculos attenuant sine ca-  
lore vehementi, ea præclare ad sa-  
nitatem faciūt: nam quæ feruidio-  
ra sunt, absumunt tenues partes, ac  
relictis crassioribus indurant lapi-  
dem: & nouas materias accersunt  
ad renes & vesicam ex reliquo cor-  
pore: Sint igitur potiùs tenuia fri-  
gida. **ANNOTAVIT** Guainerus  
obseruandum esse, primò vt socie-  
mus penetrantia, remediis calculo  
dicatis:

Cutiones.

Potulenta.

Decocta.

Electa-  
ria.

Syrupus.

De cal-  
culo.



dicatis: vt cinnamomum, nux myristica: SECVNDÒ tale addemus, quod remediòrũ vires firmat, quò integris viribus calculum feriant: vt mastix & gummi. TERTIÒ, vt leptomeriam habeant, qua peruadant. QVARTÒ acrimoniam obtundens addetur, vt rosa, liquiritia, semen lini. Iacobus Forliuius hoc in secretis habebat ELECTARIUM: accipit pulueris scyllæ, stercoris columbini, vtriusque vnciam: cum libra mellis despumati: dosis erat drachmarum binarum. MONTAGNANA ita ad Calculũ: Accipe oxymellis diuretici, vncias quatuor: pulpæ sebesten in mucilaginem redactæ, libram mediam: id autem fiat cum aqua milij solis: lapidis spongiæ, & Iudaici, & lynceis, cuiusque drachmam: pulueris liquiritiæ, radicis eryngij, seminis pastinacæ, petroselini, singulorum, duas drachmas: vitri combusti, semunciam: sacchari crystallini, vncias quatuor: coquatur pulpa sebesten, cum oxymelite, ad formam syrupi; hinc reliqua adde, cum cinnamomi drachmis sex. sumat nucis pondus ante pastum, cùm Electarij formam accepit. sæpe vtatur.

## FORIS

## VESICÆ FRIGIDÆ

admouenda.

Cautione opus est in horũ vsu, vt, dum valida adest inflammatio, validè refrigerantibus & reprimentibus non vtamur, cùm vrina supprimitur: sed antequam ea intercepta fuerit, reprimentibus exiguo tempore vti licet.

Inseffiones in oleo suauis: Balnea aquæ calidâ vi præditæ, vel cui in-

coxere res diureticiæ. Decoctũ mercurialis & foliorum lauri. Sulphurea balnea perinæo ac pectini admota. Florum lauendulæ fiat decoctio ex vino, Vnctiones ex oleo amygdalino, anethino, irino, costino, & ex oleo de piperibus, & scorpionũ: nucis moscatae, ribes nigrae: ex oleo de lateribus, hyperici, moschelino oleo, rutæ ex oleo. Conuenit & oleum styracis, describitur in Antidotario Florentino: & oleum Balsami duplex. CATAPLASMA ex nasturtio aquatico, petroselino, raphano, parietaria, frixa in adipe cuniculi: vel ex vino & butyro: Ita & pectinis Veneris omnes species admotæ. mentha Græca, & tanacetum. Emplastrum de baccis lauri. Baccæ lauri, cum furfure triticeo, baccis iuniperi, & alliis, vino exceptæ, pubi admotæ. Raphanus minutim incisus, cū vino albo in sartagine coctus, ac pubi admotus. Accipe cærefolij, manipulos duos, vel tres: foliis brassicæ inuolue, & sub cineribus assato, & pectini admoue. Vel accipe arthemisiã, cærefolium, caules rubros, bulliant ex vino: impone. & mox sumat cum vino drachmã macis, & semidrachmam nucis myristicæ.

VESICAM HUMIDAM CORROBORANTIA, & ALTERANTIA: INTVS.

Succus rutæ, mespilorum ossa, masticis puluerisatæ drachma, cum vino rubro: thus, spodium, tragacanthum, gummi Arabicũ: vitrum combustum: lepores combusti, & eorum tali, onorum testæ: lapis Iudaicus, calculos exigit: stomachi gallinarũ vsti. Cineres capitis mu-

Ec 3 ris, au-

Electarium.

Olea.

Cataplasma.

Folio.

ris, aurugo illa quæ innascitur dor-  
so foliorum asplenij, copia drach-  
mæ, cum succini semidrachma, ex  
succo portulacæ. argentina, santala,  
hypocystus, myrtus, sumachium.  
*Puluis.* Si copiosior fluat vrina, sine dolo-  
re, siti, & extenuatione corporis: Ac-  
cipe glâdes tres: thuris, vncias duas:  
coriandri, boli, gummi, cuiusque  
drachmam: fiat puluis: dosis trium  
drachmarum erit.

Thymus, plantaginis semen, ce-  
terachum, milium folis, cerasorum  
nuclei, fructus rosarum, pimpinel-  
la, saxifraga, crithmum, vrtica, pe-  
troselinum, Plinio apium, Græcis  
felinon: fœniculi radix, & comæ: li-  
bysticum & eius semen: raphanus,  
petroselinum Macedonicum, dau-  
cus, seseli: vinû cydonites: lixiuum  
ex cineribus inniperi cum vino al-  
bo: & ex sabina. Radices arundi-  
nis: parua grana quæ insunt radici  
saxifragiæ albæ. ossa dactylorum,  
cum seto crudo potata. Accipe  
glandium siccatarum, vncias qua-  
tuor: thuris, vncias duas: myrrhæ,  
drachmas tres: coriandri torrefacti,  
acori, cyperi, cuiusque semunciam:  
fiat tenuissimus puluis: sumat ma-  
nè drachmas tres, cû vino stiptico  
& lymphato cum aqua decoctionis  
piperis, galægæ, cardamomi, & cro-  
ci. Oleum succini, cû vino Cretico.

Decoctum fragariæ. lapis in fel-  
le bouis inuentus, lapidem frangit.  
Succus plantaginis & millefolij,  
cum semidrachma philonij persici,  
sanguinis mictum cohibet. Pulue-  
ris millefolij vncia: cum drachma  
boli, ex lacte. Accipe cyperi, semun-  
ciam: thuris, drachmas duas: coque  
ex aqua, fiat potus. Theriaca, cum

vino decoctionis mumia & co-  
riandri: mithridatium, xyphoides  
Galenii, diacalaminthum, Triphera  
minor, Ægetea opiatum: Trochisci  
quos descriptimus ad renes humi-  
dos: electarium de cineribus Aui-  
cennæ, descriptum in Antidotario  
Florétino. Trochisci de terra Lem-  
nia, vesicæ iniecti, sanguinè sistunt.  
Drachmæ duæ sanguinis hircini  
præparati, ac exhibetur vt in re-  
num historia diximus: vel accipe  
radicum saxifragiæ, vnciam: folio-  
rum betonicæ, semimanipulum: se-  
minis melonum, amygdalarû ama-  
rarum, cuiusque drachmas duas:  
fiat coctio ad vncias quatuor: in ea  
soluatur sanguis hirci: succi limo-  
num vnciæ duæ: vini albi vncia:  
nucis myristicæ scriptulus. Cornu  
cerui, rosæ, myrrha, styrax calamita,  
puluis rutæ. cerebrum assum lepo-  
ris, pueris datur; vel eorum testis;  
aut guttur galli siccatum, & puluis  
vesicæ suillæ cum vino tenui. & ea  
quæ Paralyfin amouent, vt casto-  
rium &c.

## FORIS

## VESICÆ HUMIDÆ

## admouenda.

FOMENTA sulphurea, bitu-  
minosa, & nitrosa. Fetus ex lateri-  
bus igne candentibus: Plumbum  
foraminibus peruium, ad renes &  
pectinem positum. Petroselini ra-  
dicum & seminum fetus, pectini  
adhibitus, vrinas prolecat. VN-  
CTIONES ex oleo myrtino, &  
omphacino, & ex oleo hyperici,  
oleum costinum cum castoreo,  
myrrha, mastice, mumia, & bolo.  
oleo rosato, cydoniorum.

CATAPLASMA ex saluia sil-  
uestri,

*Puluis.**Lixiuu.**Puluis.**Sanguinis  
mictus.**Opiata.**Ad cal-  
culum.**Fetus.**Olea.**Cataplas-  
ma.*

uestri, rosâ, lycio, & balauſtiis. Mi-  
lium bullitum in aqua hordei, pe-  
ctini admotum. sinapismi. Fotus ex  
decocto rosarum, malicorij: folio-  
rum cotoneæ mali: cum pauca ma-  
ſtice, vel menthâ.

VESICAM SICCAM COR-  
ROBORANTIA, & ALTE-  
RANTIA effusam MELANCHO-  
LIAM per vesicam, extra venas.

INTVS.

Quæ conueniunt siccis pulmo-  
nibus, ea & hîc iuuant. Decoctum  
maluæ ex vino: & conserua florum  
maluæ; althææ semen: radix eryn-  
gij. Emulsio seminum melonum,  
& papaueris: lac cum croco: iuiu-  
bæ, ficus; amygdala dulcia, & oleum  
eorum recens cum saccharo: gly-  
cyrrhiza, saccharum, gummi, pista-  
chia, cinaræ coctæ, iuiubæ, satyrij  
radices. rapa. Althææ radicis ius  
potum, & semen. Lactuæ semen,  
& portulacæ, intybi & cichorei se-  
mina. Cerasa contusa & cum lacte  
distillata, liquorem præbent diure-  
ticum. VINO affunditur lac cali-  
dum, cû succo petroselini, in pelui  
à patinâ cooperta: ita separatum se-  
rum bibitur. Vinum fœnugræci.  
Glysteres ex oleo scorpionum, lilio-  
rum, amygdalorû, succo melonum  
(qui maximopere confert) cum sy-  
ringa vesicæ induntur, cum pauco  
vino, ac sanguine hircino, vbi cal-  
culus fatigat. vel lac muliebre cum  
saccharo: dolorem placat si syringâ  
infundatur. Ius carniuum, in quo  
coxere ciceres rubri. ADEP S vulpis  
siccatus. Accipe seminis lini, & na-  
pi, drachmas duas; propinentur ex  
vino. Parietariæ succus, copia trium  
vnciarû haustus, vrinâ promouet.

Terebinthina: Electariû diasper-  
maton, apud Fernelium libro septi-  
mo; omnes, inquit, vrinæ vias refri-  
gerat, & lenit, & ab omni humoris  
illuue clementer expurgat. Philo-  
nium Mesues, cum decocto saxi-  
phragiæ, vel cum aquâ apij, calcu-  
lum frangit.

AD CIENDÂ remorantem VRI-  
NAM, varia describit medicamina  
Dioscorides.

MELANCHOLIAM alterant.

Saxifragia, agrimonia, raphanus,  
calamintha, lentiscus, cupressus,  
smyrnium, arthemisia, arthanita:  
hæc, lapidis coagulum arcent. Sal  
arthemisiæ, aqua fructuum spinæ  
acutæ, hederæ arborea, cicerum  
decoctum.

Syrupus buglossi, violatus, capil-  
lorum Veneris, cucurbitæ caro. Ra-  
dices fœniculi, & rubiæ maioris, fi-  
lipendula, sambuci flores: ocimi se-  
men bibitum. Si calculi metus sit,  
Accipe terebinthinae lotæ aqua al-  
kekengi, vnciâ: cassiæ, semunciam:  
pulueris glycyrrhizæ, sesquidrach-  
mam: cum saccharo crystallino fiat  
Bolus, pro duabus vicibus. ALIJS:  
Accipe cassiæ extractæ sub fumo  
decocti althææ: terebinthinae lotæ  
aqua alkekengi: pulpæ sebesten, sac-  
chari crystallini, cuiusque semun-  
ciam: pulueris anisorum, glycyrrhi-  
zæ, singulorum drachmas tres: san-  
guinis hirci, drachmas duas: pulue-  
ris lithonripon, drachmam: cum  
syrupo capillorû Veneris, fiat opia-  
tæ forma: singulis hebdomadis su-  
mat vnciam: superbibat vinum.

FORIS

VESICÆ SICCÆ admouenda.

Inseffiones in oleo dulci: Balnea  
dulcis

Simpli-  
cia.

Clysmata  
vesicæ.

Potanda.

Boli pro  
calculo.

dulcis aquæ, ac tepentis: Fodus ex rerum mollientium decoctis, in semicupio, ex hydrelæo. Parietaria super tegula calfacta, vinoque Cretico irrigata, & pubi illita.

Olea.

VNCTIO ex oleo violaceo, amygdalino, chrysomalorum oleū, quæ vocāt *habrecours*: cucurbitæ oleum, & axungia gallinæ illita. VNGVENTVM: Accipe olei vulpini, lilij, amygdalini, lini, vnguenti de althæa, partes æquas: taxi addi potest axungia. Emplastrum ex radicibus lapatij: emplastrum ceroneum, & de mucilagibus. butyrum malua.

Unguentum.

## CAPVT XIII.

## DE VTERO.

VTERVM CALIDVM CORROBORANTIA, & ALTERANTIA BILEM in eum effusam, extra venas:

## INTVS.

Dioscorides plurima remedia prodidit, quæ vterinis variis affectibus suam operam dicarunt. Capillus Veneris, & eius syrupus: mercurialis, ruscus, eryngiū, nymphæa, viola, malua, radix oxalidis: Decoctū radicū oxalidis, in quo maduit radix petroselini, adde syrupum capillorū Veneris. portulacæ succus: lactuca: oxyacanthæ succus: poma odorata: cydonia mala & syrupus eorum: rosa, graminis radices, bistorta, buglossum: flores consolidæ regalis. Plantago, salicis flores, scolopendrium, polygonium, seriola quæ scariola dicitur. Emulsio seminum frigidorum. Si aquæ cyathus, in qua caphura, quanta nux auellana est, accensa cōflagrarit, exhibeatur hystericis, statim liberantur.

Simplisia.

Potulera.

Serum lactis; aquæ thermarum ferreæ: lac caprillum: succus plantaginis condensatus, & interdum solatri: palmulæ immaturæ, iuiubæ, pruna. Iulep rosarum, vterum aperit. Aqua liliorum alborum bibita, secundinas eiicit. ELECTARIVM ad dolorem indomitum, Accipe castorei, myrrhæ, croci, styracis, singulorum drachmas duas: radicis iridis, spicæ nardi, malabatri, asari singulas drachmas: opij drachmam semissem: cum syrupo arthemisiæ fiat Opiatum. Ego dare solebam vnciam syrupi papaueris, cum scriptulo philonij.

Electarium.

Corallum, margaritæ, haimatites, conserua rosarum, electarium de gemmis: hæc & fœtum continent. Diabolibanum opiatum: philonium Mesues cum decocto rutæ, vel chamæmeli: syrupus endiuia, & granatorum. Aqua rosata manè & serò pota. Triphera. Syrupus de portulaca, de succo acetosæ, de berberis; syrupus myrtillorū, cum aqua plantaginis vel portulacæ, si strictioni studendum. Trochisci de spodio, & de terra lemnia. syrupus papaueris.

Opiata &amp; syrupi.

Trochisci.

OBSERVATIO: Hæc plerumque locum habent post mensium fluxum copiosorem.

## FORIS

VTERO CALIDO *ad mouenda*. Fodus sint moderata siccitate præditi. Flores nymphææ, mercurialis, psyllium, fœnugræcum, rosæ, cydonia mala, semperuiuum, lens palustris, cum botryde.

Fodus.

Simplisia.

Aqua acetosæ, plantaginis, rosarum, portulacæ, endiuia, lactucæ. Succus portulacæ, cum santalis, antherâ,

*Iniectio.*  
thera, & santalino cerato. Iniectio decocti refrigerantis, cum vnguenti rosati vncijs duabus: vel intestinis iniectum, plurimum proderit: est enim vterus medius inter intestinum longanone, & vesicam.

*Unguentum.*  
Vnguentum rosatum, oleum myrtinum, oleum omphacinum, oleum rosatum & cydoniorum: oleum masticinum cum santalis. Emplastrum è rosis, bellide, plantagine. Oleum hyoscyami, sed menses cohibet.

VTERVM FRIGIDVM  
CORROBORANTIA, & AL-  
TERANTIA in eum effusam P-  
TUITAM extra venas:

INTVS.

*Observatio.*  
*Simplificata.*  
Studium adsit vt menses statis periodis effluant: quare sint incidentia & attenuantia, vt olei macis duæ vel tres guttulæ, in vini potu: oleum anisi; castorei. Ciceres rubri, rosmarinum, hypericum, serpillum cum floret, seseli, sabina, arthemisia, origanum tenuat & aperit: pulegium, agnus castus, trifolium, satireia, scordium, grana sesami, thymus & eius decoctum cum melle, costus, nepita, abrotanum, petroselinum, pæonia, petasites, maiorana, dictamnus, centaurium minus, aristolochia, bryonia, mercurialis, leucoion, matricaria, capillus Veneris, salvia hortensis, ruta & eius succus cum vino expressus, rubia maior, apium, fœniculum, laurus mollit: iua, seseli, chamæmelon duritias & flatus exurit: betonica, conceptum recreat & albis mensibus confert: ocimum in acetariis sumptum: melissa, flores sambuci, iuniperi baccæ ex vino coctæ: prassium, teucrium,

angelica: calamintha attenuat valide, & fœtum præcipitat: raphani decoctum, asarum, lauendula. Cibi roremarino sociati.

Eryngij radix condita: nigellæ semen & oleum: iris: Dauci semen, secundas pellit, & strangulatus arceet. Gentianæ radix aperit, radices valerianæ, rubiæ, & enulæ, cyperi radices & fœniculi: grana fraxini: *Suis*, id est, tæda pinguis, cocta ex vino dulci. Semina fœniculi, seseleos, cymini.

NVCE S aqua maceratur dum à cute liberari possint: hinc in aqua vitæ macerantur diebus duobus; sumant manè tres, purgato iâ corpore, ante mensium reciprocationem.

*Aromata.*  
Aromata: crocum, castoriū cum vino, vel hydromelite & pipere. myrrha, bdellium, styrax, mastix, spica, quæ suffitu quoq. conceptum iuuat: malabatum, galbanum, caryophyllum cum vino nobili, fœtum firmat: vt & myristica nux: calamus odoratus, & suffitu iuuat: Borax fœtum præcipitat: & trochisci de myrrha: & cum vrticæ foliis subduntur. sagapenum: olibanum Hippocrati: SICCIO RA sumuntur cum vino, mixto cum arthemisiæ decocto.

*Species.*  
Diacalaminthum, diagalanga, diatrion piperion, dianisum, triphera magna sine opio: diacyminum. electarium ducis, & dulce: diamoscum, diambra: electarium de gemmis: athanasia, apud Antidotarium Florentinum: electarium aromaticum. electariū haimagogum: Paulina ex Galeno apud Antidotarium Florentinum: mithridatiū cum decocto cinnamomi: Theriaca cum

F. f. aqua.

aqua cinnamomi. hiera: benedicta: pilulæ de sagapeno minores, quæ & mortuum fœtum extrudunt.

*Electarium.*

Doloris immanitatem hoc **ELECTARIUM** placat: Accipe pulueris diamosci & diambrae, vtriusque sesquidrachmam: castorei, scriptulum: opij semiscriptulum: cum syrupo de arthemisia fiat opiatum.

*Potulenta.*

Datur drachma, ex vino, in quo flauedo citriorum fuit. macerata. Aquæ sulphuræ; aqua florum citreorum: pulegium cum castorio potum: Accipe florum nucis, scriptulum: cum vino, præfocationem vteri abigit. Oleum baccarum sabinæ, mortuum fœtū eicit. Vinum in quo maduit sabina cum dictamno, partus accelerat. Aristolochia cum myrrha & pipere pota, secundas & fœtus pellit: addo crocum, quod raptim vterum petit, ad eò ut cum quædam excludere fœtū non posset, dato croco, prodierit fœtus croco tinctus. Sagapenū ex hydro-melite, menses excludit & fœtum. Vinum odoratum in quo rosæ maduere cum dictamno: & vinum decoctionis hyssopi. Aqua distillata ex floribus croci: aqua vitæ: aqua cinnamomi: Balsama arte elicitæ, sed fœtum abiiciunt. Nux moscata negligenter contusa, cum radicibus matricariæ, coquatur ex vini albi vnciis sex, ad tertiæ partis exhaustionem: cum sacchari drachmis duabus: præstans est vterinis flatibus remedium. Aqua florum liliorum, cum croco & cinnamomo: facilem facit partum, & secundas eicit. Gutta olei succini, ex aqua verbenæ, partum faciliat.

*Syrupi.*

Syrupus Byzantinus, & de eu-

patorio, & de arthemisia ex descriptione Matthiæ de Gradibus: oxymel quod non sit cōfectum ex immodica copia aceti: oxymel compositum. Iuniperi vinum: vinum in quo iridis radices coxere: oleū baccarum hederæ, & sabinæ: syrupus de duabus & quinque radicibus: mel rosatum: mulsa: syrupus de stœchade, calfacit & tenuat: syrapi de prassio & hyssopo, abstergent. **SYRUPS**: Accipe quinque radicum aperientium, cuiusque semunciam: radicis rubiæ, vnciam: radicis pentaphylli, eryngij, singulas vncias: pulegij vtriusque, calaminthæ, origani, singulos manipulos: quatuor seminum calidorum maiorum, singulas drachmas: florum rorismarini, leucoij, genistæ, singulos pugillos: coque ex aqua & vino: primū madeant in eo radices per noctem: libræ colaturæ adde mellis despumati, vncias quatuor: sacchari quod satis sit; ac condiatur aquâ cinnamomi. Datur cum decocto arthemisiæ, vel persiciatæ.

**POTVS**: Accipe betonicam & radices fœniculi, & petroselini, fiat coctio, adde syrupum de betonica, vel oxymel, syrupum de radicibus, aut de arthemisia, vel de calamintha; vel adde mel rosatū, cum aqua cinnamomi. **DE COCTVM** nucis myristicæ, eū melle rosato, & aquâ vitæ. Vinum in quo abrotanū &c. decoxere. **ELECTARIUM**: Accipe succi eryngij, saluiæ, sabinæ, pulegij, singulorum drachmas tres: cinnamomi, asari, myrrhæ, croci, singulas drachmas: misce, & cum syrupo de arthemisia (saporis gratia)

*Potus.*

*Electarium.*

tia) fiat liquidum electarium: id menses commouet.

Menses mouentia.

**MENSES MOVENT** quæ impetum dant sanguini, attenuant, & vias aperiunt, vt abstergentia aperientia, cuiusmodi sunt acria, amara, nitrosa non astringentia, aqua vitæ in qua maduit pulegiū, rosmarini flos, & aroma, menses mouet: addo rosas. Sed decocta danda sunt copiosè, vt vterum feriant, ad vncias sex vel octo. Hippocraticum remedium: Accipe tædæ pinguiſſimæ vnciam: cymini optimi, anisorum, cuiusq. semunciam: myrrhæ, drachmas duas: vini odorati, libras duas: fiat **DECOCTIO**: da vncias decem: misce guttulas olei baccarum sabinæ, vel hederæ. Myrrhæ trochisci, cum aloë & borace, certò menses euocāt. Idem possunt & ea quæ pituitam cum sanguine mixtā parant ad meliorē formam.

Observatio.

**OBSERVANDVM** in mēsum euocatione vbi phlebotomiæ locus est, vt diebus sex vel octo antequam vsus eius ineatur, mulieris sanguis fluxus reddatur, ac meabiles viæ; partim per pedum lotiones, quæ fiunt ex decocto pulegij, sabinæ, menthæ: partim iusculis, quæ vim bibere pulegij, saluæ, croci: & hinc secetur vena.

Cautio.

**CAVTIO** hæc perpetuò adsit in vteri rebus, vt serosa remedia, sine dulcedine nūquam præscribantur, alioqui ad renes abibunt: nam dulcibus auidè fruitur vterus, vt renes serosis. Hinc Galenus in curatione vxoris Boëti, nō miscuit mel, cum auertere vellet cursum succorum ab vtero diureticis: quare nos melli addimus iridem, quò prole-

ctetur auidiùs ab vtero. **IN** grauidis, his remediis non est vtendum.

**SINT** omnes syrups aceti expectes, ex Hippocratis sententia tertio Acutorū: est enim ὕστερα γὰρ λεπτομερίᾳ suâ frigidâ. Apozemata accipiant aquam cinnamomi.

Aromata naturæ vim excitant, quia grata: materiā præparant, obstructa liberant, quòd sint calida & tenuia: quare & menses euocant, modò nulla aut inflāmati aut peruersi vteri excusatio adferri posset, neque senilis ætatis, neque grauiditatis, aut lactatiouis, neque antecedentis morbi. Nam cum omnis obstructio tribus ex causis surgat, copiâ, materiæ crassitie, & facultatis infirmitate, has vltimas duas causas expugnare possunt leptomeriâ suâ aromata.

Aromata student vtero.

Obstructionis causa.

**FORIS VTERO FRIGIDO** admonenda.

**CAVTIO** sit à nimis siccantibus: nam hinc tenerrima acetabula siccescunt, vnde obstructio mensum. Exercitia summè conferunt: Suffitus, & infessiones in calidis thermis, & decoctis. Sint odorata: fetus fiant cum vino. Origanum, laiendula, schœnanthos, matricaria, chamæmelon, leucoion, melanthion, cymium, aristolochia, asarum, laurus, maiorana, sabina, petroselinum, fœseli, ammi, cyperi radix, rutæ semen & folia cocta flatus discutiant; scordium, gentiana, cinnamomum, benjouinum, abrotanum, myrrha, galbanum, arthemisia & inde sacculus, origanum, nepita, hyssopum. Ladanū cum musco, iuniperus, castoreum, melissa,

Simplificia.

zibetta vmbilico immiffa. Aqua di-  
stillata ex tenerrimis pomis pini.

*Suffus.*

**SUFFIMEN**, myrrhæ, bdellij,  
styracis, iridis, afari, opopanacis,  
fingulæ fefquidrachmæ; pulegij fic-  
ci, femidrachma: excipe terebinthi-  
nâ: vſus ſit, cùm menſes erupturi  
ſunt: menſes euocat, & non ſic-  
cat nimium.

*Peffus.*

**PESSVS**: folia recentia arthe-  
miſiæ, cum oleo ireos, ficubus, &  
myrrhâ: menſes, & ſecundas quo-  
que euocat. Rubia maior ſuppoſita,  
& fotu admota. **BALNEVM** men-  
ſes euocans: ireos ſelibra: galangæ,  
rubia, althææ, cyclamini, arthemi-  
ſiæ, nepitæ, matricariæ, origani, fo-  
liorum lauri, ſeminis lini, fœnu-  
græci, ſingulæ vnciæ: ſeminis ſeſe-  
leos, ameos, petroſelini, florum ma-  
ioranæ, roriſmarini, ſtœchados, ci-  
cerum rubrorum, ſabinæ, ſingulo-  
rum ſemuncia: cinnamomi, drach-  
mæ duæ: incoquantur aquæ parti-  
bus duabus, & vini albi vni: inſi-  
deat, ac herbas ventri inferiori ad-  
moueat. Ita ex praſſio, ſambuci flo-  
ribus, cypero, granis iuniperi ſaccu-  
lo exceptis. Interdum addimus thy-  
mum, ſaluia, filicē, valerianâ, ra-  
dices liliorū, & cucumeris aſinini.

*Olea.*

**OLEA** diſtillata, vt ſuccini: œſy-  
pus, oleum amygdalinū amarum,  
oleum liliorum cum aromaribus,  
oleum irinum, cheirinum, anethi-  
num, de croco, & de piperibus, de  
myrrha, foliatum & rutæ, nardi-  
num, & caſtorei, oleum de ſpica,  
petroleum, ſabinæ oleum, oleū ſty-  
racis: Balſami liquores, ſed fœtum  
præcipitant: oleum carthami. **EM-  
PLASTRVM** ex baccis lauri; Ce-  
roneum emplaſtrū, flatus vnâ diſ-

*Empla-  
ſtra.*

cutit: Vnguentum de artanita. **CA-  
TAPLASMA** ex mentha aquatica  
cum vino. Métha Græca cum par-  
thenio ouis immiffa, ac cum oleo  
lilino in placentam cocta, & admo-  
ta: puerperarum doloribus reme-  
diatur. **VNGVENTA** ſiant ex  
oleis & pulueribus, cum adipe an-  
ferino, terebinthina, & pauca cera.  
Pubes, renes, inguina illinantur.

*Illitua.*

**VTERVM HUMIDVM  
CORROBORANTIA, & AL-  
TERANTIA:**

**INTVS.**

**SALVIA**, Agrippa eam ſacram  
herbam appellauit, & ſcripſit lex-  
nas eam manducare ad partus fa-  
cilitatem. Aëtius dicit: grauidæ mu-  
lieres, ſi fluidæ laxæque ſint, eâ uti-  
liſſimè veſcuntur: nam conceptum  
retinet & vitalem reddit. Aiunt in  
Copto Aegypti poſt ſæuas peſtilen-  
tias, ab his qui ſuperfuerunt, ad  
eius ſuccum bibendum mulieres  
coactas fuiſſe, plurimosque fru-  
ctus inde productos.

*Mira vi  
ſaluia.*

Flores amaranthi albos menſes  
cohibent. Oleæ folia, & ſuccus cum  
vino extractus, & ſiccatus. oſſa da-  
ctylorum. ſemen plantaginis, cum  
puluere cornu ceruini, in vino &  
aqua roſata. Accipe pulueris roſa-  
rum rubrarum, drachmam: ſemi-  
nis althææ, tantundem: cum aqua  
roſarum rubrarum, fiat **POTVS**.  
Olei cymini guttulæ aliquot: oleum  
coralliorum.

Mentha, calamintha, euphragia,  
millefolij ſuccus, betonica, hyperi-  
cum, ſumach, chamædryſ, pule-  
gium, folia quercus, thymus, rhois,  
ſabinæ ſummitates, acacia; balau-  
ſtia, & inde conſerua, myrtilli, burſa  
paſto-

*Simpli-  
cia.*



pastoris, nymphæ candidæ radix, ciceres rubri, rubi summitatū succus siccatus, plantago quæ quoque subditur ex lana, portulaca, semperuiuum: Bistorta, conceptum fouet admota, & sumpta cum nuce myristica & caryophyllis: succus plantaginis & bursæ pastoris, cū gummi tragacantho & arabico: Coriandri semina: radix garyophyllatæ: pulmonaria: amaranti flores, cum aqua foliorum quercus. Potus vulnerarij. dactyli. cydonia mala, quæ si crebrius esitauerit, paritura erit infantem tum industrium tum ingeniosum. Ouo masticen misceat. maiorana flatu vtero eximit. semen rutæ. Acorus palustris. Potus ex decocto sarzæparillæ, cum virga aurea; cancris vteri quoque succurrit. decoctum sassaphras, vt notauit capite De articulis humidis: misce hic rosas pallentes: nam calet ambitu secundo, & siccatur tertio. Garyophyllata cum radice contusa, & cum vino colata, dolores vtero eximit. Ita semen vrticæ, cum vino, flatulentos dolores ilico expugnat. carduus benedictus in ceruisia coctus.

Thermæ sulphuræ, ius galli veteris, guaiaci decoctum, & sarzæparillæ: vinum Hippocraticum, syrupus myrtillorū: decoctum summitatum rubi. Vinum cydonites: casei sicci pars, cocta ex vino stiptico; potum vinum, siccatur. Corticum nucum auellanarum maceratio in vino. Vinum baccarum crespini. Oleum amygdalinū amarū, cōuersiones & dolores vuluarum adimit.

Myrrha, & trochisci de myrrha; cinnamomū, carnes cuniculorum,

mastix, benjouinum, amyllum, styrax, sanguis draconis, terræ rubræ, caryophylli, cornu cerui vstum & lotum, ebur in scobem tenuissimum redactum, corallum, & fœtum vnâ recreat: Succinum conceptum promouet: potus in quo radices, folia & semina plantaginis coxerunt: alumen vstum & vtero inditum: mumia. mastix, gummi iuniperi.

PVLVIS: Accipe trochiscorum de karabe, & trochiscorum de spodio cuiusque drachmas duas: coralli rubri, boli, cornu cerui vsti, singulorum drachmam: sanguinis draconis, rosarum rubrarum, balaustiorum, cuiusque drachmam semissem: sacchari rosati antiqui, ad pondus omnium: sumat cottidie drachmam ex vini vnciis tribus: vel ex syrupo myrteo fiat electarium: Interdum adde opij drachmā: corticis thuris, mastiches, sarcocollæ, singulas semidrachmas: aqua polygonij superbibatur.

PHILONIUM Persicum Mesues: triphera minor Phœnonis: athanasia Nicolai, apud Antidotarium Florentinum: trochisci de carabe, hoc est, de succino: trochisci de terra Lemnia, iniecti, & illiti pubi: diaolybanum, diatrium santalon, conserua de succo ribes, caro cydoniorum.

AD FLATVS vteri: Accipe Tripheræ magnæ Nicolai, drachmam: aquæ arthemisiæ, vncias quatuor: sumat per dies septem alternis diebus: sed sex mensium ætatem saltem habeat remedium, quò vis opij frenetur. SVFFITVS ex semine sinapi: Iniectio ex vino astringente,

Puluis,  
& electarium  
vini.

Opiata  
& Trochisci.

Ad flatu  
vteri.

Suffitus.

gente, in quo salvia, rosa, plantago, solanum, bolus, decocta sunt: vel ex succo rosarum, solatri, plantaginis. Aromata: quia grata, excitat naturam vim. fimus leporinus suppositus.

*Præfocata mulieres.*

AD STRANGVLATVM VTERI: Accipe assæ foetidæ, scriptulū: fiant pilulæ, tres, vel plures, in aurentur: deglutiat eas cum malo tentari incipit, aut detur galbanum eadem ratione efformatum.

*Cautio.*

CAVTIO: Iniectiones & Pessaria citius suam vim inferunt, quam quæ per os dantur: sed in virginibus ab his abstinendum.

Siccantia validè (qualia sunt aromata) non sine cautione sunt subdenda: tenerrima enim vteri acetabula siccitate facilè arescunt, hinc infœcundæ redduntur mulieres. Quare cum calfacientium initus vsus, minimè siccent: sed eorū feruor remixtione madoris dometur.

FORIS  
VTERO HUMIDO  
*admouenda.*

*Balneum.*

BALNEVM VTERVM ad conceptionem roborans; radicis Valerianæ sesquilibra: cyperi, galangæ, enulæ campanæ, seminis ameos, lentisci, fœniculi, malicorij, singulorum sescuncia: arthemisiæ, origani, calaminthæ, lauendulæ, maioranæ, foliorum lauri, cuiusque manipuli tres: aluminis semuncia: rosarum, stœchados, maioranæ, singuli semimanipuli. ex aqua & modico vino austero fiat balneum: huic infideat à mensium fluxu.

*Simplificata.*

Benjouinum, SVFFITV ad conceptum facit: moscus, zybeta, calamus, costus, iris, galanga, cinnamomum, caryophylli, cerusa, terebin-

thina, succinū, ammi, fœniculum, bolus, os sepiæ, corallum, hæmatites, pompholyx, alumen, succus polygonij & bursæ pastoritiæ, alipta moscata, gallia moscata. Aqua cui chalybs intinctus est.

Radix bistortæ, mastix, cupressus, balauitia, galla, equisetum, polygonium cum aceto, hypocystis, verbascum, schœnanthos, rubia, cyclamen, laurus, maiorana flatus abigit, plantago, rosmarinum, stœchas, malicorium, valerianæ radix, cyperi radix, heleniū, symphytum, cupæ glandium, nepeta. Aqua distillata ex tenerrimis foliis quercus, aqua alchimillæ, persicaria, rosa, rubus.

Vaporationes sicca, & suffitus: *Suffitus.* vt ex saluiâ sicca, arenâ calidâ, ex decocto tormentillæ & radice bistortæ, milium cum sale. Bulliat fimus porcini in aqua, & fumum vtero excipiat: albos fluxus sistit, vel Pessvs fiat ex fimo porcino, cum succo sanguinariæ, & plantaginis.

SVFFITVS, aliptæ & galliæ moscatæ, semuncia: benjouini, calami, singulæ drachmæ: ex cremore tragacanthi fiant pastilli. ALIVS, ladani, masticis, galliæ moscatæ, caryophyllorum, macis, calami, galangæ, cyperi, rosarum, hypocystidos, castorei, singulæ drachmæ: ex cremore tragacanthi fiant pastilli: conceptionem promouent, si quæ *Conce-* his vtatur à mensium fluxu, ante *ptus.* concubitu.

ILLITVS ex oleo de spica, & *Olea.* ex maiorana, oleo rutæ, & chamæmelino, cydoniorum, nymphææ, & ex oleo myrti. oleum succini, præfocatas excitat. Emplastrum pro *Empla-* matrice, *stra.*

matrice, retinet semen: emplastrum contra rupturam: emplastrum Comitissæ. Lubrica acetabula, quæ facile crudum fœtum dimittunt, hoc **EMPLASTRVM** firmabit: Accipe lapidis hæmatitis, & lapidis aëti- tis, thuris albi, cuiusq. semunciam: mastichis, ladani, singulorum vn- ciam: seminis sumachij, drachmas tres: galbani, semunciam: resinæ pi- ni, quântum satis sit, vt fiat ceratum.

*Unguen-  
sum.*

**VNGVENTVM**, olei rosati om- phacini, vel cydoniorum, aut myr- tei, vncias tres: radicis bistortæ, se- munciam: boli, coralli, singulas vn- cias. balaustrorum drachmas duas: ceræ rubræ quod satis est: illitus tempore adde parum aceti, aquâ rosatâ diluti: vngat renes, & ven- trem. aluminis drachmæ duæ iun- gi poterunt; & fimus suillus, si ni- mium sanguis effluat.

*Hæmor-  
rhagia.*

**FLATVS** vterini si molesti fue- rint, ac dolores puerperas inuase- rint, flores chamæmelinos, botryh viridem, & matricariam, minutim concisa in oleo lilino coquantur parumper, tribus ouis mixtis in pla- centæ ideam redigantur. Accipe moscum quernum, & folia quer- cus tenera, coquantur ex aqua, & fiat infessus.

*Ad flatus  
vterinos.*

*Infessus.*

**CATAPLASMA**: Accipe gypsi puluerisati, vncias quatuor: mades- cant oui albo; & stuppâ admoue inferiori ventri, drachmas decem.

**CAVTIO**: Ab astringentium vsu, vbi hæmorrhagia molesta fuit, notandum num grumi sanguinis restibiles sint, vnde præfocatio, à putredine.

**VTERVM SICCVM** COR- ROBORANTIA, & ALTE-

**RANTIA** effusam in eum **MELANCHOLIAM**, extra venas:

**INTVS.**

Pessus ex medulla ceruina, cum *Pessus.* mercuriali: lilij radices sub prunis coctæ & oleo subactæ, & vtero per linteolum immissæ: liliorum radix cum rosato vnguento tusa, & sub- dita. Oleum amygdalinum cum fi- *Simpli-  
cia.* stula iniectum: lac: cichoracei succi condensati, & conseruæ: passulæ pingues: pinei nuclei: pistachia: me- dulla nucis Indæ valdè sterilitatem expugnat: radices conditæ eryngij, & earum non conditarum deco- ctum: conserua radicum pastinacæ syluestris: Violæ, & boraginis flores: nymphææ flores: radices satyrij conditæ: buglossum, malua, cinaræ, poma, calendula: myrrhæ momen- tum cum succo vrticæ; radix arthe- misiæ pota. Hippocrates miris lau- *Mercuri-  
ialis.* dibus mercurialem in mulierum rebus prædicauit.

Semen lilij vino albo intritum, & epotum, fœtum mortuum celer- rimè educit: fragorum aqua extilla- ta cum aqua vitæ. diasatyrium. fi- cum frequēs vsus. Decoctû mal- uæ ex vino dū lentescat: vnciæ sex dantur ægrè parturientibus. rapa.

**MELANCHOLIAM** in **VTERO** alterant, extra venas effusam.

Smyrnum, azari radices, tana- *Simpli-  
cia.* cetum, asparagus, thymus, scolo- pendrium, dictamnus, origanum, liquiritia, mercurialis, ciceres rubri & nigri, carica, fumaria, crocus, nux moscata, gladiolus, polium, ru- ta, leuisticum, chamædryd, enula campana, arthemisia, matricaria. Vinum odoratû dulce Hippocrati. Syrupus Byzantinus absque aceto. *Compe-  
sita.*

**FIAT**

FIAT DECOCTVM ex mercuriali, liquiritiâ, ciceribus rubris, & asparagis: mox adde syrupum de boragine, vel de fumaria, vel de pomis. Melissa ex vino cocta, menses diu silêtes excitat. Ita & origanum.

## F O R I S

V T E R O S I C C O *admouenda.*

Fetus.

Balnea aquæ suavis. F O T V S ex decocto althææ, maluæ, chamæmeli, seminum fœnugræci, radicum & foliorum liliorum & althææ, seminum lini, florum leucoij, radicum iridis, florum calendulæ, foliorum pruni.

Epithema.

Q V Æ emolliunt, sine dolore, laxando, menstrua promouent. A D O B S T R V C T A M E N S T R V A, radicû rubiæ maioris, eryngij, fœniculi, apij, petroselini, graminis, singulorum drachmæ quatuor: radicum liliorum, althææ, vnciæ quatuor: pulegij, matricariæ, singuli manipuli: seminis apij, petroselini, feseleos, fœnugræci, althææ, singulæ vnciæ: florum chamæmeli, leucoij, violarum, singuli pugilli: fiat decoctio, & epithema vtero. I L L I T V S ex oleo dulci, & adipibus temperatis. Confert mastix, ladanum, ammoniacum, butyrum, medullæ, terebinthina, myrrha, styrax, galbanû: opopanax soluit succos: axungia porci & gallinæ, anatis, anserû; ireos radix fotu admota, emollit locos, & glandis modo apposita, fœtus euocat. mercurialis ex oleo liliaceo: oleum narcissinum: V N G V E N T V M ppost balnei vsum pectini admouetur, ex mucagine seminis lini, fœnugræci, butyro recenti, medullâ cerui, oleo amygdalino dulci vel liliorum. oleum vio-

Unguentum.

Unguentum.

laceum. Folia rutæ oleo liliorum intrita, & addito adipe gallinæ, & anseris, vtero apposita instar emplastri. arthemisia ex oleo irino tusa, cum carica & myrrha. oleum lini, & liliorum, cum lana succida. radix ebuli elixa, & fotu admota, omnem vtero duritiem eximit. V N G V E N T V M quod partû facilem reddit, olei amygdalini dulcis, butyri recentis, singulorum vncia: adipis suillæ, gallinacæ, vtriusque semuncia: cinnamomi, asari, styracis, myrrhæ, singulæ semidrachmæ: ceræ parum: inungatur coccyx & inguina, à fotu ex maluis, & aristolochiâ. His addita colocynthis & agari-cû, secundas eiicient, irritata expultrice vi. emplastrum ceroneum.

Ad partem.

## C A P V T X V.

*De artubus & iuncturis.*

A R T V S C A L I D O S C O R R O B O R A N T I A, & A L T E R A N T I A B I L E M in eos effusam extra venas:

## I N T V S.

Vberriimè historiam medicaminum membrorum extremorû prosequitur passim Dioscorides. Quæ caput roborant, eadem ferè artus firmant: sunt enim partes neruosæ, quæ laxatæ, stabilimētum exigunt. Quare purga totum, & caput: dein errhinis vtendum & apophlegmatismis.

C O N V E N I V N T Rosæ, violæ, nymphæa, lactuca, portulaca, & eius asparagi cocti, ex aceto & paucio oleo: cichoreum, hordeum, endiuia, mercurialis, acetosa, papauer fatium, & aqua rhæados: cardui benedicti aqua, plurimû commendatur:

Simplia.

datur: cydonia mala, omphacium, punici mali succus, citrei & limonium succus: Acetum neruis est inimicum, quare non propinandum, ni ceteris probè permistum fuerit. fraga, pruna, cerasa, cucumeres, cucurbitæ, anguriæ, fantala, ὄξυζάλα.

Olera ex maluâ, spinachiâ, cicoraceis, & lactucâ: & his quoque ex iusculis vtatur: ptisana. Potus sit aqua hordei quæ in fine coctionis quid rosarum rubrarum accepit, vel aliquid syruporum hîc præscriptorum, maximè de rosis siccis, & de grauatatis: statimq, cum ab igne fuerit remota, coletur, ne turbida fiat, & ingrata hibentibus. Sit cibus elixus. Aqua sacchari hîc commendatur. Et vbi acerbus dolor vrit, hic somnifer **POTVS**: Accipe syrupi papaueris nigri, binas vncias: aquæ nymphææ vncias tres.

Syrupus cydoniorum, rosarum siccarum, cum aqua plantaginis: nam aditu prohibent succos aciores. Syrupus acetatus simplex, citriorum, myrtinus, syrupus papaucris; iulapium Alexandrinum, & violarum: syrupus de iuiubis. Hæc dantur cum aquis & decoctis leniter inspissantibus, & adstringentibus: nam ea **CAVTIO** adesse semper debet, vt leniter adstringantur partes, cum tenuis ac meabilis succus biliosus artubus influit.

**IN OMNI** Arthritide sit potus parcior: vinum absit. Serum lactis caprilli. Aquæ thermarum acidæ: nam hepar (vbi focus mali interdum resedit) refrigerant. Flores consolidæ regalis bibiti.

**MOR A.** scripsit Pythermus, vt refert apud Athenæum Hegesan-

der, suo æuo steriles fuisse Moros, ad vigesimum annum; ac tantam calamitatem podagræ cunctos inuasisse, vt nec eunuchi, mulieres, puellæ, ac pueri intacti ab hoc tædio fuerint; capris adeò grauis, vt nec tertia earum pars hanc labem vitare potuerit.

Diamargariton frigidum: Philolonium Mesues cum decocto nucis myristicæ: mithridatium recens. diatrion santalon, diamargariton frigidum, conserua rosarum.

**PILVLÆ**, gummi tragacanthi, & Arabici, singulas drachmas: amyli, drachmam semissem: thuris, styracis, singulos scriptulos: myrrhæ, succi glycyrrhizæ, cuiusque scriptulos duos: opij scriptulum: cum sapa fiant pilulæ: quarum decem, drachmam pendeant. Ex his duas, vel tres, dormiturus capiat, longè à cibo. in tenuibus pectoris fluxibus conferunt etiam.

## FORIS

## ARTVVS CALIDIS

admonenda.

Non adhibenda nisi corpus magna ex parte purgatum fuerit.

Plantago, fantala, solatrum, rosæ rubræ: & quod vsu comperi, aqua distillata ex semine ranarū: scripsit enim Hippocrates, quinti Aphorismorum, vigesimo quinto, \* *ναρην μετρίῃ ὀδύνης λυτικὴ*; restitutione habitus & temperamenti, quorum mutatio in causa doloris erat.

Aqua niualis; nam & illa modicum stuporem inuehit. Lac ex capræ vbere admulctum; nam laxat, digerit & mollit. Aizoon, muccago althææ, & cydoniorum, scœnugræci,

Gg.

lini,

Acetum.

Olera.

Potus.

Syrupi.

Syrupus.

Moros.

Species &amp; opitata.

Pilula ad dolores.

Eodem ad uiam Def Lixiuo.

Simpli- cia.

\* hoc est: modicus stupor dolore diffinit.

*Lintraen-  
sum.*

lini, & psyllij: vt, Accipe seminis psyllij, vncias tres: aquæ quantum sufficit, coque ad viscositatem, & exprime, adde ceræ vncias tres: olei, vncias sex: coque, ac pista: vel ex posca & aquâ rosarum. conducit acetum cæteris aspersum. Medulla panis in lacte cocta, si magnus dolor vrget oleum violarum; si maior, oleum alterci; si maximus, oleum mandragoræ imponi debet, cum croco. Mandragora cum paucis croco. pampini, solanum & aqua eius, hyoscyami flores & folia, & mandragoræ folia ex lacte cocta, bismalua radix, oui albū, & vitellus cum thure, parietaria, sambucus, ebulus, portulaca, papauer, lens palustris, plantago, cicuta, caphura, hordei farina. sambuci folia, sine oleo aut adipe, oxycrato incocta. vmbilicus Veneris, in cataplasma aptatus: vriticæ radix cum aceto, polygonum, acetosa cum polenta, bellis. Tenerima folia sambuci, cum radicibus plantaginis, & axungia porci, fiat cataplasma. Limaces triti cū cochleis & admoti. Locum frica per semihoram manu inuncta oleo rosato; dein per duodecim horas hoc **CATAPLASMA** admoueat: Accipe althææ, farinæ hordei, cuiusque manipulum: contundantur iunctim, adfusâ ceruisiâ tenui, cum paucis oleo violato, bulliant parum: æstate, adde solatrum contusum; si hyems, barbam Iouis: sed hæc non simul coqui debent. Cortex radicis solani: succus malorū syluestrium: coriandrum cum aceto & cerusa. semina lini coque ex aceto & aqua fenugraci, quæ melli mixta, parti per tres dies impone.

*Cataplasma.*

Vel Accipe aquæ rosatæ, & solani, vel aquæ seminis ranarum, (nobile enim id remedium in dolore) seminis psyllij, & cydoniorum, singulorum drachmas tres: extrahatur mucago, quæ tepidè inducatur locis dolentibus, linteo oxycrato tepido madente excepta. Opitulatur **BALNEA** aquæ dulcis, fimus vacinus cum aceto, lutum pingue. farina hordei, cum succis ad pultis formâ redacta, cum pauca caphura. trochisci narcotici, apud Ferne- lium lib. 7. Methodi. Fomenta humida pinguiora, cum frigidis remixta. **CATAPLASMA IN DOLORE** acerbissimo; Accipe medullæ panis secalini in lacte maceratæ, & parum coctæ, vncias duas: vitellum oui vnus: opij, drachmâ: croci, semiscriptulum: olei rosati, quod sufficit: ilicò remoueat dum stupere incepit pars, ac decocto rosarum & chamæmeli foueatur pars.

*Mucago.**Ad dole-  
rem.*

**FOTVS** ex rosarum rubrarum manipulo, coctarum in lactis libris quatuor. Farina hordei vel fabarum cum vitello oui, & paucis croco. **CATAPLASMA REPELLENS:** Accipe corticum granatorum, manipulos duos: coque ex vino austero vsque ad dissolutionem: dein adde foliorum semperuiui, summitatum rubi, cuiusque manipulum: cõtunde, & per setaceum trahantur: adde farinæ hordei, manipulum: vini Rhenensis q. s. vel mica panis maceretur in poscâ & aquâ rosatâ. **ALIVD:** Solani, violariæ, singulorum manipulus: florum alterci, manipuli duo: florum chamæmeli, violarum, cuiusque manipulus: coque in lacte vel aqua, contusis adde adipem

*Fotus.**Repellent.*

adipem suillum, & scriptulum croci: est elegans **NARCOTICVM**, nā vis immanis à pingui stupefcit. Ego accipio folia maluæ, violariæ, solatri, sambuci, vel scrophulariæ, & farinam hordei, & aliquid meliloti; coquo ex aqua; & cultro dein attero: fiat pulicula. interdum quid croci addo, hoc omne genus Erysipelatis edomat.

*ad myr*  
*syrolata*  
*olia.* Oleum amygdalinum dulce & recens: cæsyus humidus: oleū violatum, & nymphææ, oleum rosatum; vnguentum rosatum, & vnguentum populinum cum aceto: oleum tydoniorum; Oleum hyocyami empiricorū arte eliquatum, vt capite de Distillationibus tradidimus, libro primo; nam in fimo digeritur ac eliquatur. Oleum rosatum cui incoxere lumbrici terræ, oleum rosatum completum, cum albumine oui: vel cum decocto lactuæ & semperuini: sed si materia non ita feruet, accipiemus vitellum oui, cum oleo rosato completo. Solatri fructus poculo includuntur, quo toto anno perennent. ita sambuci folia &c. **LINIMENTVM** ex santalis rubris, cum succo solatri, vel portulacæ.

**C A V T I O.**

Liuescente parte ab vsu frigido- rum, subsistendum erit. Tandem exhaustâ totâ, antecedente materiâ morbificâ, dissipantia vtilia erunt, vt oleum chamæmelinum, anethinum, lumbricorū, cum farina hordei, vel fabarum. Deinde (nisi restibilis fuerit tumor aliquis durus) articuli roborandi erunt, fotu vini austeri, cui incoxere, adstringentia moderata, rosæ, santala, sumach, balau-

stia, &c. cum chamæmelo. Notandum quoq. est, topica remedia vel præscribi ad materiâ morbificam, vel ad imbecillitatem partis, vel ad dolorem: Materiæ dicata sunt reprimētia, emollientia, & soluentia. **C A V T I O** adsit in reprimētium vsu, ne in podagrâ à feбри, & chira- grâ criticâ, & in coxendicis dolore adhibeantur. Quæ si non adsint, notandum erit num calidâ sit materia, vel frigida quæ influit. **A D D O L O R E M** implacabilē opio ad- demus crocum, & excipiemus cum lacte vel scænuigræci decocto, castoreo adiecto. Sed opium coxendici non admoendum.

**A R T V S FRIGIDOS COR- ROBORANTIA, & ALTE- RANTIA** effusam in eos **P I T V I T A M** extra venas:

**I N T V S,** Quæ capiti frigido, eadem & artubus frigidis student. Conducit parum comedere & parum bibere.

Castorium, neruis dicatum est, & cerebro mirum in modum studeat, datur cū mulla, & ligni guaiaci decocto. Iua quæ & chamæpitys: pyrethrum conditum: origanum, betonica, genista, anthos, guaiaci lignum, chinæ radix: salvia, laurus, stœchas: radix helenij & iridis, primula veris, & verbasculum, calaminta, acorum, hermodactylus, centaurium minus, scordium, hypericum, capillus Veneris, adianthum, thymus, radices bryoniæ & eius syrups, cyclamini radix, pulegium. Gutta olei ligni guaiaci, cum duabus vnciis decocti trissaginis, vel iuæ: Sed talia per plurimos menses exhibenda.

*Compo-  
sita.**Species,  
& olea.**Diacoral-  
lium.**Pilula.**Potanda.*

Terebinthina, opopanax, castoreum. Et alia quæ attenuant partu influxum succum, & coctionem quæ promouent: Hæc dantur cocta vel trita ex decocto guaiaci, hoc enim traicit se integris viribus ad artus. Terebinthinæ vnciæ, additur pulueris iuæ drachma; cottidie dantur drachmæ tres, per plures dies: origanum quoq. addi potest, & castoreum. Diamoscū, diambra, diacorallum, mithridatium, diacorum, aurea Alexandrina. oleū baccharum hederæ & sabinæ. Oleum balsami duplex, descriptum in Antidotario Florentino, parua copia potum ex aqua articulis dicata: & etiam inunctum. Conserua galangæ; pilulæ è castoreo, alsâ foetidâ, & nuce myristica. confectio anacardina. Diacorallium Alexandri; quod non à corallo nomen habet, sed ab anagallide, cuius flos coralli æmulus est: nō enim adstringit, sed penetrat; Alexander exhibet scriptulum, centum dierum spacio: ac interiectis diebus viginti, vsum eius repetit ad dies octuaginta, sed alternis diebus: Tota illa compositio calet ordine primo, & siccatur secundo. Salium theriacaliū scriptuli duo, sumuntur cottidie. Oleum nucis myristicæ bibitum, & applicitum. **PILULÆ:** Accipe castorei, sesquidrachmam: pulueris iuæ, semidrachmam: fiant pilulæ cum syrupo de stœchade: sumat duabus horis ante cibum, alternis diebus; flatus discutit, coquit, & firmat.

Mel scylliticum, mel rosatum: oxymel, syrupus de Byzantiis, cum decocto chamæmeli, apij & fœniculi: vel horum stillatio liquore.

Aqua theriacalis, mulsa, aqua cinnamomi: vinum Hippocraticum.

Aëtius dat thymi aridi, semunciam: cum oxymellis cyatho, & dat ieiunis: nam exhaurit acré sanienā motâ vrinâ. Vinum conyzæ. Sed in paroxysmis dolorum à vino abstinendum est: & vt in calida causa potus est aqua hordei, ita in pituitosæ materiæ vitio potus sit aqua coriandrata. Verum **CORIANDRI** vis multis suspecta iure esse possit: nam coriandrum, inquit Dioscorides, refrigerat, etenim erysipelatis cum pane illinitur. Galenus negat frigidum esse, sed siccū & calidum, quia amarum, cum quodâ madore. Dioscoridi respondet, iam refrigerato erysipelati mederi: sed, inquit, strumas discutit auctore Dioscoride, quod alienū à frigore est. Aëtius & Paulus annuunt Galeno. Auicenna subscribit Dioscoridi, & in eandem factionem trahit Ruffum, & Archigenem: ac proprietate quadam strumas soluere affirmat, vel leptomeriâ calidâ id fieri, quamuis restagnâtes frigore partes alias fortiat. Sed ambigua sunt omnia Auicennæ verba. Certè coriandrum odoratum est & amarū, cum acrimonia quadam, & sitiferum est, & mentē æquè ferit ac vinum, si plenâ manu eius pastus ineatur, diciturque propterea venenū; non quidem deleterium, sed ecstatiçū, hoc est, mentem alienans, ac extra se rapiens. Hæc fieri non possent, ni vapor caput feriret; quare & caloris omnia symbola gerit coriandrum. Cū autem Galenus secundo de Antidotis asserit vinum purū, antidotum esse contra coriandrum **viride,**

*Coriandri  
vii.*



ride, id ibi asserit ex sentētia Asclepiadis, qui, vt Dioscorides, Ruffus, & Archigenes, frigidum id putauit. sed fortē illi de alia herba.

## FORIS

## ARTVVS FRIGIDIS

admouenda.

Primula veris & verbasculum, digerunt ac exhauriunt influxum succum. amygdala amara: rorisinari flores aquæ vitæ iniiciuntur, quod supernatat illinitur: dux Mediolanensis eo vtebatur in doloribus. Nasturtij & vrticæ semen: euphorbium, est calidissimum: cucumeris agrestis radix, salvia, nepita, tritici farina, anethum, abrotanum, stæchas, laurus, calamintha, origanum, parietaria, bryonia, ebulus: aridix, serpentariæ & scyllæ radices: iua, hypericum, cuminum, centaurium minus. Conyza minor, cocta in lotio puerorum, contusa, & admota. Pix: sagapenum est feruens & tenue: galbanum: castoreum tenue est, & neruis dicatum.

Sapo: Thermæ sulphuræ calidæ: balneum ex ligno raspato iuniperino ad libras duodecim: coquantur in cacabo magno ex aqua, ad consumptionem duarum tertiarum. Balneum ex decocto vulpis: hinc oleo vulpino vngatur: ac pelle vulpinâ tegatur.

BALNEVM: Accipe origani, calaminthæ, summitatum anethi, chamæmeli, rutæ, vel pulegij, singulorum manipulos quatuor: fœnugræci, anisi, cymini, fœniculi, cari, cuiusque binas vncias: baccharum lauri, semunciam: colicis quoque confert.

FOTVS ex vuarum vinaceis, in

illis regionibus vbi vuz premuntur. FOTVS ex furfuribus madidis. Suffitus molliens & calfaciens.

Decocti ligni & baccarum iuniperi, cuiusque sesquilibra: fiat Balneum. SI FLATVS in vitio sit, *Flatus.* FOTVS fiat ex vino, in quo cocta sunt semina fœniculi, rutæ, flores chamæmeli. ROBVR partibus addit hic FOTVS: Accipe florum chamæmeli, manipulum: foliorum saluiæ, rorisinari, maioranæ, stæchados, chamæpityos, singulorum semimanipulum: coque in vino austero: & spongiis nouis fiat fOTVS. Si nouâ spongiâ careant, vetus spongia aquæ salis immittatur per noctem; sal enim roborat. Balneum ex aqua in qua formicæ, & earum oua fuere trita & cocta, inueteratam podagram curat.

OLEA: oleū de lateribus: oleum mellis, dolores sedat: oleum ceræ, & gummi elemnij, terebinthinæ. sampsuchinum, moschelinum, rutæ, guaiaci, iasminum, cheirinum, laurinum, styracis oleum, descriptum in Antidotario Florentino: oleum balsami: mastichinum oleum, cum castoreo: irinum, costinum, vulpinum, de piperibus, ebuli, castorei oleum: chamæmelinum, spicæ & lauendulæ oleum, cæsyus: Galbena sunt vtilissima. De his consule librum primum. oleum leucoij, apud Ferneliū libro septimo. oleum florum verbasci, vel eius flores & radices macerabuntur in vino rubro, vt fiat distillatio: liquor splenio exceptus, parti imponatur. oleum caryophyllorum & macis. SI MATERIA fuerit FLATVLENTA: *Ad flatum.* Accipe olei chamæmelini, anethi-<sup>tu.</sup>

Gg 3

ni, &amp;

Simpli-  
ca.Ad ro-  
bur.

B

Balneum  
& fOTVS.

ni, & rutæ, singulorū semunciam, ceræ, q. s. aquæ vitæ, parum: fiat Linimentum. Oleum de euphorbio mirè confert, vbi materia non est crassa, in sciatico dolore. oleum saluiæ certò iuuat ad robur. oleum ex floribus ireos. Dialthæa, vnguentū Aregôn, digerit, & colicis quoq. prodest: ἀρήγων dicitur, ab ἀρήγω, quasi iuuans. Vnguentum Marcia-ton Nicolai, & magnum: & emplastrum Martiatum, apud Antidotarium Florentinum.

Unguen.  
14.

VNGVENTVM: Accipe granorum piperis, iuniperi, sinapi, cuiusque scriptulos duos: anacardorum, semidrachmam: radicem pyrethri, salis ammoniaci, cuiusque sesquidrachmam: vini ardentis, vncias quatuor: maluatici vini, vncias octo: olei hyperici, terebinthinæ, laurini, singulorum vncias duas: bulliant ad euaporationē vini: addendo castorei, euphorbij, galbani, myrrhæ, bdellij, singulorum sesquidrachmam: ceræ quod sufficit, fiat vnguentum molle: Et post vnctionem tegatur pars pelle vulpinâ: primò pars fricabitur & vngetur aquâ vitæ. Hermodactylus cataplasmatismodo adhibitus. Emplastrum I. de Vigo. Pinguedo cati & castoris: & recens pellis cati.

Empla-  
stra.

EMPLASTRVM: Accipe terebinthinæ, semilibram: coque parum, & in fine adde pulueris olybani, rosarum, myrtillorum, masticis, nucis moscatae, caryophyllorū, cinnamomi, macis, singulorum semidrachmam: & adhuc calenti pannus lineus intingatur: qui, parum siccatus, ponatur super locum iuncturarum, cui dein superponatur

corium caninum præparatū: & singulis mensibus innouetur. FOLIA caulis calidè imposita, sudorē promouent, & dolorē leniunt. In Sciatico dolore emplastrum ex sola terebinthina vtile est: ceratum quoq. de oxycrocio. folia tenera lauri, tusa, & admota dum locus rubescat. ita & nicosiana. CATAPLASMA:

Sciatic.

Accipe foliorum maluæ, violariæ, singulorum semimanipulum: radicem althææ, liliorum, iridis, cuiusque semunciã; vel vnciam: florum chamæmeli, meliloti, summitatum anethi, cuiusque pugillum: seminis lini, fœnugræci, vtriusque vnciam: cymini, baccarum lauri, cuiusque drachmas tres: croci, scriptulū, vel semidrachmam: axungie anseris, medullæ vituli, butyri recentis, olei liliorum vel irini, quantum sufficit, vt fiat cataplasma: emollit tumores, digerit, & dolorem sedat. CATAPLASMA ex foliis minoris verbasci. Accipe capas albas, cum sale, euphorbio, & oleo lauri.

Epipla-  
stra.

AD DOLOREM: Accipe lactis, librâ: micas duas panis albi: coque, & adde pulueris chamæmeli, meliloti, cuiusq. semimanipulum: croci, scriptulam: vitellos duos ouorum: olei rosarum, & chamæmeli, vtriusque drachmas sex. fiat Cataplasma: bis die applicetur calidè. faeces leporinæ ex vino admota,

Dolor.

sciaticum dolorē curant. Salvia & ruta ex oleo. Ruta cū sale & melle.

CAVTIO: Sint talia remedia quæ non exhaustis ac absorptis tenuioribus partibus, cætera in topium assant. Quare euphorbium misceatur cū oleo violato. SEMPER in principio fluxionis, stringens aliquid

Castro.

quid addatur cataplasmatibus & fomentis. Ut mica panis ex vino aufero in quo coxit mastix, cupressus; quia crassas habet partes. Si DOLOR immitis fatigari, à stupefacientibus abstinemus, & potius calidis utemur, ut Accipe axungia gallinae, olei chamæmeli, cuiusque semunciam: olei masticis, drachmam: euphorbij drachmam. Euphorbio non est utendum solo: nam tenues exhaurit partes restagnantibus crassis.

Notand.

HVMIDOS ARTVS CORROBORANTIA, & ALTERANTIA: INTVS.

Eadem remedia quæ caput firman, stabilient articulos. Omnis largior potus absit, nam serosis succis aditum præbet ad peripheriam corporis, ac vnà quæ crassa sunt rapit. Aquâ chalybeatâ diluatur potus. Vitentur pisces squammis carentes & viscosi, lac obest & caseus. Absint quæ carnes semiputrefactæ sunt, ut teneriores die fiant: non enim quomodolibet teneræ carnes sunt recentioribus semper præferendæ; nam in diu mactatis animalibus teneritudo ea, veluti putredo quædam est, vel primum ad eam vestigium, dentibus quidem facilis cibus, sed venis futurus grauis, à putredine. Famem nõ eximat mensa. Venus inutilis est. vrinalia remedia fugienda, nisi corpore mundo. Sint carnes aromatibus aspersæ: & coctæ odoriferis cum herbis. Radix enulæ campanæ. Accipe conseruæ betonicae, rorisinari, cuiusque semunciam: castorei, drachmam: syrupi de pomis, quod satis sit, ut fiant boli quinque: su-

Uit.

Observa.

mat manè. Castoreum recipientes partes modestè calfacit.

Diamargariton calidum, aromaticum rosatum. Castoreum, amygdalæ amaræ, schœnanthos, spica, absinthium, laurus, hypericum, iuæ puluis ex conserua betonicae, cum terebinthina & castoreo, cerebrum leporis assum. Ab vsu balnei sicci theriacam sumat, & sudorem promoueat. aromata: thymus aridior cum vino propinatur. mumia. tormentilla.

Remedia.

Decoctum ligni guaiaci, & sarzapatillæ, & radicis chinae, cum melle. Vinû cydonites: vinum saluiæ, aut iuæ, vel guaiaci: nam in doloribus longis à phlegmate obortis, vina medicata mirè auxiliantur. Decoctum iuæ moscatæ, vel betonicae, cum melle rosato. Thymi sicci, semuncia, ex oxymelite. Succini drachma semissis, ex decocto ligni Indici. Præcellens iam coquitur remedium ex sassafras ligno & cortice: quod calet secundo, siccatur tertio ambitu: Accipe ligni sassafras cum suo cortice, assulatim confracti, semunciam: modò recens fuerit, nam aliàs surgere licet in uncias tres; aquæ optimæ libras quinque: macera fictili in nouo horas duodecim: lentè dein excoquantur duæ tertiæ partes. sumat haustum manè & vesperâ. Scribit Monardis, singulari experimento se didicisse, id auxilio fuisse his, qui distortos pedes & manus ex arthritide habebant.

Potanda.

Sassafras.

FORIS ARTVVS HVMIDIS admouenda. Cucuphæ: & errhina capiti ad-

Subiungam  
alij  
vel for et  
ad rem  
vnam medic  
partis, vel  
in partem  
ut tertia  
remouent  
la vna  
Dista ut in  
Aliguardi  
FORS  
ARTVVS HVMIDIS  
admouenda.  
Cucuphæ: & errhina capiti ad-

in doli  
et in  
sunt afflicti  
ad dimidiat  
sa aqua  
et perna  
sunt afflicti  
ad dimidiat  
sa aqua

*Sacculus.* mota opitulantur. Fiant frictiones sicca, cum manu vel panno calido. Accipe salis, aluminis, siccatorum & tenuiter puluerisatorum, cuiusque manipulum: nucis moscatae, fescunciam: colligantur in sacculo, eoque manè articuli fricentur. Vel **S P O N G I A** noua imbibat vinum austerum, quod accepit vim saluiae, caryophyllorum, roris marini, betonicae, stæchados; ac iterum siccetur, & hac fricentur membra. Sal oleo omphacino intritum, & in articulos frictione adactum. Aqua vitæ quæ saluiae vim accepit, vel granorum iuniperi. Linthea calida perpetuâ repetitione admota. Lapathum, furfures, absinthium, anethum, & quæ flatus discutiunt, hîc remediuntur.

*Simplia.*

Aër balnei sulphurei, vel nitrosi balneum: euaporatio ex lateribus, vel ex sale, nitro, & sulphure. Suffitur bombax vel lana ex digerentibus & siccantibus, ac parti admouetur: vt ex myrrha, stæchade & marcasita.

*Potus, & suffitus.*

**S V F F I T V S**: foliorum lauri, saluiae, hyssopi, cuiusque manipulos duos: coque ex vino: lapides igniti hoc conspergantur: manè & vespere admittat hunc vaporem toto corpore, loco calido: sub exitum hauriat drachmam theriacæ, ac in lecto sudorem eliciat. Columbarij aër à proprietate occultâ valet, vt in Paralyti. **I N P O D A G R A**: Accipe ligni iuniperini in scobem derasi, libras duodecim: coque ex aqua in lebete magno, donec tertia pars fuerit exhausta: tum vnâ lignum proiice in labrum, & in eo æger vmbilico tenus sedeat. Fodus ex deco-

*Podagra.*

cto maioris tithymali; vel cum oleo imponatur. vinacea calida, vbi vina parantur. **S E D C A V T I O** adfit, ne digerentibus fotibus vtamur nisi fusâ materiâ. Fodus ex musco fagi, ex vino austero: muscus insuccatus superponitur parti.

*Cautio.*

Veteres, artus humore tumentes tritico vel lapidi sarcophago imponebant: nos, falsis lixiuis vtimur: Accipe lixiuij veteris, libras decem: salis libram: nitri, semilibrâ: coque ad octauæ partis exhaustiônem: hoc est; dum sal liquecat: artus horæ spatio imponat, manè & vespere, ante pastum. Lixium ex cineribus ilicis, fagi, quercus, prunorum, cum alumine. **B A L N E V M** fiat ex vulpe, & catulis exenteratis excoriatisque, adiace saluiam, laurum, rorem marinum, rutam, radices pyrethri & acori, flores chamæmeli, & meliloti. Accipio sulphur, picem, alumen, salem, argillam, sacculo includo, in aqua coquo, vt fiat balneum: nam huic malo succurrunt thermæ sulphureæ, nitrosæ, salis, & bituminosæ. **L I X I V I V M** ex fagi cineribus paratur, ter aut quater colatur, tantum vini admiscetur: aluminis vnicia duæ adiciuntur: calfiunt ita vt non feruescât: Podagræ auxiliatur, manè & vespere adhibeatur, ante cibum, calidè. vtile, cum malum paroxysmum minatur, & post: quater aut quinquies in septimana vtatur.

*Lixiu.*

*Balneu.*

*Ad podagra.*

**I L L I T V S** ex oleo euphorbij cum oleo mastichino: Opitulatur oleum mastichinum cum castoreo. Mercurius extinctus cum oleo chamæmelino & castoreo: axungia taxi, vulpis, vrsi, tauri, apri, equi, & hyænæ: his semper additur castoreum.

*Illit.*

**icum.**

reum. Discutit membris conceptos succos, ac firmat, lutū thermarum sulphureum, & fimus recens: farina lupinorum, orobi, fabarum, & hordei: coquuntur ex vino & aquā. Cineres stipularum fabarum, cum vnguento veteri. Augustus, vt scribit Suetonius, coxendice, & femore, & crure sinistro non perinde valebat, vt saepe etiam inde claudicaret: sed remedio arenarum atque arundinum confirmabatur.

*Olea & vnguenta.*  
Oleum terebinthinæ, sulphuris; galbaneta; vnguentum de bdellio, oleum myrtinū, vnguentū Agrippæ, Martiatum vnguentum, & de vulpe: Oleum ligustrinum & sambucinū: oleum fraxini; per curuum vas distillatum; oleum ligni guaiaci, & de hermodactylis. oleum viperinam cum vulpino. oleum ex foliis & floribus hyssopi. oleum ex iride alba. oleum leucoij. oleum de hermodactylis, flatus discutit. *Emplastrum.*  
**EMPLASTRVM:** Accipe picis nigrae, gummi elemnij, cuiusque sescunciam: ceræ, axungia, vtriusque vnciam: thuris, hermodactylorum, radicis iridis, sulphuris, singulorum drachmas tres: olei irini quantum satis erit vt fiat Emplastrum: exsorbet madentem materiam ex articulis. Emplastrum nuchæ impositum ex sinapi. Iberidis radix, ex adipis suillæ æquis partibus, fiat Cataplasma, digerit. Fabæ recentes, coctæ cum fimo porcino. Cinis stipularum fabarum, cum axungia. coque rorem marinum in oleo, dum ferè arescar.

*Saculi.*  
**SACEVLH:** Accipe milij vstulati, pugillos quatuor: orobi, furfuris macri, cuiusque pugillos duos:

florum chamæmeli, summitatum anethi, vel spicæ, aut foliorum rutæ, singulorum pugillum: cymini, cari, cuiusque drachmas duas: baccarū lauri, drachmas tres: castorei semidrachmam: fiant duo Sacculi interbastati, ea magnitudine, qua totum ventrem complectantur, qui calfacti, vicissim admoueantur. Tympaniti ac colicæ ventosæ etiam conferunt. **SAL** tusus, assatus, ac oleo incoctus, sacculo inclusus: quidam sicco sale vtuntur cum furfuribus, floribus chamæmeli, & semine lini. **CATAPLASMA** ex furfuribus, sapâ, parum salis, & ex semine anethi: fiat exigua ebullitio: præclarè læuientes dolores sedat. Si fuerit à pituitâ crassâ, erit reprimendum quod influit; discutendum, quod influxit; & si induravit materia, prius molliendum: Tertio, ne iterum succrescat materia, intemperies frigida erit tollenda: quæ obtinebimus ab hoc **EMPLASTATE:** Accipe micæ panis triticiij cum furfuribus, manipulos duos: parum coquantur, ac adde pulueris chamæmeli, & meliloti, cuiusque manipulum: croci, scriptulum: olei chamæmelini & rosarum, vncias duas: si durities magna fuerit, addes adipem. Cùm substitit fluor, loco rosati olei miscebimus anethinū. Si tenuis pituita vitium fecit, emollientibus relictis, erit discutendum, vt sale, & balneis sulphureis, nisi squalleat ab ariditate corpus, aut æstu Sirius flagrarit, vel crudiatum in corpore plena fuerint omnia: his enim noxiæ sunt Thermae.

**CAVTIO:** Non sint hæc remedia ni-

*Cataplasma.*

*Observa.*  
110.

dia nimis calida; nam ea cutem à siccitate densant, ac tenue exhauriunt, restibili crasso. Si tenue discussum fuerit, ilicò ex dialthæa fiat inunctio, vel admoueatemplastrum de muccilagibus: dein excipiat pars fumum, ex aceto, lapidimolari candenti ab igne, iniecto: iterumque emollitis duris, ad fumum redeundum.

ARTVS SICCOS CORROBORANTIA, & ALTERANTIA in eos effusam MELANCHOLIAM extra venas:

INTVS.

Quæ cerebrum siccum firmant, eadem iuncturas & nervos labefactatos erigunt. LAC, papauer, rapa, poma, malua, ficus, nuclei pinei: medulla nucis Indicæ. vulpinus adeps ficcatus. Inscula caponum & carniū cum violis, malua, & hordeo, radicibus buglossi. Capita agnorum, & veruecum, & vitulorum: pedes vitulini: gelatinæ: Ius carnis. & cetera quæ medentur ex inanitione affectibus. Cōserua buglossi, boraginis, violarum, rosarum, manus Christi, diamargariton frigidum. Terebinthina cum iua & castorio. cucurbita, passulæ.

MELANCHOLIAM in ARTV-  
BVS ALTERANTIA.

Iua, iuniperus, melilotus, fumaria, borago, ebulus, betonica, saluia, enula campana, centauriū minus; guaiaci decoctum, vel salsaparillæ, aut chinæ, & sassafras, cum floribus cardui benedicti. Lupuli. Regionis mutatio, & ad madidius clima migratio. Cibus, potus, motus, omnia in adorē augeant. Balnea iam nar-

rata, ac fatus. Adeps vrsinus, leoninus, canis rubri, oleum antiquum. Galbaneta: Attamen cuncta sint remixta his quæ molliendi vim sortita sunt, vt adipe humana.

FORIS

ARTVVS SICCIS admouenda.

FOTVS, & BALNEA ex lacte, vel aquâ dulci: incoqui illi potest malua, althæa, violaria, ficus, verbascum, brancha, ebuli radix, buglossum, tapsus barbatus, parietaria. Radix maluæ, liliorum, rapæ, narcissi, coquantur cum vulpe. Balneum ex maluæ manipulis quatuor: & capitibus veruecū, ex aqua: addimus lactis, libras septem: butyri libras duas. Caules ex ceruisia cocti. Natatio in oleo oliuæ: & in aqua celsipi humidi: vel in lixiuio dulci; aut hydrelæo.

SUFFITVS sub papilione, iniectis ignitis lapidibus decocto. Balneū Diui Cornelij apud Aquigranenses, confert tumoribus duris: nam mollit & discutit.

Vnguentum ex bdellio Mesuæ. Illinuntur ~~exora~~ vnguenta: Accipe muccaginis radicis althææ, seminis lini, scœnugraci, cuiusque vnciam: medullæ cruris vaccæ, semunciam: adipis porci colatæ, vnciam: olei liliorum, semunciam: croci parum; ceræ, quod sufficit: fiat Vnguētum. Hirundines viuentes contunduntur; his additur medulla cruris viruli, cortices nucum iuglandium, caryophylli, aliquid ceræ: digeruntur in fimo: & in balneo coquantur, exprimuntur: fit vnguentum. Vnguentum Agrippæ, & Martianum: vnguentum rosatum, dialthæa. Succus florum genistæ, cum axungia,

Simpli-  
cia.

Conserua  
& species.

Illius

Fotus &  
balnea  
Simpli-  
cia.

Illius

Olea &amp; adipēs.

Podagra.

Linimentum.

Emplastrum &amp; Cataplasma.

Expositio ratio.

axungia, coctus in vnguentum. Oleum extillatum ex ammoniaco, oleum violarum, lumbricorum, amygdalinum dulce; gummi soluta in vino, vt opopanax, ammoniacum, bdellium, cum oleis. Adeps canis rubri, humanus, & taxi, murisque montani, arietinus, cum oleo amygdalino dulci: oleū nucis myristicæ cum adipibus: vulpis adeps, pix: oleum iasminum: butyrum; oleum sambucinum. Secretū quorundam remedium est oleum distillatione eliquatū ex ossibus humanis, cū medullis: id enim infractum contumacemq. omnem dolorem eximit artubus. Accipe olei cannabini, semilibram: vini albi, librā: pedis leonis, manipulos duos: bulliant ad exhaustionem mediæ partis. oleum lini, oleum ouorum, cū medulla cerui aut vituli. oleum nucum Indicarum. LINIMENTVM: Accipe olei laurini, chamæmeli rosati, vnguenti populeonis, partes æquas: olei lumbricorū partem mediam. CERATVM Philagrij, & celsyatum, & è styrace. Emplastrum de mucilagibus, oxycroceum, diachylon, & de meliloto, & apostolicon, & ceroneum. Arum cū fimo bubulo admotum. Cataplasma ex verbasco. ceruisia Gedana cocta cum cumino. hermodactyli cum lacte. Hoc eximit omnes dolores: Accipe succi radicis ebuli, vncias octo: axungia porci masculi, & caponis, cuiusque vncias binas: misce, pone in vitro, quod pastā panis circumdatū pone in furno, horas octo vel nouem: fiat vnctio; conuulsis quoq. opitulatur. CATAPLASMA ex radicibus al-

thææ, farinā lini, micā panis: Et radix althææ trita cum axungia porci veteri, podagram intra tridū soluit. cataplasma ex lumbricis & vulpino oleo. Vel cassiæ vnciæ duæ: cum oleo, vel succo solatri. ALIVD, panis secalinus ex lacte coctus, cum oui vitellis duobus, & croci scriptulo. Pulmones ex viuis animalibus exempti ac vnctis partibus superpositi dū calent; ac iterum decoctis mergantur. Pelles recentes felium, & vulpiū. EMPLASTRVM: Accipe bdellij pinguis, adipis vituli, ammoniaci, iridis, singulorum drachmas duas: opopanax, galbani, thuris, styracis, florum roris marini, cuiusque drachmam: piperis, scriptulum: fecis olei irini, vnciam, & ʒij. vini quod sufficit: fiat malagma. Accipe carnem suillam salitam pinguem, coque: & in decocto maceretur caseus antiquus, & subigatur in mortario, ac tophaceis locis admoue. Vel remisce pinguedinem quæ dimanat ex osse pernæ: nam illa dolorem ilicò mitigat. Pyrites lapis cū adipe suilla. Thapsus barbatus, foliis angustioribus præditus, & minutis, cum butyro. Quo autem modo totius corporis siccitas castigari debeat, docet eleganter Galenus libro 10. Methodi.

CVM IN ITALIA medicinae operam dabam, quidā meorum præceptorum, omnes ferè Arthriticos hac serie curabat, primò exhibebat diasebesten, & electarij lenitiui, cuiusque drachmas sex: hinc materiam morbificam parabat ad exclusionem, syrupo betonica, eupatorij, & fumiterræ: deinde purgabat, pilularum maiorū de hermodactylis,

dactylis, & mastichinarum, cuiusque semidrachmâ, cum syrupo de stœchade. tandem roborabat, terebinthinâ, cum iua, & castoreo.

## OBSERVATIO.

IN omnium membrorum corroboratione, rectè ac ex lege artis obseruari debent RES NON NATURALES: Vt regionis mutatio, diæta, exercitium, animique affectus. Oportet enim cuncta agenda, admouenda, sumenda, excludenda, temperie quadam moderata esse: vt præclarè reuerendus ille senex dicebat πάν τὸ πολὺ, τῆ φύσει πολέμιον. τὸ δὲ κατ' ὀλίγον, ἀσφαλές, hoc est: adeoque in vniuersum nimium, naturæ bellum indixit: quod verò vicissim ac sensim fit, tutum.

Notandum in usu electariorum.

Id notandum in Roborantium electariorum usu, quòd quæ student naturalis facultatis robori, ieiuno stomacho exhiberi debeant: sed si coctrix vis langueat ob frigus, à cibo offerenda erunt. Verùm si succus frigidus ac madidus molestus fuerit, duas horas antè propinabuntur, quò is mitificetur. AD VITALEM vim quolibet tempore dextè præscribentur. AT ANIMALEM facultatem stabilient, somni tempore aut mediâ nocte propinata.

## CAPVT XVI.

SANGVINEM ALTERNANTIA, QUI EST PRIOR QUATVOR HUMORVM NUTRITIONI DICTATORVM PARS. *Ad febres sanguineas curandum res vtilissima.*

HACTENVS eorum succorum qui extra venas recesserunt historiam peregrimus; iam, quibus

medelis, hi, qui intus in venis & arteriis stabulantur, in pristinam fluctantur temperiem, cum ab ea abrepti fuerent, videamus. Hæc historia ad malum toto corpore sparsum pertinet, vt prior illa, de qua hæctenus, ad singularum partium vitia spectabat: quare omne genus febrium hic remedium inueniet. ALTERAM vs vi remediorum, interdum vnicum qui in vitio est humor: alias, plures: non raro cunctos, cum vitium fecere. Cum vnicus itaque sanguis à naturæ lege abiit, qui nempe κατ' ἑξοχὴν sanguis dicitur, hoc est, optimus ille in venis alimentarius humor, eum puriorem reddemus, abstergendo ab eo succos excrementitios; id fiet prouocando lotium, & sudorem, aluumque ducendo, si ex officio non responderit. Secundò, sanguinem crassum attenuando, tenuem incrassando: calidum, frigidum, humidum, aut terrestrè temperando. Quare rectè faciunt illi, qui à venæ sectione sanguinem seruari iubent, dum pars quæque suo loco resederit: bilis enim flaua, sublimem massæ eius locum tegit; quemadmodum crassamentum melancholicum in fundum fertur. Hinc restagnante in sanguine, quisnam succorum quatuor in vitio sit, oculis facillè animaduertimus: ac in cognitionem morbificæ causæ ducimur, & tutius remedia (iam conspicuâ in causâ) admouemus. Non tamen nos fallat sciolorum chirurgorum opinio, qui aperiâ manus aut pedis venâ, dum calente aquâ exceptus pes sanguinem reddit, filamenta quædam viscosa sanguini innatantia, fundumque petentia, manu

Purior vt reddatur sanguis.

Sanguis à secta venâ seruari debet.

Chirurgorum opinio.



manu excepta ostendunt: ac pituitâ modis miris contaminatum sanguinem fuisse asserunt: falluntur, ac Medicos fallunt; sunt enim fibræ sanguinis, sine quibus, illa befactata naturæ humanæ œconomia, diu perseverare rectè nequit, optimæ nutritionis, ac virium stabilimenti auctores: His enim depactis à putredinis vi, in febribus pestiferis, sanguis emissus non concrescit; ac calamitosum id esse sæpe observavi. Robustissimi tauri sanguis, fibris abundat, ac propterea effusus, ilico concrescit, ac eâ vi perniciem Themistocli intulit; haustus etenim in casei duritiem firmat se in ventriculo. contrariâ vi, imbellium ceruorum sanguis non concrescit, ob fibrarum vacuitatem. Mulieres in porcino sanguine fibras agnoscunt, quem ad farcimina expetitur studiosissimè atterunt, dum, fibris fractis, fluxus euadat sanguis.

Sed iam videamus quænam sint illa remedia quæ sanguinem blandiorem reddant, **HVMOREM EXCREMENTITIVM SEPARANDO.**

**HVMOREM EXCREMENTITIVM SEPARANT**

**ANTIDOTA**, nam id peculiari quadam vi efficiunt. **THERIACA**, mithridatium, bezaar: maximè si fuerint corpore frigidiore, tempusque si fuerit hybernum: syrupus de corticibus citriorum: malum citrium coquitur in aqua rosata ad tabè, aspergitur manu Christi. decoctum feminum citriorum, melissa, myrrhis, carduus benedictus, angelica, rosmarinus, peruin-

ca, petasitidis radix, ex vino absinthij, dictamnus. **ET QVÆ LO-** *Mistria.*  
**TIVM** prouocant, talia sunt quæ scrosam substantiam gerunt, vt serum lactis, & Anglorum possettum, quod fit ex vino albo, & succo petroselini, quibus affunditur lac bulliens: cremore abiecto, vtuntur ferro, vt vidi cum illis medicinam facerem, opiatum ex succo iuniperino, cum saccharo. mulsâ, & liquiritiæ decoctum.

**ET QVÆ SVDOREM** *Sudorifica.* eliciunt, vt ea quæ sortita sunt substantiam aquosam, quæ tamen ad aëream naturam abeunt, ac tenuem compagem habent: talis est aqua calida thermarum, aqua hordei tepida, guaiaci, vel sarzaparillæ, vel chynæ, & petasitidis radicis decoctum. Debet sudorificum potentius esse diuretico, quale illud est, quod, vbi de bile hîc paranda agimus, describimus. Nisi febris obstiterit immanitas, vtendû erit calidioribus: alioqui, diuretici illius propinabimus vncias duodecim. Si puluere vtendum, tenuissimus ille sit, vt capillorum Veneris, ceterachi, cum dictamno. Et capite de Purgantibus, sudorifica describimus.

**FORIS** mouent **SVDOREM**, *Foris.* oleum amygdalinum, cum aqua dulci, vt laxetur corpus, & temperetur acrimonia: Auicenna miscet quid vini tenuis, quo penetret: lenis fiat frictio, quod peruadat liquor. Accipe olei amygdalini dulcis, aquæ communis, singulas vncias duas: vini albi tenuis, semunciam: vnge. Sed tunc non adsit flagrans febris. **ET QVÆ ALVVM** *Lenientia.* ducunt **PINGVIA**, quale butyrum, **Hh 3** oleum,

oleum, spinachia, malua: Quare præclare illud Hesiodus, Νήπιος ἐδ' ἰουσιπ' ὅσον ἐν μαλαίχῃ μέγ' ὄνειπερ. hoc est, stulti nesciunt quantum auxiliij maluæ insit: & Horatius, *gravi Malua salubres corpori*: existimo per maluas, cunctas herbas ventrem sine iniuria mollientes intelligi. **ET QUÆ VISCIDA & LENTA** aluum soluunt, vt cassia, ficus, pruna, passulæ; vnciarum duarum pondus, harum coctarum ante pastum sumitur. **DULCIA** ventrem quæ laxant, vt mel, saccharum, manna. **SUBAMARA**, vt sal, thermæ nitrifæ, & sulphuræ, ius galli veteris, & pulli validè excoctum. **AMARA** in ventris solutione sunt potentiora, vt aloë: syrupus de fumaria: & quæ ex his remixtis committuntur. Præterea multa eorum quæ leniter sanguinem ab inquinamentis fædororum succorum abstergent: illa scribemus vbi de lenientibus medicaminibus, & de modestè purgantibus.

**ATTENUANDO CRASSVM SANGVINEM.**

Subamara id officiosè præstant, vt sonchus, cichoreum, endiuia, carduus benedictus, fumaria. Syrupus de limonibus, & de citrij acido; oxysaccharum: quatuor semina frigida maiora. Plurima remedia hac facultate insignita trademus mox vbi de pituitæ præparatione: qualia & de bile describimus, vbi, quæ eius ferociam domant, & vnâ vrinæ mouent. Succus radicis fœniculi, cum oxymelite. oxymel in quo serbuere frondes nucis.

**INCRASSANTIA SANGVINEM.**

**INCRASSANTIA SANGVINEM.**

Ea quæ frigent ordine primo, quæque madent secundo: vt lactuca primis epulis sumpta, vel ex aceto elixa: borago, violaria, fantala, buglossum, filicis radix; hinc eius decoctum fistulas ex sero sanguinis obortas curat: papaueris semen & flores: Portulaca, & eius caules, quos, vt asparagos coquebat quidam, æstuanti sanguini in febris obnoxius, aceto & pauco oleo condiebat, & se maximè recreari eorum usu affirmabat, & nos obseruauimus. Semen althææ, lenticula palustris. Iuscula vitulinæ carnis, alterata portulacâ, lactucâ, acetosâ.

Portulaca, asparagi.

Cydonia mala: cerasa acidula: prunodaetyla quæ Damascena vocant, saccharato liquore macerata: vna immatura saccharo condita; iuiubæ, sebesten: manus Christi perlata, cum santalis: **BOLVS**, conseruæ de acredine citriorum drachma: cum scriptulo boli Armeniæ. Acetosæ conserua, saccharum rosatum tabulatum, diatragacanthum frigidum, conserua rosata & violata. Pedes animalium, & gelatinæ; oryza, pyra, poma, symphyti radix & ius in quo ea coxit.

Condita & conserua.

Omphacium, syrupus de agresta, granatorum vinum & syrupus, **POTVS** ex aqua, saccharo, & aceto: sed cautio sit in hysteris, tenuibus, & in iis quibus mordet acētū intestina. **APOZEMA** clarum, foliorum lactucæ, endiuia, portulacæ, violariæ, singuli manipuli: iuiubarum & sebesten, viginti: quatuor seminum frigidorum minorum, vncia: seminis althææ drachma: flo-

Totulenta.

Cautio.

ma: florum cordialium, & papaueris rhœados, singuli pugilli: glycyrrhizæ rasæ vncia: coquatur ex aqua hordei mundi: in sesquilibra colaturæ, dissolue sacchari penidiati, syrupi violati, singulorum vncias duas: diatragacanthi frigidi drachmas duas: santali albi & rubri, scriptulos duos. Et quæ scribimus de hepatis roboratione.

**CALPACIENTIA**  
**SANGVINEM.**

Ea primo ordine caleant, ac mactentur secundo, vt betonica viridis, fumaria viridis, ceterachū virens, stœchas. Et quæ enarrauimus vbi de cordis & iecoris alteratione. Mala citria decem; conscindantur in multas partes; summitatū scordei, boraginis, manipulus: vini albi libræ tres; fiat distillatio: accipe duo cochlearia, cum theriacæ momento. ACCIPE aquæ vitæ, vncias tres: rosarum rubrarū, santalorum, cinnamomi, cuiusque scriptulum: maceretur, ac traice per setaceum: dulcorentur saccharo rosato: exhibe vnciam, cum pane calido. Offæ ex vino saccharo, & paucis cinnamomo: & ita poma cocta.

**REFRIGERANTIA SANGVINEM,**  
*ac eius ebullitionem sistentia.*

Modestè aperiant, vt cichoracea, viola, nymphaea, lactuca cocta cum endiuiâ, paucis aceto & butyro adiecto, vel eius trunci saccharo conditi: cucurbita saccharo condita. Fraga, prunodactyla, cerasa acida, aqua hordei, ceruisia tenuis, vini abstinentia, aqua cum succo granatorum, ptisanæ succus, panatella. Dulcia fugienda, quia validè nu-

triant, vt carniū copia. laudantur portulacæ maioris stolones: aquæ frigidæ potio: tamarindi.

Caphura, margaritæ, manus Christi, iulep violaceum, rosaceum & nymphaea, syrupus papaueris: Serapion de soncho, serapion acetosum simplex, serapium de endiuiâ, & rosatum, granatorum, de lupulis, ex acidula, de citreis; sitim extinguunt, maximè dantur dum vigiliæ non infestant: siccant putredinem, & venena debellant: Sit confectus syrupus ex maturis pomis, & herbis succulentis, ne adstringat, vbi febris putrida vrit: Galenus quarto simplicium non prodidit acetosam adstringere, sed inquit, ὀξεία ψυχρότης, λεπτομερής. hoc est: acida frigiditas tenuium est partium, modò adstrictio absit. Cum decocto cichorei, violarum, fumarizæ, lactucæ, portulacæ. hæc cohibent sanguinis efferuescentiam. diaprurnum non laxatiuum Nicolai, in Antidotario Florentino. Aqua distillata ex anguria, secretum quibusdam remedium in causo: nam ilico sanguinis æstum extinguit, ac febrem placat: Auerrhoës illud memoriæ prodidit. Ivs pulli cum acetosa, vel cucurbitâ. Aqua ex limonum succo, quæ in calente balneo maris vitreis organis elicitur, serapiis remissa. aqua solatri in qua persicaria maduit: quidam putredini Persicariam postea cōsecrant, ac id cœlitus ad eximendum malum facere existimant. Oleum caphuræ ex aquis frigidis, ardentibus febres & pestiferas abigit. Accipe succi anguriæ libras quatuor: sacchari libras duas: coque. Accipe succi

*Serapia,  
& iula-  
pia.*

*Oleum  
no.*

*Secretum  
remedium.*

*ad remissum*

*anguria & h  
sunt in su  
re d'egli l'humid.*

*Distilla-  
tum.*

succi granatorum acidorum, & dulcium; singulas binas uncias: resideant per noctem: postridie adde sacchari violati unciam, & aquæ rosatæ tantundem. Si pituitæ quid adsit, rhodostagmati succedat vinum: hoc roborat ventriculum & hepar, ac prostratum appetitum erigit. si obstructio adsit, adde aquæ hordei, vel endiuia, unciam. Succus endiuia, cum oxy saccharo. **DE COCTI** prunorum, uncia quatuor: sacchari violati semuncia: vel tamarindi. Talia multa de bilis præparatione scribimus.

**SICCANTIA SANGVINEM.**

Superflua discutiendo, ut fœniculum, petroselini radix & semen: Punicum malum, daucus. Et quæ amara calent in secundo ordine, ut absinthium, mentha, hyssopum. Talia, quæ pectori unâ student. Abithenna dat lentes, & iuiubas. dicet quis, sunt mali & crassi succi. Respondemus, dat loco remedij, quod putredini resistent, & non loco cibi. Conseruæ boraginis, drachma; boli Armeniæ, scriptuli duo: vel scordei puluerisati, scriptulus. margaritæ, cornua, decoctum farzæ, radicem chinæ, vel assafras, &c.

**HUMECTANTIA SANGVINEM.**

Vnde cor madescat: quare sint aquea, & lenem quandam viscositatem gerant, ut ius pulli cum cucurbita recenti, vel anguria: cucurbitæ caro, decoctum ex floribus maluæ, violarum, nymphæ, boraginis: cochlearum aqua. **SYRUPS**, succi depurati lactuæ, portulacæ,

acidulæ, endiuia, boraginis, singulæ uncia: duæ: feruefiant parum, ac colentur: his adde succi depurati, uncias tres: succi limonum, uncias duas: sacchari albi, quod sufficit: coque ad syrupi consistentiam: aroma illi affletur drachma santalorum alborum, & scriptulo caphuræ, refrigerat & humectat: **ALTVS**, succi cucurbitæ, quæ maza obuoluta in elibano cocta fuit, uncia sedecim: sacchari albi uncia nouem: coque ad syrupi ideam. Syrupus de iuibis, de lactuca, de nymphæ, boraginis. **POTIO**, foliorum lactuæ, nymphæ, singuli pugilli: fiat decoctio cum aqua endiuia: Accipe decocti uncias quatuor: syrupi de iuibis, oxy sacchari, singulas uncias: subtiliorem sanguinem castigat, refrigerat, & vias parat. Hordei decoctum, cum syrupo violato, vel cum iulapio. fructus ut poma, pyra, passulæ; caro vitulina.

**COMPOSITA QUÆ IN VSU SUNT, PURIOREM SISTENTIA SANGVINEM.**

**SYRUPS** de granatis dulcioribus, & de limoniis, de acredine citreorum, de buglossa, syrupus de pomis simplex, syrupus de endiuia simplex, & compositus. Aquæ vel Decocta acetosæ, pentaphylli, buglossi, scordei. Conseruæ florum cordialium & melissæ, conserua roris marini. his miscetur semen citreorum, & acetosæ.

Hæc in sanguineis febribus suam utilitatem agnoscunt.

*Lentes.*

*Syrupi.*

*Portio.*

*Usus horum.*

**CA.**

## CAPVT XVII.

**PITVITAM ALTERANTIA**  
*intra venas contentam, quæ est pu-  
 rior quatuor humorum nutritioni  
 dicatorum pars. Ad febres Pituito-  
 sas curandum utilis historia.*

**PITVITAM** quandoque alte-  
 ramus eam quæ est in venis, &  
 est quarta pars sanguinis alimenta-  
 ria. Quæ enim est excrementitia, à  
 sanguine separata est, ac aliquâ pe-  
 culiari in parte concepta: de cuius  
 præparatione antè egimus. Sed ab  
 hac, sanguini remixtâ luxuriante,  
 vocatur sanguis pituitosus: De hu-  
 ius præparatione iam agimus; com-  
 moditatem maximam in tractan-  
 dis pituitosis febribus hæc historia  
 præstabit. **ALIMENTARIAM**  
 itaque **PITVITAM**, hoc est, quæ  
 in venis resedit, alterabimus coctri-  
 ce vi hepatis & ventriculi firmatâ,  
 ac expeditis vtrisque visceribus ab  
 infarctu succorum: quin & mode-  
 stum quendâ calorem afflabimus  
 cum hepatis, tum ventriculo: ac vri-  
 nalibus remediis pituitosum hunc  
 sanguinis succû abstergebimus ab  
 inquinatis ichoribus. his medica-  
 minum impulsibus ad antiquum  
 splendorem, nutritiamque vim re-  
 uocari poterit. Hanc operam nobis  
 dabunt remedia quæ sine adstri-  
 ctione calent, attenuant, incidunt,  
 & quæ detergent.

His itaque legibus pituita, quæ à  
 sua natura abiit, ad pristinam eu-  
 crasiam reuocari poterit, hoc est, ad  
 suam qualitatem, & ideam pecu-  
 liaris suæ consistentiæ. Ita enim à  
 summo **DEO** comparatum fuit, vt  
 cuncta in corpore humano rapido

æstu torrerentur, ni obstaret pituitæ  
 mador ac rigor: quod enim in ma-  
 gno hoc mundi teatro est aqua, à  
 quâ cuncta recreantur, id in corpo-  
 re pituita.

## CAVTIO.

**QVÆ** pituitam ad exclusionem  
 parant, incunte eorum vsu non sint  
 validè aperientia, nec vehementer  
 æstuantia: ne materia liquata ac fu-  
 sa, maiori mole turgescat ac dolo-  
 rem inferat: sed puriore corpore in  
 vsum ducantur. Quare quæ reme-  
 dia ardentiorum vim spirant, viri-  
 dia decoctis imponantur, ne ni-  
 mium siccent. Quod si copia viri-  
 dium absit, addantur siccis semina  
 frigida, borago, aut passulæ. Sin te-  
 nuis pituita in vitio fuerit, ac fluxa,  
 vt in catarrhis & arthritide euenit,  
 non attenuanda erit, dum in fluore  
 est, nec quoque multum detergen-  
 da. His remediis locus est in omni  
 parte, attamè quæ parti student re-  
 misceri debet: vnde, ex his maxima  
 remediorû varietas effingi poterit.

**CAVTIO** adsit vbi multum  
 diuque apozematis vtendum erit,  
 vt tandem cum eorum vsu, pastil-  
 los robur afflantes hepatis commit-  
 tamus, ne malum in hydropem aut  
 lienis tumorem abeat: quales sunt  
 trochisci de absinthio, qui efficaces  
 sunt: & trochisci de eupatorio, de  
 capparibus, de rosis sine scammo-  
 nio. Propinantur à scriptulo, ad  
 drachmæ pondus. Vt, trochisco-  
 rum de absinthio, scriptuli duo:  
 cum melle rosato fiat **BOLVS**, vel  
 pilulæ duæ: & mox superbibat  
 apozema; ita ad remotissimas par-  
 tes sese traicient, aperient & ro-  
 borabunt.

Pituita  
 multi-  
 plex.

Usu.

A validè  
 sicanti-  
 bus absti-  
 nendum.

Tenuis pi-  
 tuita.

Utilitas  
 pituitæ  
 aliment-  
 riæ.

QVÆ VENTRICVLI CO-  
CTIONEM *promouent.*

*Simpli-  
cia.*

Omnia modicè calfaciant cum quadam astrictione: talia sunt, cuncta quæ cibi fastidium discutunt, vt absinthium & eius syrupus. Sed cauendum ne vsu astringentium altiùs imbibatur materia. Betonica, mētha, chamæpitys, pentaphyllon, ruta, rosa, saluia, origanum, serpillum, pulegium nauſeam sedat, ſatureia quæ & thymbra, ſemen aniſi, fœniculi, maiorana. Aqua liguſtici, ad inflationem ſtomachi præcipuè valet. Galanga, lignum aloës, cinnamomum, nux moſcata, & cætera aromata: cortices citrij, diaſpoliticon Galeni apud Antidotarium Florentinum. aromaticū roſatum, diagalanga, diacyminum.

*Species.*

*Potulen-  
tia.*

Syrupus cōſeruationis corticum citriorum, & conſeruationis myrobalanorum. vinum roſi marini, vinum nobile, muſſum, anethinum vinum, mel roſatum colatum: mel, roſæ, aniſum, & crocum vino iniiciuntur. Decocta aromatizentur cinnamomo.

*Electa-  
rium.*

ELECTARIUM, ſpecierum aromatici roſati ex deſcriptione Gabrielis, drachmæ duæ: pulueris diacalaminthis, drachma: diatrion- piperij, ſcriptuli duo: conſeruæ anthos, & roſarum, ſingulæ vnciæ mediæ: ſacchari ſeſcuncia: ſyrupi de mentha, quod ſufficit: ſumat ſemunciam ante cibum.

*Victus.*

Cibus paucus, coctū facilis, & qui facilè diſtribuitur: ſit conditus ſaluiâ, roſe marino, maioranâ. Melicratum in quo coxit hyſſopum, origanum, pulegium, thymus, modò non febricitet.

EMPLASTRI de maſtice, emplaſtri pro ſtomacho, ſingulæ vnciæ: galangæ, coralli rubri, cuiuſque drachmæ duæ: cum oleo cydoniorum, fiat ad ſcuti formam: tempore paſtus deponatur. VNGVENTVM ex oleo macis, cū oleo caryophyllum; adde maſticen, corallum, mentham, roſas, coriandrum, absinthium: vnum horum.

QVÆ SECVNDVM COCTIO-  
NEM *in hepate roborant:*

VT muſſa, quæ hîc optimè ad ſalutem facit: nam pituitoſi temperie non ita ſunt picrocholi, nec *με- γάλοςπλαγχοι*: his enim eſt inimica muſſa, inquit Hippocrates libro tertio De morbis acutis: nam ab illorum hepate crudior muſſa rapitur; hinc obſtructionem parit, ibique flatus ægrè diſſipabiles, & æſtu incendit viſcera, quæ accenſa bilem generant à ſanguinis ſecretione ſegregatam, quæ omni ſero ſanguinis exhausta eſt, ac craſſiore parte ad inteſtina detruſâ, dyſenteriam calamitoſam excitat. Duo autem ſunt melicrati genera, vnū ex melle crudo, alterum ex cocto: priore, tormina cit Hippocrates in grauidis. Hodie loco melicrati vtuntur hydroſaccharo, ex libâ aquæ coctæ, cum ſacchari vnciis tribus, & drachma cinnamomi: traiciunt per manicam Hippocratis. Conferunt & vina non vetuſta, odorifera: ſalvia, hyſſopus, fœniculi ſemen & aniſi, angelica, ſcolopendria, capillus Veneris, fumaria, eupatorium & eius ſyrupus, thamarifcus, hepatica, pulegium, chamæpitys, citriorum malorū ſemina, absinthium, ſatureia, paſſulæ, ſerpillū, praſſium, betonica.

*Foris.*

*Muſſa  
vtili  
pituitoſis:  
inimica  
biliſis.*

betonica. Aqua distillata ex gentiana, & aqua ex tenerrimis foliis eryngij. Cinnamomum, cortices citriorum, calamus aromaticus, diarrhodon abbatis. **BOLVS**, conferuæ rosatæ, drachma: theriacæ drachma semissis: nam scripsit Auerrhoës, theriacam prodesse in febribus, vbi adest succorum prauitas. Chynæ radicis decoctum, & guaiaci, & saffras, syrupus de hyssopo. Iuscula condiantur caryophyllis, cinnamomo, galanga. Conferua florum cichorei, saluix, capillorum Veneris, stœchados.

**QVÆ APERIUNT OBSTRUCTIONEM ventriculi & hepatis:**

*Detergentia, πύπτικα.*

**VT** agrimonia recēs, hyssopum, pulegium, cichoreum, eupatorium, pentaphyllon, pimpinella saxifraga, chamæmelum, asparagus, lupulus, ruscus, fumaria, tamariscus, trichomanes, adianthum, dictamnus Creticus, stœchas, calamintha, mercurialis cum cicerum decocto: apium, sed epilepticis inimicum, & fœtui & lactanti: intybi omne genus, absinthium, aristolochia, centaarium, fœniculum, betonica, prassium.

**RADICES** ireos, rubiæ, asari, cyperi, eryngij, valerianæ, pœoniæ, dauci, capparum, quinque radices aperientes. Semina anisi, sileris montani, hyperici, libyistici, dauci; graminis radices, capparorū vsus. **POTIO**, syrupi de betonica, oxymellis simplicis, singulæ drachmæ sex: decocti betonicæ, & petioselini vnciæ quatuor. Ita si febris notha adsit tertiana, miscemus agrimo-

niam, cichoreum, quinquefolij radices. Et lubentius vtemur Syrupo cichorei quàm de endiuia, aut de soncho syrupo; nam scripsit Galenus cichoreū refrigerare sine noxa ventriculi, qui languet vbi pituita molesta est. Syrupus acetatus diarrhodon Mesuë, in Antidotario Florentino, syrupus capillorum, syrupus de Byzantiis, & syrupus acetosus simplex & cōpositus & de radicibus, syrupus de duabus & quinque radicibus. oxysaccharum, oxymel compositū & scylliticum: hydromel, quia his est oureticum. Galenus octauo Methodi, maximè laudat oxymel; sed in febribus accipiat magnam aquæ copiam. Nam oxymel neque calfacit neque refrigerat, aperit, deterget, & non accendit febres. Galeno laudatum in omnibus putridis, adè vt nec continuas exceperit. Dum enim doceret vacuato corpore delendas obstructions, inhibendamque putredinem, examinat cuncta quæ per febres id possunt: In alimentis quidem, vbi refrigerandum, ptisanam laudat, & in frigidis mulsam: & 8. Methodi in medicamentis oxymel censet: Oxymel, inquit, solum nec febres incendit, & strenuè deterget, & aperit: Et libro 11. cunctis ætatibus vtile asserit: Et ait, aceti accisione parati vt nec tusses excitet, nec neruosa lædat, aut radat. In febribus præscribitur non refrigerandi gratiâ, sed ad tollendas obstructions, detergēda glutinosa, crassa attenuanda, & putredinem debellandam. de hoc etiam diximus libro primo, vbi De Apozematibus.

Species.

Conferua.

Simpli-  
cia.

Potio.

Cicho-  
reum.

Syrupi.

oxymel.

Oxymel.

In omni  
by spiritibus  
Oxymel  
ferua

## OBSERVATIO.

SPLENI aperientes syrapi conueniunt, minus astringentes: at HEPATI minus aperientes, at magis stringentes. Qui tenues calidi syrapi, acetum accipiunt, LIENI potius dicandi, quàm hepatis.

Trochisci.

TROCHISCI de eupatorio, rhabarbaro, absinthio. PILULÆ, Trochiscorum de absinthio, drachma: succi apij quod sufficit; fiant pilulæ decem: sumat manè, ac superbibat vini vncias duas, cum aqua graminis & cassuthæ.

Apozema.

APOZEMA, hyssopi, manipuli quatuor: saluix, rorismarini, singuli manipuli: coque ex hydromelite, ad tertiæ partis consumptionem, vtatur pro potu, ad dies quadraginta. Aliud, capillorum Veneris, ceterachi, radicum fœniculi, & asparagi, singuli pugilli: fiat decoctio: huius accipe vncias quatuor: syrapi de mentha, vel cichorei si febricitet, syrapi de duabus radicibus, singulas semuncias. ALVD Syrapi Byzantini (validè aperit, attenuat, incidit) syrapi de radicibus, singulæ vnciæ duæ: decocti arthemisiæ, radicum asparagi, fœniculi, corticum capparorum, vnciæ iij.

Cautio.

CAVTIO: Ineunte morbo præscribemus ea quæ moderatiùs aperiant: alioqui exhauriuntur tenues partes, ac reliquæ lapidescunt in inuictum ferè malum. Quare primò vtentur tenuantibus, abstergentibus, aperientibus: hac serie, primò melle rosato; deinde syrupo de duabus radicibus, acetato; hinc syrupo adianthi, endiuix cõposito, Byzantino. Vitentur pisces, legumina, porcinx carnes, & satietates. iuscu-

Series.

lis radices & herbæ incoquantur.

NOTANDVM quod scripsit Auerrhoës septimo Collectaneorum, se vidisse aliquos, qui ex immodico vsu syrapi acetosi simplicis, incurrere in hydropem: Id fit, quòd syrapius ille attenuat crassam pituitam, ac in aqueum madorem eam effundat. Trochiscorum roborantium vsu, hic metus declinatur.

Hydropis metus.

QVÆ CALFACIUNT  
iecur moderatè.

CALIDIS tenuantibus modestè vtendum, ne sese in madorem laxet fusa pituita.

Vt aër calidus & siccus, mōtanæ aues; condiantur cibi caryophyllis, cinnamomo, pipere, hyssopo, thymo; vinum tenue, & non dulce: vinum herbis medicatū. Succus carnis moderatæ, ouorum vitelli, passulæ, amygdala, strobili, id est, nuclei pinei, pistacia, porrum. Si febris adsit, ea ineunte, tenui victu vtatur dies octo, in iure pulli cum pauco pane (si vitium non in alimentali confederit pituita) hinc pleniùs; quia perennant hæ febres. Carnes fugiendæ agninx & vitulinæ; nam fœtæ sunt in pituitam: Quare Oribasius ad Eunapium, earum vsum etiam in valetudinariis improbat, vitulinæ lumbricis fatigatis pueris inimicæ sunt: nam & ipsi vituli ex lumbricis laborant; indicio, pituitescere hanc carnem ex facili.

Vitiis ratio.

Febris.

Vitulina caro.

OBSERVANDVM quòd vbi extra naturæ lineam abiit pituita alimentalis, nunquam tenui victu in principio vtendum erit. Dicit quis, malè igitur Celsus qui triuanam inediã præscribit in cottidiana febre. Respondemus, eum loqui



loqui de ea, quæ fit ab ingluuie. Varianda itaq. victus ratio, vt pituita fuerit calidior, algidior, benignior, vel prauior, pepasmi expers, vel compos. *Oleum* laudat Auerrhoës, idque ad temperiem nutare scribit, adeo vt pinguius reddat hepar, eiusq. substantiam incrementis quibusdã ab eo augescere prodidit, nobis incompertã ac abditã vi: & affirmat in sua regione homines solere carnes oleo incoquere: Quod Galenus etiam prodidit, vbi de simplicibus, coquos solere carnes oleo incoquere, vt suauiores redderentur. At nõne Galenus de attenuante victu, dicit, oleum non attenuare? dicimus, ab Arabibus commendari, non quod incidat, sed quod hepatis studeat. vel oleum mixtum cum aceto conuenit.

Salvia, ireos radix, absinthium, mentha & eius syrupus, betonica, hyssopus, thymus, cortex citrij, prassium, calendula, mentastrum, pulegium, calamintha & eius syrupus, melissa, nepitha, ocymum caryophyllatũ. Glycyrrhiza, anisum, fœniculum, enula, angelicæ radix, cinnamomum, aristolochia. Mel rosatum, oxymel vel acetum mulsum, decoctum guaiaci cum oxymelite, hydromel cum hyssopo & thymo: syrupus de eupatorio, & de prassio. mel mercurialatum, quod eodem modo fit vt rosatum, infusis foliis mercurialis: syrupus de hyssopo, de stœchade. Decoctum fœniculi, stœchados, hyssopi, saluiæ, petroselini. & hoc decoctum: accipe ligni guaiaci raspati ℥ ij. corticum eiusdẽ ℥ β. sallæ & chinæ radicum ana ℥ vj. macerentur in aquæ lib. iij.

& coquantur ad dimidium: colaturæ adde seminis cichorei & endiuie ana ℥ j. β. fiat emulsio. Si febris adsit, aqua saccharata, ex saccharo rubro. **CAVTIO.**

IN febribus, vbi corpus non assuevit frigida, vetriculo debili, aere frigido, sint potus actu calidi: nam vbi pituita molesta est, stomachus languet. Plura, vbi de humoris melancholici præparatione, cum sanguini mixtus fuerit.

#### QVÆ DIURETICA:

VT Mulsa in qua nonnihil saluiæ vel cinnamomi coctum sit: est enim Melicratum *μυρρικόν*, inquit Hippocrates, vbi nec sunt picrocholi homines, nec *μεγαλόσπλαγχοι*. Amomum, vel eius loco ribes nigra, adiantum, centaurium, pulegium, ceterachum, asparagi & radices, capillus Veneris, raphanus, & decoctum foliorum raphani, glycyrrhiza, semina ad flatum, carduus benedictus, chamædrys. Et ea quæ descripsit Galenus libello De victu attenuante. Fœniculi semẽ & radices, anisi semen, ciceres, lupini, radix pœoniæ, graminis, rusci, asari, quinque radices aperientes, semen fileris montani, dauci, ameos, rubia tinctorum.

Lixiuum ex cineribus iuniperi & vino ad vncias quatuor: validè vrinam mouet, adeo vt & hydropicos sanet. vinum absinthites. Syrupus acetosus simplex, & compositus; oxymel compositum & diureticum, scylliticum, & simplex.

VETERES herbas omnes calidas in hydromelite coquebãt: nam acuit earum vim; & melli plurima commoda ascripsere, adeo vt deci-

mam partem immortalitatis melli tribuerint. Sed in hydromele obseruandum, quoddam fermentatione fieri vinosum, quod fugiendum vbi caput dolet: nam id, non aliter ac vinum, plethoricis causis auget. Hoc sciuerunt etiam veteres: nam Paulus ab Ægina 3. libro 6, ita scribit, Hydromelum quod à Cebyra adfertur vinosum in paruis vasis, reprobandum est in Phrenitide, vt quod peiora detrimenta quàm vinum in talibus inducat, & præsertim in capitis affectibus, & ante coctionem. decoctio cicerum & alkekengi. **POTIO**, oxymellis scyllitici, syrupi de duabus radicibus, singulæ sescunciæ: decocti radicem petroselini, & saxifragiæ, libra. **ALIA**: foliorum absinthij, cassutiæ, florum sambuci, singuli semimanipuli: radicem asari, liquiritiæ, drachmæ duæ: infunde vino, sumat duabus horis ab hausto puluere diuretico.

*In feb. cottid.*

**SYRVPVS** cottidianis febribus utilis, radicem fœniculi, petroselini, apij, brusci, asparagi, singulæ vnciæ: hyssopi, vnciæ duæ: capillorum Veneris, semilibra: menthæ, absinthij, cichorei, scolopédriæ, lactucæ, singulæ vnciæ duæ: seminum frigidorum maiorum, seminum violarum, brusci, asparagi, endiuia & scariolæ, cuiusque vncia: laccæ, spicæ, schœnanthi, cuiusque drachmæ duæ: cum aqua, saccharo, & melle rosato fiat syrupus.

**OBSERVATIO.**

**INITIO** vtatur syrupo acetoso simplici, & de Byzantiis, deinde acetoso cum radicibus, & oxymelle composito. **SEROSIS** rebus dele-

stantur renes, ac illas facilè in sese rapiunt: vt vterus dulcibus afficitur.

**OBSERVANDVM** in febribus mixtis à pituita & bile, quòd quòd prolixius vtendū fuerit **DIURETICIS**, hoc magis pituitæ dicata remedia in vsum vocabimus. Quare ineunte eorum vsu, vtentur seminibus frigidis maioribus; at vltimò radicibus asparagi & petroselini: pedetentim tamen accessione facta: Nam primò accipiemus vnciam seminum melonum; & seminis fœniculi scriptulum: hinc adiciemus semidrachmam fœniculi, dum in drachmam euaserit accessio; redeunte interim melonum semine in semidrachmam. His adde- mus aquæ hordei, aut decocti capillorum Veneris cum ceteracho, vncias octo, vel decem. **FOMENTATIO** pubis & perinei cum decocto parietariæ, radicem asari, & petroselini, in vino.

*Series re-  
mediorum.*

*Foris.*

**CATAPLASMA** ex parietariâ coctâ cum vini parte, addito oleo scorpionum, pubi perineoque admotum. Vnguentū Agrippæ, cum oleo scorpionum pubis regioni illitum. **OBSERVATIO.**

**FIANT APOZEMATA** ex hydromelite, etenim robur feruentium medicaminū purius ac validius in hydromel quàm in aquam transfertur: mitescit enim vis calidarum herbarum affusâ aquâ. Veteres tufas siccas herbas dabant ex hydromelite. Si acorem petat æger, macerentur radices coquendæ horis sex in aceto acerrimo. Aromatizentur Apozemata semidrachmâ zinziberis, vel duabus vnciis aquæ cinnamomi distillatæ.

*Hydro-  
meliti ca-  
lida inco-  
qui debet.*

*Quo mo-  
do offe-  
renda.*

**SI VI-**

SI VIRIBVS integris translatione medicatarum virium in distantissima loca opus fuerit, hæc remedia cocta aut trita in iusculo guaiaci, & cum magna liquoris copia offerantur. De Diureticis obseruationem vide, vbi de Bile.

## CAVTIO.

A validè aperiensibus abstinendum in ingrauidata fœmina, quæ, cum expedita à fœtu fuerit, leniùs illa feret. Et semper à moderatioribus auspicanda erit curatio: quæ enim valentiora, ineunte morbo ac cruditatis cum plena sunt omnia, præscribuntur, absorbent partes tenues, ac crassas relinquunt: fitque insanabile quod primùm curabile fuerat. Igitur quinque vel sex diebus, mitioribus paretur succus, & excludatur.

*Composita quæ sunt in vsu alterantia pituitam, intra, vel extra venas.*

## CRASSAM PITVITAM alterantes SYRUPUS:

Syrupus de eupatorio, de stœchade compositus: de calamintha, de iua, oxymel compositum & scylliticum: syrupus Byzantinus cum aceto compositus; syrupus de betonica: syrupus acetosus de duabus & de quinque radicibus. hi cum quadã apertione calfaciunt. OBSERVATIO: Syrupi qui acetum habent, maximè calidi & attenuantes, spleni aptiores sunt quàm hepati. Decoctum fœniculi, rutæ, eupatorij, iuæ, verbenæ, chelidonij, apij, satureiæ, petroselini. decoctum, quinque radicum aperitiuarum ac temperatarum in aceto, singule semuncie: origani, calaminthæ, hyssopi,

betonica, chamædryos, singuli semimanipuli: anisi, fœniculi, cuiusque drachma: passularum semuncia: stœchados vtriusque pugillus: fiat coctio ex hydromelite; in fine adde mel & acetum, & iterùm ebulliat. OBSERVATIO:

Si febris fatigarit, eâ ineunte, vtatur melle rosato cum decocto capillorum Veneris & buglossi: & septimo die à præparatione vacua. Deinde veniat ad vsu oxymelitis simplicis & syrupi de duabus radicibus: cum decocto fœniculi, endiuæ, buglossi; & à tertio die vacuetur. Tertio, cum aliquot dies pax à remediis fuerit, dabimus syrupum Byzantinum, de radicibus, & adianthi: cum decocto fœniculi, absinthij, buglossi. Si Alimentaria pituita crimen habuerit, miti medicamine vtendum erit; mellis rosati, syrupi acetosi simplicis, singulæ vnciæ: decocti cicerum, liquiritiæ, apij, ceterachi, vnciæ quatuor, aperit, incidit, attenuat, calfacit modestè, id efflagitat pituita naturalis: imò puli decocto potiùs includi debent alterantia remedia.

## TENUEM PITVITAM alterantes Syrupi.

SYRUPVS de betonica, liquiritia, arthemisia, de pomis compositus, de stœchade simplex, de hyssopo, prassio, menthâ, absinthio, syrupus de cichoreo sine rhabarbaro compositus, syrupus acetosus compositus, mel rosatum, mel violatum: oxymel simplex. hæc lenem astrictionem habent & abstersionem.

AQVÆ & Decocta, betonica, saluiæ, hyssopi, capillorum Veneris, prassij, menthæ, euphragiæ, scabiosæ,

*Series remediõrum.*

*Syrupi.*

*Potulenta.*

*A validis abstinendum.*

*Aqua decocta.*

bioſæ, polytrichi, abſinthij, eupa-  
torij, maioranæ, roriſmarini, me-  
liſſæ, fœniculi.

IULAPIVM, ſerapij de ſtœ-  
chade, de hyſſopo, & mētha, quan-  
tum placet: aquarum menthæ, be-  
tonicæ, meliſſæ, duplum: aroma in-  
fundatur à cinnamomi drachmis  
duabus. OBSERVATIO.

Si res cum peculiari parte fuerit,  
quæ illi ſtudēt in qua latet materia  
morbifica, copioſius affundantur.

CONSERVÆ:

*Conſerua  
& ſpecies.* Acori, ſtœchados, roriſmarini,  
enulæ campanæ, cortex citrij con-  
dita, zinziber conditum, eryngij ra-  
dices conditæ.

ELECTARIA.

Diamoſcū dulce, pleres archôn,  
pleres cum muſco, electarium de  
gemmis, diagalanga, diairis Sala-  
monis, & ſimplex: aromaticum ro-  
ſatū Gabrielis, diambra, diatrion-  
piperion, diamuſcum. Mithrida-  
tium, theriaca, aurea Alexandrina,  
trifera magna ſine opio. Doſiſ  
eorū eſt à drachmæ pondere ad ſe-  
munciam molē, cum aqua ſcabiola.

CAPVT XVIII.

*Bilem alterantia intra venas conten-  
tam: quæ eſt purior quatuor ſuc-  
corum nutritioni dicatorum pars.  
Commoda res bilioſis Febribus.*

*Bilis va-  
ria.* BILEM quandoque alteramus  
eam quæ eſt in venis, quam ali-  
mentariam vocamus; quæ longè  
alia eſt ab ea bile quam excremen-  
titiam dicimus. hæc cūm luxuriat  
in ſanguine, bilioſum ſanguinem  
tum eſſe affirmant medici. Id cūm  
fit, extra naturæ lineã ſanguis abit;  
ac ad priſtinam temperiem & mo-

derationem reuocandum eſſe, do-  
mitã bile ac eius ferociã acciſã, Na-  
tura clamat. Hoc fiet, PRIMÒ,  
temperando rapido æſtu incandef-  
centem ſanguinem bilioſum: SE-  
CUNDÒ, ſi facilem reddiderimus  
euentationem arteriarum: TER-  
TIÒ, hepatis παρέρχυμα, id eſt, af-  
fuſionem carneam, modeſtè increſ-  
ſando: QUARTÒ, venarum ten-  
ſionem laxando. QUINTÒ & po-  
ſtremò, ſpiritus naturales fouendo.  
Antiqui maximo ſtudio captabant  
AQUAM frigidam, quã, æſtu in-  
candefcentem bilem, ſub rapido  
Caniculæ igne extinguerent: qua-  
re ex niuibus eam refrigerabant.  
Athenæus refert id ex Alexi, tertio  
Dipnoſoph: ita & Galenus ſexto  
Epidemiôn ſectiõne quartã, narrat  
Alexandriæ Ægypti ſolemne fuiſſe,  
vt Sole tepentem aquam, vafiſ fi-  
gulinis iniectam, in fenestris ad  
ventorum incurſus exponerent, vt  
totã nocte frigus biberet; dein ante  
ortum Solis humi poſitam, foliis  
lactucæ & pampinis iniectis frigi-  
dam tuebantur. Plutarchus ſexto  
Sympoſiacõn, cotibus & ſilicibus  
aquæ iniectis id fieri prodidit. ſed  
nobiliffima fuit decocta Neronis;  
is enim vt niuis voluptate ſine ni-  
uis iniuriã frueretur, aquam fer-  
uentem vitro demiffam in niues  
refrigerari curabat: hoc voluit Ga-  
lenus ſeptimo Methodi, vbi δεκόν-  
ται Romanis vſitatam affirmat.  
Iam innoxie crudior aqua hauri-  
tur ac iucundè, affuſo iulapo roſa-  
to Alexandrino.

CAVTIO.

Sed in AQUÆ exhibitione (quæ  
plerumque bilioſis expetitur) Cau-  
tiones

*Quo mo-  
do.*

*Aqua  
frigida  
antequo-  
rum.*

*De aqua.*

tiones obseruandæ ex Hippocratis sententia, qui tertio De morbis acutis scripsit, πλημμυεῖδα τινὰ ἐμπιεῖ, ἔδ' ἐ δὴ φαν παύει, ἀλλ' ἐπικραίνει χολῶδες ὃ φύσει χολῶδες, ἢ ὑποχονδρῆϊα κακὸν, ἢ σπλιῶδες ἀυξητικὸν, ἢ ἥπατος ὄσιν βραδύπερον ὃ διὰ τὸ ὑπόφυχρον, ἢ ἀπεπτον, ἢ ἔτε διαχωρητικὸν, ἔτε διαρητικὸν, ἢ ἀκοπρὸν ὄσι. hoc est: madoris abundantiam quandam inducit, quòd bilem quasi pituitescere faciat: neque sitim sedat, quòd non sit meabilis aqua, sed vehiculo opus habet aceto: sed amarescit, & cunctando putrescit: est enim biliosa homini bilioso, nam degenerat in bilem: & hypochondriis molesta: lienem auget & iecur, vbi phlegmone obsidentur, vt qui in causo aquam hauriunt plenâ manu, his, à liene æstuante attracta, in epiploum deponitur: atq. aluum stagnantem reddit: nec vrinas promouet; est enim pigra in meando, nã est frigida & coctionis expers: ad hæc mala istud etiam accedit, quòd sit stercoris expers. Hæc mala si absint, detur aqua frigida; nam materiam vacuat, calorem extinguit & corpus humectat. Detur magna copia: nã inquit Auerrhoës, præstat morbum reddi longiorẽ quàm ægrum iugulari. **M O D V S** vtendi sit, vt primò propinetur tepida, hinc frigida: vel primùm hauriat cyathum olei rosati, vt muniantur ventriculi parietes: ita antiquus medicus docuit Philumenus: non tamen crudam dabant antiqui, sed coctam cum pauco melle. Sed vt commodè detur, collimare debemus ad res præter naturam, nempe morbum, causam morbi, & ad symptomata.

Si materia morbifica fuerit crassa & frigida, ab eius vsu supersedebimus: Sin calida ac tenuis materia fuerit, hæc propinabimus. Sit morbus calidus & siccus. Res naturales quoque explorandæ, vt consuetudo, habitus carnosus, iuuenis. **E O T E M P O R E** cum signa coctionis apparent in vrina, & pulsus robustus fuerit. Iam tradendum quibus medelis ad naturam redire possit Bilis nutritia: si enim extra venas maiores aliquam in partẽ transfusa alteranda fuerit, id docuimus vbi de variis partibus ab illa obsessis.

Quando danda.

*Quæ calorem temperant.*

**V T** lupulus, aqua graminis, rosa & eius syrupus & iulep Alexandrinum, quod libro primo descripsimus: acetosa cum radicibus, viola, cichoreum, dens leonis, sonchus, buglossum quod moderato madore perfusum est, borago, endiuiâ, lactuca, tussilago, capillus Veneris, asparagi, graminis radices aceto maceratæ. Iuscula alterata herbis. Semen papaueris albi, cucurbitæ, citrulli, lactucæ, santala, tamarindi, passulæ, iuiubæ, vua spina, cerasa. **D E C O C T V M** acetosæ, cichorei, lactucæ, quinquefolij radicis vbi crassior bilis, cum syrupo acetoso simplici, & violato.

**S Y R V P V S** nymphææ, aqua citriorum malorum, syrupus de endiuiæ succo, & de endiuiâ compositus. Syrtipi acidi, limonum, aranciorum, citriorum acidorum; nam sitim extinguit, syrupus acetosus simplex, oxyfacchar: emulsio quatuor seminum frigidorum cum syrups. Syrupus lactucæ & nymphææ vbi acrior est materia, ac vbi feruor

feruor febrilis incandescit, vt vigiliae cedant. Syrupus de succo acidulae, & cucurbitae.

## CAVATIO.

Quae huius bilis ferociam domant, non sint pure refrigerantia, sed vna naturae studeant; est enim Bilis alimentalis quae naturae grauis est: vt syrupi cichoracei, de succo acetosae, rosarum, de capillis Veneris: fumantur cum iure pulli alterato cum aceto & cichoraceis.

Succus de ribes coctus cum aqua hordei, serum lactis cum cichoraceis, ptisana, aqua hordei, syrupus de rosis siccis, cum aqua datur in Cholera. Syrupus de cichoreo cum rhabbaro: aqua anguriae humectat & absterget: aqua cassutae. **POTIO**, syrupi de succo acetosae, syrupi acetosi simplicis, syrupi de succo cichorei, singulae semuncia: decocti endiuae, acetosae, hordei, vncia quatuor. **DECOCTIO** herbarum fieri solet ex aqua ad tertias. Sed decoctio in duplici vase magis probatur: nam ita vis herbarum minime euanescit. Vt, foliorum endiuae, acetosae, boraginis, singuli semimanipuli; aquae librae duae: coque per sex horas: accipe liquoris vncias quatuor: syrupi de succo acetosae, rosati recentis, singulas drachmas sex. misce. **NOBILIOR** tamen est **INFUSIO**, maxime vbi putret ab obstructione succus, validius enim peruadit quam decocta & aqua. Est autem infusio duplex; vna, cum medicamina funduntur in aquam feruentem, ilicoque obturatum vas imponitur cineribus vel furfuribus, vt perpetuo calore fruatur: cum aquae vim medicatam bi-

Observa-  
tio de in-  
fusis.

bit, exprimitur: vt foliorum endiuae, acetosae, buglossi, singuli pugilli: aquae hordei, quod sufficit, fiat infusio: & facta diligenti expressione bibat vncias quatuor, cum binis vnciis syruporum. **ALTERA**, cum infundimus in aquam non feruentem, & tota nocte macerantur; haec, non aequè ac prima vim rerum iniectionum elicit. Ita Galenus non veretur vti petroselino in tertiana: primo ad Glauconem. Accipe stillati liquoris endiuae & rosarum, libram: sacchari albi, vncias quatuor: coquantur in **IULEPVM**: misce aquae coctae duplum.

Iulep.

Sed **DICET** quis, maturatio fit à calore, cur igitur praescribis res frigidas? Respondeo, non ad coquendum, sed praeparandum. ita in casu damus syrupum nymphae, & papaueris: at tandem paratam materiam calorem fouemus syrupo de boragine, capillorum Veneris, &c. **OBSERVANDVM**: Galenum octauo Methodi laudare ad hanc rem oxymel: Auicennam laudasse syrupum acetosum, quod saccharum non aequè feruet ac mel: quare vbi corpora fuerint calidiora, hoc vtemur syrupo. Postea miscemus praeparantibus maturantia, dum manifesta signa coctionis edantur.

Dubium.

Quae facilem euentationem praebent à corde, arteriis, & pulmonibus; vt calor & spiritus vitalis recreentur.

**VT** rosa pallida, eius enim tenuis est substantia: & maxime rosa moscata, viola, nam alas pulmonum expandit omnes: melissa, flores buglossi, boraginis, acetositas citrij, lupulus, glycyrrhiza, passulae, cucurbita. Semen citrij, & acetosae, & frigida

frigida semina, poma odorata.

Syrupi.

Syrupus ex foliis melissæ, syrupus acidi citriorum, de iuiubis, de violis, de sebesten: de duabus & quinq. radicibus, de cucurbitæ succo, acetosus cõpositus aperit hepar & lienem, ac crassam pituitam extergit: ptisana: aqua infusionis seminis psyllij cum iulepo violaceo: saccharum penidiatum. Ouum in æqualem succum quassatione versum, lacti feruenti mixtum, cum pauco saccharo.

Aër ut frigescat.

AÉR sit moderatus, in madorem & frigus vergens. Irroretur pavementum aquâ frigidâ cum pauco aceto & aquâ rosatâ, insternatur pampinis, foliis arundinum, salicis, nenupharis, cucurbitæ, cucumeris. Parietibus appendantur lintea aceto aut aquâ egelidâ madentia. Vt hoc semel dicam: Aër frigus ducit nouem modis: primò copiâ ac frequentiâ eius: nam Aristoteles libro De respiratione scripsit, eos qui in pauco aëre respirant, suffocari; nam ilico ille calefcit, vt postea non refrigeret: quare vbi magna hominum turba calidum aërem expirat, ibi asthmatici viuere nequeunt. Secundò, bibit frigus aër ex flabello, quia nouus aër ad corpus appellit; hinc Aristoteles octauo Problematum scripsit, eos qui currunt magis rigere iis qui stant. Tertio, ex appositâ niue & aquâ circa lectum: olim Saraceni oblinebant ædes & parietes luto, & papyro, quæ est iuncus in Ægypto frequës. Quarto, parietes fronde salicum obducuntur, vel linteis aceto & aquæ rosatæ intinctis. Quintò, irroratione aræ: hinc fontes in cubili

Aëri unde frigus.

parantur dicti Silani à Celso, 3, 18. & à Lucretio, libro sexto, in fine:

*Corpora silanos ad aquarum strata iacebant.*

Sextò, ex Auicenna, si lecti fiant super foueam aquarum. Septimò, vt fiant lecti ex pilis camelorum, vt fit in Arabiâ: hâc, ex linteis substrato corio. Octauò, vt lectus conspergatur herbis: Nonò, vt propter lectum fragrantibus fructus ponantur.

*Lothi in aëre.*

VBI scriptores in febribus putridis aërem his commodum præscribunt, omnes vno ore affirmant purum eum esse debere, vt & Galenus secundo Methodi, eum frigidum & humidum exigit, quod repetit decimo Methodi. Dico iure ita decretum esse, attamen cum Dogmaticen profiteantur, existimo remedia ex natura causarum morbificarum proficisci debere. Quare

Notandū.

OBSERVATIONE dignum; aërem in his febribus indicari duobus modis: Primò, quò propriâ vi ad robur corporis refertur. Secundò, quo propriâ ratione respicit res contra naturam. Primo modo semper indicatur à viribus, vt eas seruet ac stabiliat. vires habitât in spiritibus corporis, succis, & partibus solidis. Spiritus seruantur spiratione; hinc aër purus esse debet qui vires conseruabit, & moderatus hic sit aër. At secundo, indicatur aër à rebus præter naturam, vt à materia morbifica: hæc aut putruit vel putrescere potuit. Si putruit materia, illi opus erit aëre sicco & frigido: vt in pestilentibus, nã cum putredo adest, sese sociat mador. Propterea Hippocr. in magna illa Atheniensium peste, ligna odorata ac coral-

Observandum de aëre.

los magnis passim accensis ignibus iniici curabat: nā imitabatur Acronem Agrigentinum, qui, ut refert Diogenes Laërtius, Empedoclis physici auctoritate commendatus fuit, primus sectæ empiricæ auctor. Ita arte correcto aëre, Empedoclem refert Laërtius, Agrigentum à peste conseruasse, factis vtribus ex coriis asinorum, hisque ventis expositis; vnde illum vocarunt *κωλυσιανέμαν*: Quamquam Plutarchus libro De curiositate asserat, illum fissuras montium obstruxisse, vnde venti in urbem spirabant. Sin non fuerit putrida materia corpore concepta, varius aër utilis erit, ut varius fuerit succus morbificus, biliosus, pituitosus, aut melancholiscens. **C A V T I O** tamen adsit ne res frigida adstrictionem aëri inferant: nam decimo Methodi iubet Galenus, ut etiam ardenti febrī correpta corpora tegerentur, ne ita obuia essent frigido aëri ut adstringerentur: nam semper aliquo modo tegi poterunt corpora; nec id febris impedit quæ frigus flagitat, quin adstrictionis metus vitari debeat.

*Quæ iecoris carnem tenuem modestè incrassant, & acrimoniam bilis retundunt.*

**V T** ptisana tota, quæ fit ex hordei excorticati parte vna & viginti partibus aquæ, coquuntur dum puls fiat: porcorum pedes, & capita: cydonia mala, pyra, passulæ cum acinis, & pruna: berberis, ribes, mala Punica, citria, arancia, pisces saxatiles.

*Simpli-  
cia.*

Buglossum, borago, portulaca & eius asparagi in acetarium cocti, lactuca, nymphæa, viola, son-

chus, endiua, folia & semen acetosæ: plātiginis radix, vel eius liquor, febres abigit: cyanus cum floribus suis, hypericum. Far, zea, amyllum, semen portulacæ; tamarindi, hoc est, dactyli Indici. Aqua tenerrimorum foliorum quercus distillata, cum aqua succi limonum, aqua distillata lentis aquaticæ. Aqua portulacæ, plantiginis, rosarum, solatri: aqua cocta cum aceto: nam acetum corrigit vitium aquæ, & auctor est ut frigus aquæ magis peruadat, & ut scripsit Hippocrates, pituitescit ab aceto bilis. Modestè tamen eo vtendum ne nerui lædantur.

Syrupus nymphææ, conserua rosarum, syrupus papaueris mirum in modum ruentem bilem sistit: oxysaccharum simplex & cōpositum, syrupus de rosis siccis, syrupus myrtinus & cydoniorum: syrupus de granatis, de omphacio vomitum compescit. Diacodium sine speciebus, diamargariton frigidum; diarrhodon abbatis, diatragacanthum, trium santalorum species, omphacium, syrupus acetosus simplex, oxalidis succus, syrupus acetosæ, oxyacanthæ succus in turgida bile, syrupus de portulaca cum pauco oleo vitrioli.

Accipe decocti herbarum frigidarum, libram: sacchari albi, selibram: vini granatorum fescunciam: vel aceti semunciam: santalorum alborum scriptulos duos.

**O B S E R V A T I O.**

**A P O Z E M A T V M** libra aromatizetur cum drachma santalorum. Si ventriculus firmior fuerit & aër calidus, vtatur actu frigidis; metu marasmi.

*Qua*

*Hor.*

*Sur in  
Dyfruct.  
Sph'mm*

*Syrupi &  
Species.*



*Quæ venarum tensionem laxant.*

AQVA cucurbitæ præstantissima est aduersus febres ardentes. recens cucurbita recenti pastâ vestitur, calente clibano cum pane assatur, aperitur, & aqua intus natans colligitur. vel tota cucurbita frustulatim secatur, fictili nouo includitur, coquitur, & exprimitur, saccharum additur.

Liquor cochlearû, testudinum, nenupharis, tussilaginis, buglossi: malua, althæa & ex eius muccagine cum saccharo cocta trochisci: borago, lactuca rubra illa & pinguis; coque folia lactucæ & endiuia cum acetosa & pauco cichoreo, cum butyro & momento aceti. radices buglossi, semen althææ. Cerebrû suis commendat Galenus ad Glauconem philosophû scribens; & Auienna hædi cerebrû laudat: Montanus existimat Galeni textum vitium habere: sed profectò cerebrum suis, suo madore bilis ferociam frenare poterit.

Iuscula pulli alterata foliis lactucæ & acetosæ: ptisana cum oui vitello: panatella. serum lactis, lac asinarum, ius galli iunioris, ptisana & cibus liquidus & sorbilis: aqua hordei, ceruisia tenuis: humidior cibus feruorem mitigat. Passulæ, iuiubæ, fructus autumnales maturi, non mangonio sed naturâ. Gloria- tur Trallianus sese domuisse fructuum pomaceorum vsu ferocissimas tertianas febres.

OBSERVATIONE dignum, veteres (vt elucet ex Tralliano) aliter quàm nos fructus coxisse: Persica inquit (vbi de Tertiana agit febre) in vaporem suspensa, & ab eo

solo cocta, veluti que condita: Galenus vbi recenset scripta Apollonij ad dolorem capitis, scribit fructus deberi coqui ad vaporé. Hæc COCTIO ita peragebatur, altam & aquæ semiplenam ollam accipiebant, illi crateré pro operculo imponebant, cui fructus pomaceos committebant, ac blandè coquebant. Scripsit D. Hieronymus epistolâ octogesimâ tertiâ, consueuisse coquos etiam phasianos hoc modo suauissimè coquere & parare gulæ. Nos diuisa poma patinæ imponimus, mox aliam superaddimus pro tegmine; ac ollæ plenæ aqua bulliente imponimus, ita blandè coquitur fructus. Melones vehementer commendat Trallianus, & cauliculos lactucarum, cucurbitas, & cucumeres.

Syrupus violarum, nenupharis, de iuiubis, de liquiritia, capillorum Veneris, boraginis, syrupus de pomis. Ouum concussum lacti feruenti ac ab igne remoto inditum.

Quies adsit & tranquillitas; nam scripsit Hippocrates, calidis naturis deberi ocium & aquæ potû. Somnus protractior.

*Quæ spiritus in hepate naturales temperie quadam nutriunt.*

Nam est bilis alimentalis quæ vitium contraxit, non autem excrementitia: quare plenius semper alendi sunt ægri huius calamitate qui pressi iacent: Quare & vinum concedendum.

Saccharum: id in eo notandum, quòd sitiferum sit, quamuis soboles sit eiusdem arundinis; ex qua Græci sacchar suum hausere: & terrestre; ex arundinibus longâ tritu-

*Fruity  
masc  
vgnand*

*Potulenta.*

*Syrupi.*

*piro sur  
non 2. mai*

*Fruitus  
coctio.*

*Saccharum  
veterum.*

râ & coctione paratum. Ast Græcorum istud est, quod arundines ultro exsudant, seu succulenta pinguedo, quâ fractæ arundines fundunt, ilicoque concrescens in pelucidum succum; tale ferè crystallinum candum saccharum nostrum est. Dulciarij panes, vt marsici, poma suauia, passulæ, nuclei pinei.

Lac humanum & caprillum, vinum aquosum, ptisanæ cremor, hydromel, ius pulli cum acetosa, endiuia, & aceto. Pisces saxatiles & squamosi, panis triticeus, recēs carnes tēperatæ, alæ auiū. Veneris abstinentia. Conseruæ florum cordialium. De his vberius, initio huius, vbi de alterantibus hepar.

*Quæ domant eius ferociam, & vrinas vnâ mouent.*

*Apoze-  
ma.* SALS A, acria, dulcia omnia vitentur. Succus baccarum crespini cum iulepo rosato: vna crispæ succus in iusculis coctus, ribes, cerasa acida. APOZEMA, radicum graminis, & oxalidis, vtriusque binæ vnciæ: foliorum endiuia, scariolæ, cichorei, acetosæ, portulacæ, lactucæ, sonchi, singuli manipuli: quatuor seminum frigidorum maiorum, & minorum, cuiusque drachmæ duæ: apij & petroselini, vtriusque drachma: florum violæ & cichorei, boraginis & nymphæ, singuli pugilli: fiat coctio ex aqua hordei, ad sesquilibram: colaturæ adde sacchari quod sufficit: aceti acerri mi, aut vini granatorum vnciæ tres: aromatizetur ex drachma cinnamomi, & scriptulo vno spicæ nardi: addi possunt succi cucurbitæ vnciæ tres. Si leniendi vim vnâ inferre velis, adde pruna viginti, vel

tamarindorum vnciam: aut syrupi violati solutivi, aut rosati vncias quatuor: aut syrupi de cichoreo cum rhabarbato vncias tres: & vltimæ dosi infunde drachmas duas rhabarbari, vel vnciam myrobalanorū: detur expressio. Elegans hoc est in magnis febribus: Accipe aquæ cardui benedicti, & cichorei, cuiusque selibram: aquæ papaueris rhæados, vncias quatuor: seminis lactucæ & cichorei, cōtusi, singulorum sesquidrachmam: macerentur tepidè. colaturæ adde syrupi violati, vncias tres: vel de duabus radicibus, vel de endiuia compositi: parum olei vitrioli, quo acescat.

#### OBSERVATIO.

Diuretica sunt duplicia; nā quædam sunt exactè diuretica, vt calida & sicca, tenuium partium: hæc sanguinem fundunt ac attenuant, & ichores à sanguine segregant, qui propterea tunc facilè effluunt: talia sunt dictamnium, calamintha, semen dauci, ammeos, &c. Alia sunt & diuretica non exactè, quæ potiùs ob tenuem substantiam cient vrinam, quàm ob calorem: vt ceterachum, semina frigida maiora, capillus Veneris: hæc utiliora sunt febribus, ob eorum frigus. Galenus vndecimo Methodi, vtitur diureticis propriis, & non propriis: hinc Mesuè cum describit syrupum de duabus radicibus, miscet calida frigidis, vt vnâ cum materia morbifica, & febrî pugnet. At si materia crassa fuerit, nihil frigidis diureticis promouebimus: Hinc Galenus ad Glauconem, in tertianâ nothâ, vtitur aquâ in qua maduit petroselinum.

DIVRE-

Ad fe-  
bres.

**DIURETICVM** in omni fe-  
bri; capillorum Veneris viridium,  
ceterachi singuli pugilli: aquæ hor-  
dei feruentis, vnciæ decem: fiat in-  
fusio, & à sex horis addatur vncia  
radicum petroselini; madescāt ho-  
ris quatuor: colaturæ adde emul-  
sionis seminum melonum, fescun-  
ciam: syrupi acetosi simplicis vn-  
ciam, misce: sumat ad vacias de-  
cem: quia mole opus est in diureti-  
cis. **ALIVD**, emulsi quatuor sem-  
inum frigidorum maiorum, vnciæ  
duæ: aquæ endiuia, quod sufficit.

Quæ autem bilem alicui parti  
infusam placant, scripsimus in sin-  
gularum partium alteratione, &  
roboratione.

*Composita quæ sunt in vsu, ad alteran-  
dam bilem tenuem vel crassam;  
intra, vel extra venas.*

*Tenuem bilem alterant, incrassant, &  
cum mobilis sit, cohibent.*

**SYRUPVS**, de cichoreo, de son-  
cho, de succo acetosæ, de agresta,  
acetosus simplex, de cydoniis, de  
portulaca, de rosis siccis, de berbe-  
ris, myrtinus, nymphææ, violatus,  
de granatis acidis, de endiuia, de ri-  
bes, syrupus maluæ, de iuiubis, de  
pomis simplex: Iulep rosatum, &  
violatum. Diamorum, miua cydo-  
niorum, & de ribes, & berberis, sy-  
rupus papaueris. Dantur ad fescun-  
ciam. **DECOCTA & AQVÆ**, ace-  
tosæ, rosarum, buglossi, cyrsij, so-  
latri, portulacæ, endiuia, nym-  
phææ, lactucæ, melissæ, plantagi-  
nis, violarum, succus cucurbitæ,  
aqua cochlearum, aqua vstulata.  
Aromatizentur drachmis duabus  
santalorum alborum,

*Crassam bilem alterant,*

**SYRUPVS** de acredine citreorum, *Syrup.*  
de liquiritia, de lupulis, de endiuia  
compositus, Byzantinus, acetosus,  
de limonibus maturis, oxysaccha-  
rum simplex, si non adsit alui fluor.  
Omnes syrupi acetosi edomant bi-  
lem: syrupus capillorum Veneris.  
**IN VITELLINA** bile, syrupi  
sunt maximè tenuantes. **AQVÆ**  
& **DECOCTA**, cichorei, endiuia, *Decocta.*  
agrimonia, hepaticæ, buglossi, lu-  
pulorum, acetosæ, alkekengi, fu-  
maria, cassiæ, adianthi, scabiola.  
**ELECTARIA**, Trium santalo- *Species.*  
rum, diatragacanthum frigidum,  
diapenidion sine speciebus, diar-  
rhodon abbaus, diacydonite sine  
speciebus, electariū resumptiuum.

Electariorum dosis surgit ad  
drachmas tres. Vtēdi ratio hæc est:  
Accipe specierum, drachmam: sac-  
chari albissimi, in aqua quæ bilem  
alterat resoluti, vnciam: coque in  
tabulati formam; sumat drachmas  
duas, vel tres. **CONSERVÆ** vio- *Conserua.*  
larum, & rosarum, nenupharis, bo-  
raginis, buglossi, acetosæ, acetosita-  
tis mali citrij conserua: cerasorum  
acidorum: de berberis.

**CAVTIO.**

Si alui fluxus à morfu acerrimæ *Fluxus*  
bilis non adsit, sed si febrilis feruor *alui.*  
æstu incanduerit, ab vsu astringen-  
tium erit temperandū: quare tunc  
conferent remixta ex endiuia, por-  
tulacâ, violâ, nymphæa, capillis Ve-  
neris. Si verò constet maiori **FRIGORE** opus esse, utque arceatur  
feliciter putredinis **FOEDITAS**, vte-  
mur syrupis acetosis frigidis: qualis  
acetosus simplex, quo vtimur in  
vstroque malo, calido, & frigido:  
maximè

Syrupi.

Decocta  
& aqua.

maximè qui de limonibus cōmendatur. **SIN** ab humore mordaci alui fluor obortus fuerit, ab acetosis temperandum: nam intestina mordent, quæ aphthis obsita sunt. At tamen syrupus de ribes; & de berberis, de granatis, & cydoniorum admittuntur; nam lenem acorem ferunt.

**APOZEMA** domans bilem, endiviæ nouellæ non lotæ, adianthi, capillorum Veneris, cichorei, portulacæ, lactucæ, scariolæ, lentis aquatilis, semperuiui, omnium, vel aliquorum, duorum, vel trium, manipuli tres: quatuor seminum frigidorum maiorum, cuiusque drachma: radicum cichorei, acetosæ, & graminis singulæ semuncia: possunt addi iuiubæ, passulæ, hordeum, flores cordiales, succus boraginis: fiat decoctio ad libram; sacchari adde vncias tres, ac vini granatorum vncias duas, vel aceri vnciã: aromatizetur scriptulis duobus fantali albi.

## CAPVT XIX.

*Melancholiam alterantia intra venas contentam, quæ est purior quatuor succorũ nutritioni dicatorũ pars. Febribus Melancholicis dicata remedia.*

**MELANCHOLIAM** alteramus vel in venis existentem, quæ est fax quodammodo sanguinis, & quarta eius pars, qua crassiores partes corporis pro nutritu fruuntur: vel extra venas existentem melancholiã ad natiuam sinceritatem retrahimus, vt quæ effusa in aliquam peculiarem partem, ibi vitium facit; de qua egimus antè. Quæ est cum sanguine, ab ea me-

lancholicus sanguis dicitur: hanc alterabimus expediendo infarctus venarum hepatis & lienis. secundò, humectãdo. & tertio, calfaciẽdo modestè iecur & lienem; ne melancholescēs materia ac siccior redita, in his visceribus restagnet, ac eorum vias meabiles infarctat: nec tamen ita madescat, vt per vasa vaga fluctuet. **SVCVS** Melancholicus admodum contumax est, nec facilè cedit: Hinc Plato in Timæo, asserit morbos omnes terminos suos certos sortitos esse, ad quos, antequam perueniant, si medicamentis irritentur, acerbiores fiunt. Hanc sententiam de melancholicis morbis prolatam esse, grauiissimus Platonis interpres Ficinus docuit.

## CAVTIO.

Vbique cautio sit, ne liberaliùs aceto vtamur. scripsit Hippocrates tertio De morbis acutis: Omnis quæ ab aceto in oxymelite vis micat, biliosis potiùs quàm pituitosis prodest; etenim amara resoluit & pituitescere efficit, dilutioraq. reddit: nigra verò fermētantur, & maiorem acquirunt molem, & quasi accessione incrementisq. augetur; nam nigra acetum mouet.

## OBSERVATIO.

Notandum num sit succus melancholicus qui in vitio est; vel num sit atra bilis; hæc enim squalida est, ex vredine nata: illa verò, est fax sanguinis. Atræ enim bili debentur talia quæ ferociã eius placare possunt, vt viola, poma, borago, endiuiã, capillares herbæ: qualia plurima ad bilem ferocientem descripsimus. verùm dum ad melancholiam præscribimus remedia, quæ est

In febr.  
L. f. h. v.  
ad h. p. in  
ab acetosis  
in m. p. m.  
de

Apoze-  
ma.

Melan-  
cholia  
varia.

Quo mo-  
do.

De aceto.

Duplex  
melan-  
cholia.

Atræ  
bilis  
remedia.

Melan-  
cholia  
remedia.

est ex face sanguinis nata, modeste calorem afflare debent, splene aperire, & incidere crassa, non sine quodam madore; vt cortices capparum, cum radicibus aperientibus: tamariscus, refert Columella, hippiatros lienosis bobus alucos ex tamarisco parare: fraxinus, genista. Semper quedam humida iungantur, quae ad temperiem squalentem melancholiam reuocet: vt passulae, femina frigida maiora, glycyrrhiza, buglossum, viola, poma, cucurbita, maxime si aridiora. Syrupis ingesta fuerint. Omnium succorum hic maxime preparatione eget ac diuturna, ob contumaciam, quam vix naturae ac validissimis remediis cedit: quare hinc ortos morbos Saturni filias vocasse antiquitatem, testis est Theodorus Priscianus.

*Quae hepatis & lienis obstructions adimunt.*

*Qualia.* Sint talia quae lienem aperiant, & emolliant, & quodammodo liquent, attenuent, abstergeant, sine magna astrictione: quod fluxa materia reddita, in aluum expeditius excidat. *Vt a bilis.* Quedam illorum vstae bilidicata fuere, vt viola, buglossum, pomorum succus, syrupus cucurbitae, conserua foliorum lactucae. Quae ad succum melancholicum, sint talia quae cum leni calore leptomeriam quandam gerunt, vt lupulus, cassutha, melissa; raphanus lienem absumit: apij radix, tumores lienis abigit: galanga, tenuium est partium, adeo vt eius decoctum, fotu admotum, durities absumat: scylla resoluit & tenuat, quartanas curat: lapathum ex aceto vel vino: rubiae semen ex oxymelite; ita & iris, & ra-

phanus: aristolochia laterum dolores quoque adimit. Ruta, centaurium minus, asarum, nasturtium, morsus diaboli, hederæ tenella folia, pulegium, bryoniae viticulae prima, salvia, veronica, agrimonia: fumarina liberat obstructa, & roborat: trichomanes, adiantum, chamædrys, stæchas, rosmarinum, arthemisia, epithymum cum violis, vel passulis: ceterachum, hoc est, asplenium vel scolopendrium, petroselinum, anethum, apium, fœniculum, calamintha, eupatorium, cichoracea, dictamnium, betonica, teucrium, tanacetum, scordium, lauendula, volubilis flore albo, flores sambuci, chamæmeli, genistae, meliloti; mercurialis, nepita.

*Absinthium.* ABSINTHIUM potum confert, graui testimonio Aretæi, qui capite de Melancholia scribit, eius succum efficere vt melancholia non generetur. Ruffus etiam Ephesius commendat apud Aëtium absinthij cremorem, eò quia absterget succos ventriculi, & coctioni auxiliatur; quia qui vtuntur absinthio, minus saliuæ ex ore emittunt: & cremor phlogoses hepatis & lienis mitigat. Cyclamini radix, filicis radices, fraxini radices; tamarisci, virentis succus maxime, hinc cortex, & florum conserua. Radices aperitiuæ, asparagi, graminis; polypodium, enula, carduus benedictus, verbascum fœmina, cyperus.

Cappares Alexandrini, capparum cortices ex oxymelite. Semina dauci, fœniculi, ameos, anisi, anethi, citriorum, cardui benedicti, sileris montani: viticis semen, flatus & durities excutit. Aliqua horum

veteres hydromeliti incoxere. Antidota incidentia, attenuantia, quæ cruditates tollunt, & flatus discutunt, vt diasporiticum.

Syrupi.

Syrupus capillorū Veneris, syrupus de thymo, de epithymo, de stœchade, de fumaria maiore, absterget ichorosa recrementa, calet tamen primo ordine, sanguinem puriorem reddit: syrupus de lupulis, de scolopendria, syrupi acetosi, syrupus de polypodio compositus, in Antidotario Florentino: syrupus endiuia compositus: oxymel cum floribus genitæ, nisi vomat ex facili: syrupus Byzantinus absq. aceto, syrupus de radicibus, syrupus de arthemisia. oxymel scylliticū compositum. APOZEMA, foliorum melissæ, boraginis, scolopendriæ, fumariæ, singuli pugilli: fiat decoctio: Accipe vncias quatuor: syrupi de fumo terræ, de epithymo, singulas vncias; misce. EFFICACVS, absinthij, radicem capparū, foliorum tamarisci, asplenij, ceterachij, cichorei, singuli pugilli: fiat decoctio, & eius cape vncias quatuor, syrupi Byzantini, & de quinque radicibus, singulas vncias: misce.

OBSERVATIO.

Syrupi HEPATI dicati minùs aperiant, & magis astringant: LIENI verò qui studet, minùs astringant, sed validiùs aperiant: id fit maximè in iis qui acetum accipiunt, ac qui calent: vi enim quadam opus est ad succi domandam contumaciam.

OXY SACCHARVM compositum, syrupus Byzantinus, de duabus radicibus, syrupus acetosus compositus. CAVTIO:

Ab immodico vsu aceti tempe-

randum, maximè si materia hæc feruentior fuerit: nam, inquit Hippocrates, ab aceto τὰ μέλαινα ζυμῶν, ἢ μετρωεῖται, ἢ πολυπλασιῆται, hoc est, nigra ab aceto fermentantur, ac maiorem acquirunt molem, ac quasi accessione augescunt incrementis: ἀναγωγὸν γὰρ μέλαινον τὸ ἔξῃ. Ita Quattana vsu aceti producitur; nam frigore, siccitate & adstrictione ei studet: & in humore hoc frigido, facillè viscera ferit acetum. Quare si eius vi vtendum sit, offeratur cum decocto corticum citriorum. Optimum remedium est oxymel, cum æquali parte mellis rosati. Passulatum acetum confert.

TROCHISCI de capparibus, vel de myrrha, drachma: fiant pilule duodecim cū oxymelite; sumat ex cochleari cum syrupo acetoso, & superbibat aquæ graminis, & portulacæ cuiusque vncias binas.

DECOCTVM radicum chynæ, & cicerum rubrorum, pulegij, centaurij minoris, absinthij, & saluiæ. Decoctorum libræ interdum additur aquæ cinnamomi vncia.

BALNEA ex aqua dulci, in qua decocta sint folia maluæ, violarum, rosarum, nymphææ, capita veruecum, semina lini, scœnugræci, flores buglossi, chamæmeli, meliloti. Aristoteles primo Problematū quinquagesimo septimo, monstrat antiquos medicos BALNEO vsos fuisse in febribus, die paroxysmi, & curasse vt loti non dormirent, inquit, ἢ δὲ ἡμέρᾳ ἢ λήψις, λισσόμενον, ὑπὸν μὴ ζῆτεῖν. Sed mollia hæc debent esse balnea: fortiora, coctâ materiâ, iamq. progressu morbo; ex melissâ, calaminthâ.

Apozema.

MS

Quales hepatis, quales lienis conueniant.

Acetum melacis.

licet ini-

micat.

His est...

Trochisci.

Decocta.

Balnea.

AIIVS cottidie respōdeat, id enim omnem infarctū subducit corpori.

## CAVTVO.

IN VICTV abstineant à multo sale si materia ardentior fuerit, & fumo conditâ carne, casco veteri, & oleribus siccis, qualis est BRASSICA, quæ quamvis veteribus olus dicta fuerit, ac Plinius scripserit, Romam annis sexcentis eâ solùm medicinâ vsam fuisse, & Varro eâ suam familiam tutatus à peste dicatur, Græci tamen CRAMBEN vocant, quasi Coramblen, quod oculis officiat, core enim pupilla illis est: iniqui enim ac sicci est succi, & graueolentis; aqua eius humi effusa fœtet: sumpta, animæ gravitatē facit. Quod in eius laudes Varro; frugali vitæ potiùs debetur, quàm putido succo: vel cùm latis agris quibusdâ pinguior luxuriet, promptè aluum moueat comesta; hoc enim maximè ad sanitatem facit.

*Quæ madesatiunt modeste hepato, & lienem.*

Poma cocta cum aniso, & succus pomorū dulcium; cichoracea, endiuia, lactuca, malua, spinachia, tapsus barbatus, adiantum, borage, buglossa, viola, portulaca, liquiritia, acanthi folia, hordeum, semina frigida: limaces, ranarum coxæ, radices pastinacæ fatiuar.

Serum lactis: iuscula moderatæ carnis cum herbis, loco apozematum: lac recens: mulla; ptisana: apomel, vinū dulce: lac amygdalinum dulce: oleum amygdalinū: vinum passulatum. Syrupus de pomis, buglossi, cyrisij, fumariz. mel rosatum, & passulatum: & acetum passulatum. Cerasa dulcia, passula, pruna

cum saccharo, ficus, dactyli, pinei, cucurbita cum pipere cocta.

Diabuglossatū, diaboraginatum, *Species.* conserua satyrionis, & violarum.

IVLAPIVM, aquæ violarum, *Iulapim.* vel buglossi, fumariz, melissæ, cuiusque scilibra: succi pomorum redolentium, sacchari albi, singulæ vnciæ quatuor: coque dū spumam euomuerint. Vel ex aqua hordei macerabūtur horis duodecim violæ, buglossum, flores pomorum suaue redolentes, & melissæ: & cum saccharo eoquentur leni tepore. Vtilia hæc sunt ad hypochondriacam melancholiam, maniam, ac tremorem cordis.

VICTVS ratio: Oua laudantur *Dietæ.* sorbilia, carnes vitulinæ, gallinarum, caponum, pullorū, perdicum; pisces molli carne præditi fluuiatiles: & reliqui cibi boni succi, & facilis digestionis, ac flatus expertes. Elixæ potiùs quàm assa cōueniunt. CAVEAT à fame, siti, & fursuraceo pane: vitet potum sine cibo. Brassicam fugiat, absit caro sale diu condita; caseus vetus, castanea, faba & lenticula; inquit Rases: nam fœta sunt in melancholiam. Somnus sit productior, aceti vsus vitetur.

Bona est HVMECTATIO, inquit Aretæus, raræ enim carnes ad amotionem morbi faciunt: nam densæ sunt carnes vbi succi melancholici est copia: hæc Aretæus. Scripsit idem auctor, ab acidis & mordacibus esse abstinendum, & ab acris aromatis.

*Quæ viscera calfaciunt moderatè, referta humore melancholico.*

METVS & MOESTITIA *Tristitia.* summè fugienda, quæ hîc maximè

Brassica.

Simpli-

Potulen-

Pruna.

depascuntur viscerum calorem, ac naturæ prædium absumunt. Huic enim succo illud peculiare est, ut mentem tenebris inuoluat, unde omnia sub horrida tenebricosaque tristitia menti offeruntur simulachra, hinc metus & mœror. Stomacho & visceribus semper hoc in succo cõsulatur: & inquit Aretæus, flatu discutiant, ut hyslopum ex mulsa, dictamnium, origanum, adiantum: Et quæ diuretica, hoc est, quæ vrinalia sunt ut interpretatur Aurelianus: & quæ incidunt crassa, betonica, thymus, iua, salvia, scolopendrium, stœchas, lauendula, mentha, petroselinum, glycyrrhiza, asparagus, ocymum caryophyllatum, absinthium, helenium cum violis, fœlicis radices, tamariscus, melissa, lupulus. Mizaldus ubi refert historiam folsequij herbæ, scribit à Monacho quodam Quartanas febres curari, propinato vino albo ante paroxysmum, in quo septem grana calendulæ trita fuerant: repetito dies aliquot haustu. Aqua distillata ex gentiana: imperatoriæ radix: verbenaca.

Conserua enulæ campanæ, conserua de scolopendrio, de roremarino: electarium lætificans Galeni, & Rasis, quod accipit pro tribus partibus mellis, vnam puluerum aromaticorum: electarium de gemmis, diamargaritum frigidum, dianthos, diambra, diamoscum, electarium Conciliatoris: & cætera quæ eor recreant, ac mærorem abstergent: mithridatum: electarium ex Lasare Mesuæ: diacyminum Nicolai. Auerrhoës libro de Theriaca, non ausus est negare hinc Theriacam nõ con-

ferre: qui alioqui multa bona illi abstulit. AD RIGOREM QUARTANÆ, aquæ vitæ, drachmæ duæ: caryophyllorum grana quinque: sumat quatuor horis ante accessionem febrilem. Pro TENELLVLIS, succi calaminthæ, semuncia: pulueris caryophyllorum semiscriptulus. Myrrhæ drachma, ex vino maluatico. Pilulæ ex myrrha cum theriaca.

Syrupus de Eupatorio, & de stœchade. mel violatum. aqua distillata ex tenerrimis foliis eryngij. VBI niger succus est ex fæce sanguinis adusta, vt emur calidis, humidis, tenuantibus.

IN VICTV admittit Galenus, fassamenta, sinapi & piper. Hinc orta fuit QUÆSTIO grauissima inter Trallianum & Galenum; Nam Galenus primo libro ad Glauconem scribens, à frigidis & humidis ægros arceat: id grauitè mordet Alexander, & vnicè eorum vsum commendat. Leonicensis vt alterationem tolleret, putauit Galeni commentarium vitiu traxisse. Sed Oribasius, Aëtius, & Aegineta, eadem verba reponunt: quanquam Andernacus apud Aeginetam Leonicensi sententiã abductus fuerit, at Cornarius aliter. Hic Rationis Suadã opus est. Quare dicimus, quod ea quæ refrigerant & humectant, humores crassiores ac crudiores reddunt, ac fœculenta sunt: propterea Galenus calida, tenuantia, & salita laudat; hæc sunt calida & sicca, nam talibus opus erat; quæ enim frigido sicco congelantur, dissoluuntur tum à calido humido, tum à calido sicco, vt glacies. Hinc scripsit Aristoteles primo Proble-

Quarta-  
na reme-  
dium.

N

Syrupus

à Calore

Diala-

Quæstio

Qualia.

Simpli-  
cia.

Sorr. ad  
quarta-  
nar

Conserua  
& Spe-  
cies.

matum,



matum, corporibus quartanariis multum igne esse immittendum. Vinum sit album tenue, & interdum Cretico vtantur: vinum rosamarinites: exercitium sit mediocre: somnus productior.

*Composita que sunt in vsu, ad frenandam Melancholiam, intra & extra venas positam.*

Syrupi.

**SYRUPUS:** syrupus de pomis compositus, de buglossa, de fumaria simplex, & compositus: Byzantinus, syrupus de eupatorio: mel rosatum & violatum: syrupus de epithymio; de scolopendrio, aperit lienem: syrupus violatus, potenter humectat ariditate melancholice: syrupus de lupulis. Exhibetur sescuncia syruporum. **NOTANDVM,** Syrupum de fumo terre duobus modis parari; vno, ex solo decocto, vel ex succo fumiterre, & dicitur Syrupus de fumo terre simplex: altero, ex descriptione Mesue, cum myrobalanis & cassia, dicitur Compositus.

Aque & decocta.

**AQVÆ** vel **DECOCTA,** betonicæ, scolopendrij, florum geniste, fumarie, cassute, tamarisci, lupulorum, agrimonie, feniculi, asparagi, lapatij acuti, enule campanæ, fraxini, scabiosæ, melissæ, calaminthæ.

Species.

**OPIATA.** Philonium: Requies magna. **ELECTARIA,** plerum cum musco, electarium de gemmis latificans Galeni, & Conciliatoris: diamargaritum calidum, diarrhodon abbatis: Dantur ad semunciam.

Conserua.

**CONSERVÆ,** violarum, boraginis, capillorum Veneris, rosarum, buglossi, foliorum tanacetii,

florum rorismarini. Præbentur ad semuncie pondus.

**IVLAPIVM,** serapij de buglossa, de epithymo, de boragine, singulæ vncie duæ: aquarum lupuli, fumi terre, buglossi & melissæ, singulæ vncie tres, misce: trahat aroma ex semuncia cinnamomi: sumat semicyathum diu antequam pastum ineat.

**OBSERVATIO.**

Si peculiari aliqua parte morbifica materia concepta fuerit, quæ parti student, pleniore manu affundenda erunt.

Ex simplicibus quoque præscriptis fabricantur Syrupi varij, apozemata, iulapia, decocta, & cæteræ formæ quibus hæc ætas delectatur.

**MULTOS HYMORES**

**PRÆPARANTIA.**

Plurimi succi si in vitio fuerint, eos alterabimus præscriptis medicaminibus, ea lege, vt qui maxime vim suam exerunt, cum his maxime pugnemus: quæ enim parte natura maxime est opis indigens, hæc potissimum illi est succurrendum; attamen aliis non omnino neglectis, siue hi intra vel extra venas fuerint. Succos omnes facile hoc euentu alterabimus, si venæ immunes fuerint ab omni obstructione, corporisque ductus omnes pateant ex nature lege, nec vlla solemnis vacuatio fuerit suppressa. Facilis futura quoque mutatio, cum humores non longè à natia symmetria recessere: modò causæ quæ extranature lineam eos traxere, languidæ fuerint, & iam nunc euauerint: maxime cum viscera nobilia germen morbosum non conceperint.

Tandem si integra vis calidi nativi emicat, nec pessundata iacuerit, hostilibus succis impressa vis facile domabitur. Hæc obtinebimus, capiendo, ne vlla fiat obstructio nobilis visceris, ac nutritu facili ut fruantur si curauerimus.

Serapiū  
hepaticū.

SERAPIVM ad HUMORES MIXTOS, & viscerum infarctus; pro iis qui susque deque victus ratione vtuntur, vnde varia succorum succrescit fœditas, auctor februm spuriarum: vtile remedium Germanis ac Gallis. Sanguinem impurū absterget, maximè tamen vbi bilis superat cæteros succos: ac HEPAR recreat. Quare nobis dicitur SYRVPVS HEPATICVS.

Accipe Hepaticæ nobilis, acidulæ, cichorei, dentis leonis, endiuæ, fonchi læuis, singulos manipulos: (hæc sine stricto frigore hepar refrigerant, ac firmant, nec ventriculo iniuria sunt) capillorum Veneris, eupatorij vulgi, linguæ ceruinæ, lupulorum, fumi terræ, singulos semimanipulos: (addi potest cassutha, asarum, anisum) florum cordi studentium, singulos pugillos: radicum aperitiuarum, cuiusque semunciam: fructuū alkekengi, tantundem: polypodij quercini recentis, vnciam: glycyrrhizæ rasæ drachmas sex: seminis carthami, vncias duas: seminū quatuor frigidorum maiorū, singulas drachmas duas: hordei, pugillos duos: seminis endiuæ, cichorei, cuiusque sesquidrachmam: passularū sescunciam: pruna, duodecim: myrobalanorum citrinorum, & chebulorum, singulas semuncias: coque ex aqua ad tertias: in colati iuris sesquilibra,

macerentur Rhabarbari vnciæ tres: agarici recenter trochiscati vncia: foliorum senæ mundatorum à puluere & stipitibus, sescuncia: zinziberis, cinnamomi, vtriusque drachma: Iterum expressis, adde sacchari libram: syrupi rosati solutorij, vncias tres: iterum igni reddantur, dum lentescat succus.

Datur semuncia pueris, cū aqua hordei cui cinnamomum incoxit, in ictero & viscerum infarctu, ac eorum duritie. prouectioribus propinabimus vnciam, cum duabus vnciis syrupi violati, aut rosati solutorij: adiecto liquore intybi, aut aquā hordei. Robustioribus præscribemus vncias duas cum vna syrupi rosati. quòd si febris implicitus æger non sit, cum vnciā aquæ cinnamomi sumi poterit.

Hoc modo transigendū vbi succus biliosus cæteros præcellit. cū enim pituita in hac à natura secessione primas obtinet, fiet Decoctum ex hyssopo, adianto, thymo, origano, chamædry, chamæpity, angelicā, seminibus flatus excutientibus, & ex seminis carthami vnciis quinque vel quatuor: reliquis tamen non neglectis. vt pro melancholia, buglossa, scolopendrio, liquiritiā, cassutā, tamarice, passulis, senā, rhabarbaro vtemur.

### CAPVT XX.

#### De Lenientibus remediis.

## SECUNDA PARS LIBRI SECUNDI.

CORPVS humanum vt à summo DEO distinctum fuit in triplicem regionem, nempe alui-  
nam,

nam, venosam, & habitus corporis; ita & tria pharmacorum genera viribus distincta, notavit vsus: nam lenientia, aluinæ regioni ascripsit: modestè purgantia, venosæ dicavit: seditat elleborum, hoc est, seuerè valideq. educentia pharmaca, habitui corporis peculiaria esse voluit. Quare primò hîc agemus de LENIENTIBVS, quo nempe debeant exhiberi modo, & quæ sit ratio compositionis eorum & correctionis, quâ copiâ præscribi debeant, quænam qualitas illis peculiaris sit, & quænam sint lenientia remedia iam vsu salutari inuenta.

*Modus exhibendi lenientia,*

*& tempus.*

*Tempus.*

Propinantur per os, vel per sedem iniiciuntur. Quæ per os, hanc CAUTIONEM postulant, vt præbeantur dum ventriculus suo coquendi munere functus est: vel paulum ante pastû vorari debent; alioqui pro nutritu eis natura abutitur: sunt enim naturæ amica, facileq. ab ea in escam abducuntur. Id quoque cauendum, ne succedant validæ exhaustioni: quare si corpus sese effuderit in aliquam vacationem validam, pax illi à lenientibus sit. Præterea si feбри implicitus æger fuerit, à paroxysmi vacuitate horum vsus ineatur. Tandem si fieri poterit, præbeantur ante primum pastum. Infirmâ alio si leniendum fuerit, id quocumque tempore fiat, cōmodè fiet, maximè à prima coctione, quæ vetriculi est: & longè meliùs à secunda, quæ in iecore: & tempore à paroxysmi vi re moto; eoq. tempore, quo ex assuetudine excernere solet æger.

*Modus componendi lenientia.*

Cùm per os præbetur leniens *Ius galli-  
na.* remedium, quia vi validâ naturam non concutit, extimulanda eius vis erit iusculo gallinæ; quod, dicit Abincenna, omnes succos corporis temperat. Vel veruecino ex iure dabimus quid mellis rosati, si ventriculus languet: vel quid sacchari, si hypochondriis tumidis metus sit à melle.

Lenientia, offeruntur vel ea consistencia qua enata fuere, vt cassia ex fistulis: vel in boli forma, vt cassia in cribro frictione eliquata: aut potu, ex decocto aut ex liquore stillatio: vel dantur lenientia in puluere, pilulis & tabulis: præbentur & ex melle electarij formâ. Cùm itaque materia morbifica superioribus in alui partibus hæret, sumpto remedio per os excludatur: vt Accipe cassiæ, drachmas sex: anisorum, scriptulû. Sin in inferiore aluo resederit materia, clysinis emollientibus euocatur. Hos libro primo descripsimus.

*Correctio Lenientium.*

Tribus corriguntur modis, nam *Correctio.* vel vitium hæret in lenientis remedij substantiâ, qualitate, vel ætate. SUBSTANTIA, vt cùm illa fuerit nimis crassa vel tenuis, dura vel mollis, tunc contrario adiecto remedio, in pristinam consistentiam temperabitur. QUALITATE, primâ, secundâ vel tertiâ. PRIMA, vt si leniens valido frigore algeat, remiscebimus aliquid quod calida vi emicat: si lubricitas exundat, vt in quadam cassiâ, adiicietur aliquid corticum myrobalanorû. Quidam in tantû dolorem à cassiæ vsu abripiuntur,

piuntur, vt syncopes calamitosæ metus inde adferatur: vt his euenit qui inualidis intestinis præditi sunt. Quare vel semidrachmam berberis addemus, aut sacchari rosati, aut aliquid electarij laxatiui, ne diu cunctando vim suam intestinis inferat cassia. Aut si lentior fuerit lenientis vis, incidentis remedij aliquid adiiciemus, quales sunt Hieræ species. Sed tamen ea CAUTIONE hæc misceri debêt, ne leniendi vim expugnent. Eodem modo, in ODORE & sapore si quod vitium hæserit, aduersâ potestate eluendû erit. AB ÆTATE quod cœnum fecit, repudiandum: si nouitate in vitio fuerit, coctione, quæ aëris inest maligna vis euanescet, atq. vnâ roscidus & pluuiosus mador exspirabit. Ita cassiam coquimus cum succo endiuia, vbi febris ardentior per æstatem fatigarit. QVÆ per S E D E M infunduntur, si corrigenda sint, id fiet ob eorû nimiam acrimoniam, aut lubricitatem: quæ diluentur accessione contrariæ potentia.

*Copia augenda vel detrahenda Lenientium. & de Qualitate Lenientium corrigenda. & quæ sint vsu probata Lenientia.*

Variâ præscribuntur copiâ, ratione magnitudinis morbi, peculiaris naturæ, loci affecti vicini aut remoti, aut nobilis ignobilisue partis naturæ: vel quod hîc agimus, ipsius remedij ratione. Quæ itaque sumpta per os leniunt, vel valido mado- re perfusa sunt, aut modestè humescunt: alia nimiam dulcedine nau- seant, rursusque nonnulla moderatum blandumque dulcorè fun-

dunt: quædam comprimendo leniunt: at contraria vi alia, lubricitate merâ soluunt: suntque hæc postrema verè lenientia. Vehementer HUMIDA, vt Serum lactis, aqua hordei, hydromel, rhodomel, posca aquosa, vinum moderatum copiosè haustum, lac, liquores stillatiij, decocta, succi, iuscula, thermarum quædam aquæ. Aqua fontana vel fluuiatilis, frigidè pota aluum quibusdam ducit, dum geminatâ copiâ, quâ potus hauriri solebat, admittitur: illudque commodum interdum adfert (nisi viscera oblituta fuerint) vt corpore in sudorem soluto, morbificam causam omnem extrudat.

Quin ad VOMITVM facit aquæ tepidæ libra: etenim hæc eius copia, nec saturat, nec aluum eluit; sed ex tepore flatus concipiens natat, resolutaq. retentrice ventriculi vi, vomitum concitat. AQUA MINERALIS, vt ferrea & bituminosa, aluum officij admonet, & intemperiem corrigit. SERVM LACTIS ouillum, bubulum, humanum, asininum & ouillum, à libra vna, ad tres conceditur; paulatim factâ accessione, ad summum incrementum istud dum venerit. AQUA HORDEI præscribitur vel ad nutritionem, alterationem, aut ad mouendam aluum: Nutricatui studet, dum eâ copiâ adfertur, quam consuetudo potandi & ingesti cibi copia efflagitat. Alterationi suam operam præbet, cum eius libra potatur, modè ritè decocta fuerit, ne flatus inferat. Ad aluum eliquandam datur quibusdam ad libras duas: & ex Abincennæ decreto superbibat vncias duas

*Cassiam corrigenda*

*Ab Lenientibus hinc in hinc ut ad corrigenda hinc: sed in hinc Sierra hinc debet ob amara*

*Cassia so-  
lis.*

*Copia.*

*Diffusoria  
humida  
Humida*

*Posca  
ta.*

*Aqua  
dulcis.*

*Minera  
les aqua*

*Serum*

*Hordei  
aqua.*

*Apomeli.* cias duas syrupi acetosi, vel mellis rosati simplicis. **A P O M E L I** fit ex aqua suavi & fauis non vitiosis, coquitur dū nulla inde spuma existat: quaternæ aquæ partes, ad mellis singulas adiiciuntur, coctione, totius octava pars absorbitur. **A D** alterandum, eius libra sufficit: ad aluum subducendam, propinatur ad geminas libras: & ne viscera flatu extollat, superbibuntur vnciæ duæ syrupi de pomis. **R H O D O M E L** est duplex, simplex & solutivum: simplex, plena manu hauriri potest, ad selibram: solutivum, ab vnciis duabus, ad quatuor conceditur. Callidiores pragmatici quò eius vim extimulent, granum scammonij clam miscent. **P O S C A** vel **O X Y C R A T V M**, ab vnciis quatuor ad octo datur, vt vel ventrem leniat, vel vomitum excitet. Attamē hanc vim ab aceto non videtur induisse: etenim scripsit Gal. octavo Simplificium, id siccare in tertio ordine: quare nec vim ventriculi laxare potest, nec fundere humores in ventriculo contentos. Dioscorides libro suo quinto, scribit ab aceto stomachum recreari, & appetētiā promoueri, & sanguinem vndecumque fluentem cohiberi, ac alui fluxum sisti: Nisi dicere cum Aëtio velimus, **P O S C A M**, fluctuosum spiritum creare, & propterea his, quibus facile turbatur aluus, vomitum moueri. Quare Syrupū acetosum non lubenter ad vomitum concitandum propinamus. **V I N V M M E D I C A T V M** nutrit, alterat corpus, aut purgat. Quod nutritionis causā hauritur, ex ratione assueti potus cuiq. præscribi debet,

& ex copia sumpti cibi. Quod alterationis causā, propinatur ab vnciis quinque, ad septem: vt ex euphrasia, guaiaco, absinthio. quod ratione purgationis, vt ex elleboro & colocynthide ad vncias tres præscribitur. **L A C** sæpissimè in vsum vocatur ad nutritionem, interdum & ad alterationē, & vt cedat aluus præscribi poterit. Cū ad nutrictum præscribitur, eā id fiat cautione, ne copiosius ingeratur quàm cū sanus esset vti solebat: secundò, ne difficultatem spirandi adferat: tertio, ne ab eius vsu pulsus frequentior, aut lotium inflammatus reddatur. Cū verò alterationis causā offertur, nepe vt eius vi partes extabescentes genioq. suo fraudatæ madescant, vt in marasmo implicito corpore, Herodotus, Prodicus, & Erryphon ( vt prodidit Galenus septimo methodi ) muliebri, vel asininum, aut caprillum commendabant. ab vnciis quinque ad septem ingeritur, addito modico sacchari, vel salis vel mellis; vt putredo arceatur, & à coagulo prohibeatur. Humanum lac primas laudes habet ad arcēdam tabem, cū ex mammis prolectatur: sed, inquit Galenus, quia homines vt pueri mammā frui nolunt, vt asini, ad asinina vbera vocari debent. Veteribus persuasum fuit lac purgare, ob varia purgantium pabula. Sit recens mulctum, sumatur manē, aluo liberā ab omni cibo: dein quiescat, aut leniter ambulet. **A Q V A** *Cochlearis aqua.* **D I S T I L L A T A** cochlearū & testudinis, datur iā exhaustis ac fractis viribus ad vncias octo. ita in ventriculi inflammatione haurienda

præbetur aqua violarum. **I V S C V L A** leniunt ex malua, mercuriali, cum passulis recentibus, dactylis, iuiubis, & cum manna, & cassia. Talia iuscula præscribuntur ab vnciis quatuor ad decem. Hæc leniunt ex humore vbetrimoque madore, quo perfusa à natura fuerit. **A L I A** leniunt ob **V I S C O S I T A T E M**, vt cassia, pulpa iuiubarum, passularum, prunorum. Corriguntur hæc tenuantibus & calidis, vt aniso crasse puluerisato: ne petat hepar, ac abducatur remedium in vrinas: ita species hieræ, vel hyssopi siccati puluis, aut diambra aromata miscentur. Pro quaque vncia cassiæ, puluerum corrigentium drachma ferè adiicitur. Nonnulla moderatam viscositatem sortita fuerit, vt mel, syrupus rosatus & violatus: offeruntur ex decocto moderato calore prædico, vt mercurialis, sebesten, passularum, senæ. **L E N I E N T I A** valde **D V L C I A**, vt manna, mel, saccharum. Manna: ab vncia ad tres vncias præscribitur; ex iusculo datur pulli. Mel, in decocto endiuia vel violarum propinatur. Quædam leniunt **C O M P R I M E N D O**, vt tamarindi, myrobalani: hæc cum cassia & manna præberi debent.

**Q V A L I T A S** lenientium ex emicante in his madore perpetuo accipitur, vt in pulpa fructuum, gummis, liquoribus, succis, decoctis, distillatis, & oleis. In pulpa, vt in cassia, cum madidior eius humiditas fuerit, corrigitur myrobalanorum adiecto puluere: sin eius mador atuerit, augeatur lubricitas, adiectis decoctis pinguioribus. **G V M M I**, vt manna; si ea acrior sicciorque

onata fuerit, diluatur cum iusculis: alioqui commodè præbetur ex decocto endiuia, vel boraginis & buglossi. **L I Q V O R**, vt mel, saccharum: si acriora fuerint hæc, coctione & despumatione mitescent. **S V C C I**, vt aloë: si acrior, insolatur & cocturâ corrigetur, ac lotionem abstergebatur. Affunditur aloë sero lactis, quo exhausto ab ardore solis æstini, succo rosarum iterum diluitur, vel endiuia liquore, idque sæpius. Si cōdensati, ariditateque excessu succi fuerint, remiscebuntur cum melle vel saccharo. **D E C O C T U M** leniens si nimium humeat, coctione id vitiū abstergebatur: sin viscidum fuerit nimis, melle attenuabitur. Ita aqua distillatione eliquata, præbetur ad leniendâ aluum cum melle vel saccharo.

*Vsu probata lenientia remedia.*

Verè lenientia sunt, quæ emolliendo aluum mouent, Græcis *μαλακτικά*, vel *διακτικά γαστρός*, vel *εκκαθαρτικά* vocantur, partim cibi, partim medicamenta.

**P A S S V L A** acinis exemptis, è vino aut aquâ lotæ, duarum vnciarum pondere sumptæ: vel coctæ ex iusculo, & saccharo. **E L E G A N S** compositio passularum: foliorum senæ mundatorum, vnciæ tres: anisi drachmæ sex: aquæ, vnciæ nouem: infundantur per diem & noctem: & bulliant vnica ebullitione, fiatque fortis expressio, cui inde passularum Corinthiacarum, vncias sex: bulliant ad exhaustionem decocti; & in fine adde sacchari rubri, vncias quatuor: cinnamomi, drachmam vnâ & semissem: Serapij amulam in ideam coquatur dum abeat

*2 Viscosa.*

*3 Pulvis ruscii ruscii ruscii*

*4 Symplicis ruscii ruscii ruscii*

*5 Dulcia.*

*6 Compositio*

*Qualitas.*

*Cassia.*

*Gummi.*

*Liquor.*

*Aloë.*

*Decoctum.*

*Distillat.*

*Lenientia qualia.*

*Passularum lenientia.*

abeat saccharum. Accipiat vncias duas antequam pastū ineat: affundi poterit aliquid Serapij rosati solutiui, quo vberius madescat.

**ALIVD PASSVLATVM** leniens elegantissimum; radicem polypodij quercini vnciæ tres: foliorum senæ, radicem althææ recentium, singulæ vnciæ duæ: anisi, drachmæ duæ: omnia infundantur in vase vitreato, & coquātur secundum artem; fiat expressio: adde pulpæ passularum per setaceum transmissarum, semilibram: sacchari albi, vncias duas: coquātur rursus ad cydoniati crassitudinē: parum ante prandium accipiat drachmas sex, vel vnciam. **OBSERVATIO** hæc adsit in horum remediorum vsu, vt semper iam iam sumendis cibis præponantur; cum alius officij fuerit immemor.

Terebinthina: vnâ renes & vrinæ ductus ab infarctu liberat.

**MASTICHIS** drachmas tres præscribit Aëtius pleuriticis, ex sero lactis, ad exclusionem alui.

**PRVNA** dulcia, eorumque iusculum: si violis aut rosis Puniceis aspersa, imò tecta, ac saccharo superiniecto Caniculæ ardoribus exponantur: in liquorem enim abiens saccharum, florum vim transfuehit in pruna, quæ auidè bibunt hunc lentorem: vel caro coquitur cum infusione rosarum & saccharo. &

**FICVS** quoque eo modo coctæ. Pruna duodecim quidam coquunt ex iure senarum, quod drachmas duas vel tres senarum imbibit. Ptiisanæ cremor nonnullis satis fuit; aliis colliculi asparagorum. olus ex spinachia, betâ candidâ: coquuntur

cum iusculo & butyro. **LEVIS SIMVM**, ingrauidatis, puerperis, tenellulisque eximiè conferens, fabricatur ex vitellis duobus ouorum recentium, & iuris pisorum modicè coctorum vnciis quatuor aut quinque, cum salis & sacchari momento exhibetur. Efficacior est in id mercurialis cocta cū sale, & eius ius cum vino dilutū. Ita & Maluæ & Brassicæ femicoctæ ius, aut succus eius cum sacchari modico. Sic etiam Serum lactis, cum saccharo & sale. Similiter cucurbita cocta cum saccharo, sale, & butyro. **VINVM** quod in crudâ cucurbitâ & excavatâ per noctem substiterit.

**OLEVM** in quo maduit aliquoties crusta panis adusta; ita minùs ventriculum subuertit. butyrum; nam quibusdam satis fuit butyrum cortice nucis exceptum, ac umbilico superligatum. psyllium: iuiubæ.

**FICVS** maceratæ in decocto leniente. Galenus sexto De sanitate tuenda, docet quo modo senibus alius lubrica seruanda sit; accipit quinque vel sex caricas pingues: cū feminis carthami sesquidrachmâ, aut binis drachmis, deglutiantur. Noui quibus satisfaciebat ius carnis pingue, cui admiscebatur saccharum & oui vitellus crudus: Saccharum lenit & stimulat: eo fortius est mel: & id superatur à sale. **GRAVIDIS**, imbecillis & pueris tutò datur pulueris violarū purpurearum; drachma: ex iure pisorum rubrorum, modicè coctorum. si vim auctiorem velis, adde facularum ex vino albo scriptulum: & aliquid foliorum senæ, cum cinnamomo. Ego scilicet in puerperis

*N.B. q. d. l. e. u. s. i. m. v. m. t. o. t. a. c. o. l. u. n. a. p. r. o. p. r. i. e. t. n. e. l. l. i. s. l. i. r. i. s. m. i. n. i. s. t. r. a. p. r. o. d. i. r. a. n. t.*

*Gravidis*

*N.B.*

hoc vtor electatio: accipe mannae, electarij lenitiui, cuiusque vnciam: cassiae receter extractae semunciam: diacatholici, drachmas duas: cum syrupo rosato laxatiuo ducat ideam opiat. sumat interdum paruum cochlearium: ante pastum. **CASSIA** tenuia & crassa educit: & Diacassia magistralis: diacassia Nicolai, hoc est, cassia condita: cassia communis. haec omnia describuntur in Antidotario Florentino. Diaprunum simplex Nicolai: cassia extracta sine foliis senae: electarium lenitiuum. In **CASSIAE** vsu notandum, ne inimicitiam gerat cum illius qui ea vtetur peculiari natura: alioqui in syncopen homines abripit. Si homo obnoxius sit flatibus, praeparari cassia debet, ne flatu noceat; nam & ea ratione hordeum diu coquitur. **ACCIPERE** succi endiuiae, vel acetosae, vel cichorei, vnciam: sit depuratus: cassiae, vncias duas: ambo trahantur per cribrum, hinc coquantur lento igne, despumando. haec coctione non amittit soluendi vim. **ALIUD LENIENS**, pomorum dulcium maturorum caro, cocta cum infuso rosarum, vel solutiuo iure violarum.

Quae haecenus enarrauimus, molliendo & leniendo aluum mouent: & proprie lenientia dici possunt. Sunt alia, quae aluum benignè laxando etiam humores ducunt. In horum vsu **OBSERVANDUM**, haec maximè ad primae alui excrementa praescribi, hoc est, ad eas superfluitates quae in hypochondriis haerent, & intestinis quae insederunt.

Haec superfluitates sunt vel crassae, vel tenues. Si tenues, vt ritè ex-

cludantur, in vsum euocabimus Syrupum rosatum solutiuum, maximè si fractior vis fuerit ventriculi: Sin excrementa acria & mordacia fuerint, syrupus violatus solutiuus melior erit. In his syrupis antiquatis, vt mediâ hyeme, vis florum effœta languet: quare tunc vnciarum sex copiam in his nō reformidabis. Pulpa tamarindi non ita astringit vt Syrupus rosatus solutiuus: etenim scripsit Mesues capite de Myrobalanis, eluendam illam vim ac temperandam strictoriam quae Myrobalanis in sedit, adiectis amygdalis, violis, cassiâ & tamarindis. Sint igitur tamarindi maturi, cum suauitate quadam acescentes, nō austeri: eleganter refrigerant, superuacua excludunt, & bilē obtundunt, nec naturae negociū faciunt.

**MANNA** tenues excludit succos ab aluo, mulieribus & frigidâ temperie praeditis hominibus confert. **POTIO**, syrupi rosati solutiui, maximè si laxo fuerint ventriculo: alioqui syrupi violati solutiui vncias tres accipiemus, cū manna, si frigidius sit corpus: cum decocto acetosae & endiuiae, si adsit febris.

Sin excrementa illa fuerint **CRASSA** & pituitescencia, dabimus mel violatum solutiuum, & rosatum: nam non conficiuntur cum aqua, vt syrupi. Accipe folia mercurialis & maluae, infunde melli, eo modo quo rosae: vtantur cum decocto acetosae, endiuiae, & hordei: Scripsit Galenus, suo aëno vsum mercurialis solemnem fuisse.

Hiera **PICRA**, nam ea vtitur Galenus in panca copia pro eoproptico, cū aluus officij sui fuerit imme-

Cassia.

Cassia d  
Syrupum  
ut flatu  
exiat

Observatio.

Syrupus  
rosatus.

Tamarindi.

Manna.

Potio.

el  
ci  
ccIn crassa  
macerata.

Mel mercurialis.

Hiera.



immemor. & assiduo eo remedio  
 vitur Galenus, pro ducenda aluo  
 tantum, secundo libro *γρά τόν*: in  
 fine capitis noni. Eius sesquidrach-  
 ma suffecerit si febricitarit aeger,  
 cum alioqui ad quinque drachmas  
 surgere liceat: Sed quia calet, nec sa-  
 tis lenit, cassiam illi miscebimus.  
**A C C I P E** specierum hiera scriptu-  
 los quatuor: cum syrupo rosato so-  
 lutiuo fiant Boli quinque, & super-  
 bibat ilico hunc Potum, syrapi ro-  
 sati solutiui, vnciae quatuor: decocti  
 endiuia, parum: fiat potio breuis:  
 aperit menses, & haemorrhoides.  
 Sed obiciet quis, Igitur superat he-  
 par, nec erit leniens remedium: Re-  
 spondeo, id facit alterando, & non  
 euacuando. Ita iucunde sumitur  
 Hiera, quia ob amarorem illa pota-  
 ri non debet. **A L O E**, haec & cibis  
 interposita non nocet: nam a pu-  
 tredine humores vindicat, & vna  
 cum parte aliqua sui sese in venas  
 traiecit.

*no*

*Hiera  
pro  
non  
but  
uma*

*Quaestio.*

*Composi-  
tiones  
vtilis.*

Obiiciet quis, Si lenientia non  
 trahendo purgant, quo modo igitur  
 quaedam educunt tenuem, alia  
 crassam materiam? Respondeo,  
 Cruditates considerantur quatenus  
 vel aegre vel facile extruduntur: hoc  
 autem eis euenit ex crassitie vel te-  
 nuitate. **E L E C T A R I O** hoc com-  
 mode vtor in biliosis, cum alius  
 non ex officio responderet: Cassiae re-  
 center extractae, electarij lenitiui,  
 mannae, cuiusque vncia: syrapi ro-  
 sati solutiui, quod satis sit ad Opi-  
 aetae formam vt redigi posset. **A L I V D**,  
 vbi pituitosa excrementa molesta  
 fuerint, Cassia extracta ad vapo-  
 rem illarum herbarum quae affectui  
 studet: diacathami, drachmae tres:

conseruae violarum, penidiorum,  
 singulae semuncia: cum syrupo vio-  
 lato. Si pilulas mallet, imbecillo  
 ventriculo: aloes semuncia; rhabar-  
 bari, drachma: agarici, scriptulus:  
 zinziberis, myrrhae, maltichis, cu-  
 iusque semiscriptulus: cum melle  
 rosato fiat massa. Diacassia vtilissi-  
 me quoque praescribitur. **B O L V S**  
 sanguinem mundas in pectore, qui  
**C A E T E R I S** facile accommodari  
 potest: polypodij recetis vnciae tres:  
 glycyrrhizae, vncia: passularum, fi-  
 cum, singula paria viginti: dacty-  
 lorum maceratorum aqua vel vino,  
 decem: anisi, feniculi, singulorum  
 sesquidrachma: seminis maluae,  
 drachmae duae: althaeae, semuncia:  
 violarum, pugilli duo: coque in aqua  
 dum emollescant: fructus contun-  
 dantur, & per setaceum traiciantur:  
 iuri saccharum addito: cinnamo-  
 mi, drachma semissem: fiat Opi-  
 atum. Sumi poterit cum agarici de-  
 cocto, vel senae. Pectori & capiti  
 confert. Si ad bilem id formare velis,  
 adde pruna, tamarindos, berberim,  
 semina frigida, passulas, violas, cas-  
 siam, rhabarbarum, boraginem, sy-  
 rupum rosatum solutiuum.

*Massa pro  
pilulis  
leni*

*In pectore  
re.*

*Hic est mass  
de pectore*

**Diamanna Nicolai Alexandri-  
 ni**, quam descripsimus vbi agimus  
 de his quae leniter bilem purgant.  
 Nam in purgantium seriem copio-  
 sius haec pharmaca quae leniter cru-  
 ditates pituitosas, biliosas, & me-  
 lancholicas educunt, referte vo-  
 luimus.

**C V M** quaedam hodie **N A T V-  
 R A E T E N E L L V L A E** ad omne re-  
 medium nauseant, desudet & quasi  
 expallescant, vsus, blando quodam  
 furo remedium inuenit, absque ru-  
 sticitate

*Hortilitia  
remedia  
Lenientia.*

sticitate rusticum. Arbusculam eliges nobili fructu celebrem, bimatam aut trimatam non excedat, lato solo & cælo prognatam. Hanc ineunte anno, cum turgere nouo succo solent gramina, nonnihil supra radicem findes, cortice clementer violato, nec iniuria disrupto: hinc cuneolis arborem aperies, caudicem emedullabis, pharmaco valido implebis, quod tamè primùm maceratum fuit, vt elleboro, aut colocythide. Sed detur locus nutritui, nec via, nimio infarctu, alimento intercipiatur: argillâ & fimo bubulo vulnus obligetur; & ne frigus aut pluuia noceant, pice vestitum corticem tenerum apponemus. Alij cum arbuscula carbunculos florum rudimenta pandere satagit, conspeliunt & infodiunt fimo ritè temperata medicamina. Alij insignem ramum radicis medium secant, ac vasi referto medicatis rebus inserunt, arctè ne quid difflari posset obstruunt, quotannis ineunte vere id opus renouant. Nonnulli medicatis succis rigant radicem alimentata. quidam perforant vltra medullam ingentis arboris ramum, ac pharmaca inserunt. Alij herbis quoque vim purgatricem inserunt, maceratis seminibus (vnde illæ nascuntur) in diluto vi purgandi imbuto, ac hinc lactescentes herbas eodem succo rigant; aut nudatis modestè radicibus aspergunt. Sint herbae hoc mangonio tingendæ natura lubricæ, qualis lactuca, malua crispa, violæ, spinachia, brassica, beta, portulaca, pepones, cucumeres. Ita VITIS quoque medicatos fructus proment: radices circum sarti-

to & purgato, ac contusas veratri radices apponito, his stercus vetus, & veterem cinerem, ac duas partes terræ affundunt: ita Romanus Cato. Geoponici Græcorum aperiunt vitem, medullam eximunt, & elleborum inferunt, ac emplastro ne quid effluat tegunt. Iam, cum noua de grauido palmite gemma tumet, radices potant succo purgante, cauendo Aquilonem, idque per dies aliquot. Nonnulli sarmentum vitis in vas demergunt medicatis succis semiplenum, à maceratione longa, illis terra miscetur, detinetur cum flagellorum oculi nituntur exire: nam ex auctoritate Dioscoridis, vbi de vino agit Phthorio, libro quinto, capite quadragesimo quinto, si somniferis herbis eo modo vites aspergatur, fient somniferæ earum vua. Quidam foramine medicamina viti etiam inferunt, vt theriacam & mithridatium, quò pestifugas vuas procreet: sed noua affusione interdum senescens vis excitanda erit. ANIMALIUM præterea pulpa, LAC, & OVA purgatoria euadunt, dum horum parentes medicatis pabulis fruuntur; nam de caprino lacte id olim asseruit Galenus, & de mulieribus Hippocrates. Et vsu videmus vim medicatam per matrem in lactentem infantem traduci. Quare triticum coquunt cum elleboro aut thymalo, & agarico, siccato tritico hoc nutriuntur diu aues, hædi, cuniculi, gallinæ, porcelli. Alij ventri animalium medicamenta induunt, ac igni lento torrenda exponunt, ita insuccatur medicatâ vi assata caro. VINUM auidissimè bibit iniectas

iniectas tibi medicatas vires.

## OBSERVATIO.

In usu remediorum notandum, quid ferat cuiusque peculiaris natura: nam non omnes eadem vi remedium ferit: quædam enim corpora, præ potentium quoque medicaminum potentiam contemnant: alia quævis percipiunt. Propterea semper à mollioribus auspicienda curatio, quò & assuecat remediis natura, & laborantis sensus exploretur.

## CAPVT XXI.

## De Purgantibus Pharmacis.

**P**HARMACA quæ peculiari quadam vi peculiare succum ex corpore proliciunt, triplici serie continentur. Primam occupant medicamina lenientia, lenissima remedia: quæ alium duntaxat emolliant, lubricamque reddunt, & excrementa eius subducunt. *μαλακτικά* Græcis, vel *επακτικά* καὶ *λαγέρ*, vel *εκκροτωτικά*. partim cibi, partim medicamenta. De his præcedenti capite abundè egimus. Verûtamen ad horum classem pertinent & ea pharmaca, quæ his non multò efficaciora sunt, quæ alium aliquando etiam succos peculiare in ventriculo ac mesenterio contentos euacuant. alia quidem sunt *χολάφυα*, hoc est, biliosum succum ducentia: alia *φλεγμέφυα*, pituitosum: alia *μελανόφυα*, melancholicum: alia mixtum humorem euacuant. nam quæ hodie *αιμάφυα* dicuntur, tantum reddunt sanguinem fluxiliorum, apertis ac reclusis ani aut vteris venis. Secundâ serie continentur ea pharmaca quæ mediocri vi trahen-

di prædita, è venis succos prolestant. Tertia, acerrima cõtinet, quæ totum corpus validè inaniunt, ac contumaces affectus demoliuntur: hæc ob efficaciam dicuntur Græcis *δραστικά*, vulgo Eradicatiua. Qui susque deque his vtuntur, contemptis his ordinibus, maximis damnis ægros augere solebant: quod hoc tempore nimis frequenter euenire solet. **PURGANTIA** itaque medicamina dicuntur quæ certum humorem è corpore proliciunt, aut plurimos euacuant, excepto sanguine. Hæc autem pharmaca, vel sunt simplicia vel composita; eaque vel leniter vel validè, vt iam diximus, purgant: quare certo ordine illa distinguemus, in cuiusque humoris educendi serie. Hoc tẽpore in pharmacopoliis quintuplex est Solutiuorũ forma parata: Syrupi, electarij molli, solidi electarij, puluerum, & pilularũ, quas Græci catapotia vocant. **OBSERVATIO.** Quod si pharmaca velimus ita comparata habere vt ex peculiari aliqua parte corporis humores eximant, addeamus remedia illi parti studentia: hæc prodita sunt à nobis antè. Præterea pilulæ ex capite validè prolestant, nam diu hærent in intestinis: ex ventriculo, aloë: ex liene, sena: è iccore, rhabarbarum: ab intestinis & mesenterio, agaricum.

## CAVTIO.

Quamuis ea quæ fœdis ab humoribus corpus vindicant purgando, cordis sanguinẽ ac spiritus viuiores reddant; tamen parcè his vtendum, ni necessitas per morbos eorũ usum nobis extorserit: Etenim in exclusionẽ materiæ morbificæ, vnâ

Purgantia.

Forma usitata.

A parte vt trahant.

Parcè purgandum.

Eni form  
hæ in offic  
Seli hinc

Præ fœdis  
par hinc  
Seli hinc

Species purgantium.

vnà ferè quid exhauritur, in quo naturæ vis refedit: tum quod Natura, cum in suo munere versatur, in habitum corporis traicit alimentum (quo cottidie fruimur) quasi ad peripheriam: at pharmacum à peripheria in centrū succos & spiritus abducit. His itaque duobus aduersis motibus mirū in modum fatigatur Natura: nil enim ægrius natura ferre potest, quàm duos contrarios motus vno eodemque tempore. Hinc reuerēdus ille senex Hippocrates dicebat, Pharmacum mundum reddit corpus, & crebro vsu maturam infert senectam. & graue est hos purgare, qui securā sanitate fruuntur; nam vires franguntur resolutione partium solidarum, ab hypercatharsi succi alibilis.

*Cautio.*

Ea CAUTIONE semper opus erit, ne vnquam dum purgare consilium est, in ipsa purgatione theriacā vtamur, nisi frenare vim pharmaci velimus: etenim ilico restagnat à theriacā laxior alui effusio; nam domat illam purgatricem remediolorum vim theriaca. Est enim purgatrix vis vehementior, media quædam potentia, inter alimenta & venena, hanc dico vincit ac eluit theriaca.

OBSERVATIO.

IN purgantium remediolorū vsu, cum illa suum officiū non faciunt, Pragmatici clysmata iniiciunt, non dextrè, nec tutò, inquit Oribasius: nam distentis intestinis pharmaco, ac ruentibus succis, aditu prohibetur remedium. quare, hoc auctore, glandem imposuisse præstiterit ex melle, cū semidrachma salis, fellis bubuli, & succi cyclamini: sin fla-

tus in vitio fuerint, remiscebimus cymini semen. Vel clysmata acrius exiguâ mole infundatur; vt ad vn- cias octo: aut sorbeat potius ius pul- licum sale, vel melle, aut saccharo, hoc enim mitissimum est.

Præterea studiosè seruandum in morbis ab inflammatione obortis, lententia pharmaca commodiora esse quàm validè trahentia: vt antecedens causa abscindatur, quæ in prima aluo coaceruata fuit. Quæ enim fundunt ac agitant succos, fluxum excitant, nec quicquam à parte inflàmata exhauriunt. Rhabarbarum autem & syrupus rosatus strictione fluentē ac furentem materiā intercipiunt: quare ineunte morbo horum utilis erit vsus.

Notandum, vt semper grata quædam pharmacis aspergantur; & ea quæ humorum crassitiem incidunt, & transitum præbent interdum iniiciantur.

TEMPVS exhibendi.

Propinantur pharmaca purgantia quinq. vel sex horis ante prandium, ne alienâ permistione fracta è ventriculo excidant: sed vt minime impedita venis ante pastum sese inferant. interdum tamen ilico cibum excipere debet pharmacum, prostratis viribus cum languet corpus, ne fatiscat: quamuis enim fe- dior illuuius è corpore purgationum vi eluatur, vnà tamen benigni quid exhauritur, in quo vires domicilium suum habebant: vt luce clarius apparet in his qui hydropi immersi, se secandos exhibent; his cum confertim aqua effluit, moriuntur. Si medicamen hæserit in ventriculo, Hippocrates id elue-

*De Theriaca nisi cum purgandis*

*Clysmate nō vtendum.*

*De clysmate si nisi in purgandis*  
*supra vid. p. 13. a.*

*In inflā matu. ut p. fundu.*

*pharm. inflā*

*Notandū.*

*ante a.*

*post cibum*

*bat*

*pharm. in clysmate*  
*si nisi in purgandis*

bat ptisanâ. Hausto remedio, somnum ineat sesquihoræ spacio; quò faciliùs natiuus calor in opas id efferat. Sed quò ventriculus validior fuerit, hoc minùs dormiendum: alioqui somnus maximè prodest. Pragmatici duabus aut tribus horis à cœna exhibet pilulas, totaque nocte somnum inducunt. hoc illi ex Auicennæ scripto. sed eius erat sententia, vt tantùm pharmaci sopita vis excitaretur calidi natiui viuidâ vi, vtque potentiâ quod valebat, in actum effloresceret. hoc facile fit per somnum, cum commodissimè tunc cuncta amplectatur qui in stomacho resedit naturæ feruor; etenim huius vi per somnum coctiones suû pulcherrimè officium faciunt. Quare post octo vel nouem horas à cœna illas sumant, & per sesquihoram superdormiant. Pharmaceutum tamen suam munus exigit cum distribuitur; hoc autem fit per vigilias. Hæc accipienda de illis, quæ in substantiam corporis verti nequeunt; nam Cassiæ illico cibus iungi debet: quare cum cibus exhibetur, vnâ cum cassiâ, tunc bene somnus præscribitur à Medicis; alioqui eius facilitate pro nutritu Natura abutitur.

### QUANTITATIS RATIO

IN PURGANTIVM SIMPLICIVM VSV.

Simplicium pharmacorum copia primò ex qualitatibus manifestis initor, quæ variâ serie à clarissimis Medicis distinctæ fuere. Symmetrum remedium vel temperatum vocamus; in quo nulla vis caloris, frigoris, humiditatis, vel siccitatis

tatis sentitur. In his autè quæ hanc moderationem superant, quatuor ponimus ordines; nam hi ad vsu sufficiunt. CALIDVM QVBDOMINAMVS primi ordinis, quod nos calfacit, non tamen euidenter, verùm ita vt rationis subsidio opus sit: ita frigidum, humidum, & siccum, quod, nondum emicans viuiddâ vi, demonstrationem rationis exigit. Quæ autè manifestè calfacere, refrigerare, humectare, siccare possunt, ea SECVNDI gradus esse dicuntur. Sed quæ validè, non tamen summè suas vires exerunt, TERTIO ordini ascribemus. Quæ verò adeò vrunt vt escharam inferant, QVARTI ordinis esse affirmabimus. Nec vllum natura dedit, quod quarto gradu siccans, non etiâ vrat: quamuis tertio in numero quædam sine vredine siccare possunt; qualia sunt adstringentia, agrestia, rhoë, alumen, balaustra, galla immatura. Quæ vehementius refrigerant vsque ad interuersionem, quarti sunt ordinis. Quilibet horum graduum suum habet ambitum ac latitudinè, in quibus coërdetur. Hunc cuiusvis numeri ambitum in tres ordines Pragmatici distinxere, vt nempe paulatim (triplici serie) auctior vis increseat ad vltiorem gradum. Vt, in siccis, vicina vrentibus sunt squama aris, æ vsu; dubia nempe inter tertium & quartum ordinem: in medio tertij gradus est æ vsu & lotum; in principio tertij numeri hypocistus. Ita triplices & Græci constituere graduum ideâs: Nec enim perinde vrut sinapi, vt cauterium, licet ambo sint quarti ordinis.

N a Modera-

gradus 1.

grad. 2.

grad. 3.

grad. 4.

Gradus  
qualitatis  
in reme-  
din.

Symme-  
tri quid.

*Dosis, modo  
intentione*

Moderatiore lenientia dantur ad  
vnciarum duarum pondus: & mini-  
ma eorum mole: sicut scripturorum  
duorum aut drachmae vnius. Cum  
ad potentiora assurgimus pharma-  
ca, ex qualitatuum intemperie eorum  
copiam accidimus: vnus enim in-  
temperiei gradus mediam tempe-  
rati remedij quantitatem abdicat:  
hoc exemplis melius elucebit. Cassia,  
quia calore nec frigore temperiem  
fugit, exhiberi deberet ad vncias  
duas, modò eadem temperie hu-  
mor eius imbutus esset: sed quia  
madet ordine primo, debetur ei  
copia vnciae vnius: si autem tanta  
moderatione praedita sit, vò habitae  
familiaritate quadam facillimè sese  
societ, hanc molem superabit (quò  
alimentum) & offeretur ad drach-  
mas decem, pro moderatà copià,  
vsque ad vncias duas: hac enim  
cum natura nostra amicitia semper  
vniorem quantitatem suggerit.  
Quòque maior copia cassiae exhi-  
bitur, eò grandior accessio fiat  
eam corrigentium. Ita pruna quòd  
madent numero secundo, offeren-  
da essent ad semunciam: sed quòd  
malignitate cuncta spoliata sunt, ad  
medullae eorù seseunciam veniunt.  
Similiter tamarindi frigidi & sicci  
in secundo ambitu, superant igitur  
quòd temperie emicat medicamen-  
tum, quare exhibendi etiam ad se-  
munciam: sed quia substantia be-  
nignitate praecclare dotata sunt, offe-  
runtur ad sex drachmas. Mannam,  
quia ferè temperiem attingit, damus  
ad vncias duas: & ob naturae quam  
solit familiaritatè, ad tres vel qua-  
tuor vncias potò ingeritur, nam &  
nutrit. Violarum succus, frigit &

humet secundo ordine, propinatur  
à semuncia, ad vnciam molem. Fu-  
maria calet numero primo, conue-  
nit ei dosis media temperati medi-  
caminis, quae est vnciatratione vero  
siccitatis, quae aret numero secundo,  
debetur ei dosis semuncia: ita si-  
mul surgunt drachmae duodecim:  
& minor ei dosis seseeriget à se-  
muncia: Myrobalani citrinae, quia  
frigent primo recessu, vnius vnciae  
copiam admitterentur: sed ob sicca-  
tis quam getunt duorum graduum  
intemperiem, semunciae pondus  
his conueniet: quare ad duodecim  
drachmas in usum medicum tra-  
hentur: haec maxima earum copia  
erit: media autem dosis erit drach-  
marum sex: Sed quòd his utamur  
cum lenientibus, nempe remixtis  
cum casta vel sero lactis, copiose  
praescribi poterunt: at cum thabara-  
bato iunguntur, tres drachmae sus-  
fecerint. Scammonium praeparatum  
calet & siccat tertio numero, quare  
eius semuncia offerenda esset: sed  
cum caloris & siccitatis efflores-  
centia, viuida efficaciam vires suas  
egerat ad discrimen intentet, cum  
non longè à veneno absit, veteres  
talium vitium accedendo castigarunt,  
non aliter ac si frigore & madore  
vitium fecissent vsque in tertium  
ordinem à moderato declinantia:  
quare grana septem & semissem  
Scammonij iam dosim constituunt.  
Sed praestat vsu iam copertas me-  
dicaminum doses certas constitue-  
re, quam subtili ratione non satis  
compertas indagare: quamuis &  
has non nihil cofette possit ad ho-  
rum usum rectè inepndum. Quae  
largam manu exhibentur pharmaca,  
lenia

*2 q panibus  
almondarum  
ut vnciam*

*Supra p  
lib pmet pndi  
by vnciam  
Diamoniam  
ut pndi by dosi  
Diamoniam  
ut vnciam*

*A h i vnciam  
ut dosi h i an-  
cia vnciam, h  
Secundo, dosi h i  
seminij a  
pna tamem de  
h i in gburda-  
vnciam*

*Cassia dosi  
a 3 x ad 3 1/2*

*Medulla pni  
mox ad 3 1/2  
Tamar-  
andi.*

*Tamarindi ad  
3 1/2  
Manna.*

*Manna dosi  
vnciam, tres  
quartiarum  
Viola.*

*De dosi p pharmacorum specialior doctrina sequitur  
nam hoc supra pnum h i m d h, at vnciam mult  
pania ad vnciam*

*Furcata*

*Myroba-  
lani.*

*Scammonium.*

*Melior  
vnciam.*

lenia sunt; nam quæ exiguâ mole dantur, magnam vim gerunt, & niritè parentur, iactatione mirum in modum corpus fatigant.

CAVTVIO.

Si qui succi purgandi mixti fuerint sanguini, pharmaco opus erit leni & placido, nec vnquam transceatur manna, syrupus violatus solutius, aut rosatus solutius.

DE COMPOSITIS PURGANTIBVS.

Compositi-  
torum  
vtilitas.

Antiqui commiserere varia inter sese pharmaca, quò plures succos simul euehere ex corpore liceret, & à diuersis partibus conceptos elicere humores. quin interdum, solitariū vt pleniùs educamus qui in vitio est succum. accedit & illud, quòd fermentationis velitatione iuncta pharmaca malignitatem exuunt faciliusq. peruadūt sine noxa corpus. Eo modo noxiæ medicaminum qualitates leniuntur, temperie contrariâ domitæ. Experientia hæc probat, ac ratio anruit: traiciunt enim sese mutuò mixtorum qualitates, ac totæ totis miscētur: vt cūm elleborum, in diluto polypodij ex mulsa miscetur, præscripto ex Hippocratis, cum aniso, cymino, dauco, vel silere, horū aromatum qualitas sese miscet cum qualitate quæ ex elleboro manat, ac ita hebescit & retunditur eius noxa. Cūm autem sint innumera pharmaca composita, ex his optima & pauca erūt eligenda, maximè, quæ vsu fidem inuenere. Veteres tribus modis composuere pharmaca: primò, experientiâ tantum; secundò, rationis ducta; tertio, ratione & experientiâ iunctis. Primo modo inuenta re-

Unde in-  
uenta re-  
media.

media non tutò in vsum ducuntur, auctore enata cæcâ fortunâ. Secundo modo deprehensa; Rationis soboles sunt: hæc ex regulis componendi pharmaca enata fuere; nempe ex mixtione qualitatum diuersarum, vnde vna ex iunctis qualitas surgit. Sed Ratio nimis latè se fundit, ni castigetur rationali quadam experientiâ. ideo vt ritè mixtionem inferamus pharmacis, ratione & experientiâ iunctis id optimè consequemur: hoc vt fiat, miscenda remedia optimè cognita, ac eorum vires apertæ nobis esse debēt. Noscenda itaque remedij substantia, & qualitas, siue ea fuerit prima, secunda, aut tertia.

Componendi  
pharmaca  
Regula.

SVBSTANTIA, num medicamen graue, lene: ratum, densum: crassum, tenue: lentum, friabile: vacuum, plenum: purum, impurum. QUALITATE, num calidū, frigidum, humidum, aut siccum. CALIDUM si fuerit, CALORIS est calfacere, subtilia reddere, rarefacere, maturare, aperire, mordicare, inflammare, vesicas inurere, attrahere, consumere, rubrificare, in crustam vrere. FRIGORIS est inspissare, coctioni nocere, obstruere, congelare, enecare. HUMORIS, humectare, lenire, glutinare, obstruere, flatus mouere. SICCI, siccare, arefacere, emaciare, coardare, attenuare, corrugare, scindere, squamis scædare. Et SAPORES inter nunciij sunt qualitatum primarum. ACVTVS sapor vel acer, facilè inflammatur, aperit & attenuat, si citra tertium ordinē subsistat, vt hyssopum, thymus: nam alioqui vrunt, vt pyrethrum: natura huius est te-

Substantia.

Qualitates.

Sapores.

Ad componenda  
pharmaca  
vires optime  
cognite  
substantia  
et qualitas  
vires

Sapores  
in hoc  
quæ  
primarum





tum vel per sedem: de his seriatim iam nobis agendum erit.

### VOMITV PURGANTIA.

Per vomitum excluduntur quæ superiore parte ventriculi natant: hæc cōmodè exhauriuntur ob viæ breuitatem. Quædã id leniter possunt, hisque maximè vtimur vbi nausea fatigat, & cū os amarum est cum præcordiorum dolore. Horum nonnulla soluendo os ventriculi concitant in vomitum, vt olea, & aqua tepida, ficuum decoctum, & sua leuitate agaricum. Alia fortiora vomitum citant turbando, vt asarum, raphanus, atriplex, elleborus. de his seriatim agemus.

Illud obseruabile: ne erremus, duplicem esse vomitum; generalis vnus, & alter particularis. Generalis, cū totius corporis compages, si quid mali cōceperit, effundit per vomitum. Ita sapientissimus senex quarto Aphorismorum sexto, scribit hyemem cauendam esse in vomitu. At de Particulari loquitur libro de Salubri diæta, vbi ait, sex menses hybernos vomendum esse; hoc enim tempus inquit in pituitam fræcundius esse: Nam hîc pars, nempe ventriculus, râtum euacuatur. quemadmodum eleganter demonstrauit Galenus quinti de Vsv partium, quarto capite. Ita etiam Herodotus scripsit in Euterpe, vbi narrat Ægyptios singulis mensibus solere vomere.

### CAVTIO IN VNIVERSALI vomitu.

Purgabimus per vomitum, inquit Hippocrates, graciles temperamento & habitu (non morbo) qui nempe distentas habet sangu-

ne venas, ac carnes macilentas, modò, inquit, vomant ex facili, vt qui sunt amplo pectore, capite firmo, nec obnoxij cephalalgia, hæmorrhagia, aphthis, veterno, aut pulmonum morbis. Cauendo, inquit, hyemem: quasi dicat, plus tribuendum inclinationi humoris hyberni, quàm temperamēto & habitui. At dicit, nunquam tabidi (vt qui collo sunt exili) vomant, ob grauiorum symptomatum metum. Vtilis est vomitus, in profluuiis alui, ani, vesicæ & renum morbis, quin & in orthopnœa conuenit. Sed quò vehementior fuerit morbus acutus, eò lenioribus erit vtendum: longis enim & obfirmatis affectibus tantum confert vehemens vomitus; qualis est epilepsia à stomacho, melancholia, podagra, elephantiasis, paralytis, sideratio. Verum nullæ cū hyssopo coctæ vsus præcesserit oportet, & cibi humidi, & ocium, vbi grauius est Vomitorium. Abstinentum vbi caput dolet, aut phlegmone interna obsidet, hæmoptoisis vbi molesta, nec confert tabidis aut morbo exhaustis, nec suffusioni oculorum obnoxiiis, lipothymia & vterinæ affectioni expositis incommodat, quiq. fracto nauseabūdoq. sunt stomacho ab his abstineant.

### VOMITORIA LENIORA.

Vbi à tenuibus succis nausearit quis, ante cibum vomat: vbi verò à pituita crassa, post cibum: in febribus, vbi (qui facilè vomit) nauseat. Vt si materia fluctuarit in ventriculo BILIOSA, lenissimum medicamen præscribendum erit: aquæ hordei tepidæ, vel iuris pulli tepidi, vnciæ decem vel duodecim: syrupi

Vomito-  
ria.

Vomitus  
duplex  
Generalis  
Particularis

3.

4. Apho-  
rismorum  
6.

Obnoxii morbis  
non rariunt  
vitalis in m

A morbi  
vehementia.

Preparatio  
viti in m

Cautio

Obnoxii  
viti in m

Vomitus in  
morbo febri  
biliosus

Questio.

Vomito-  
ria.

acetosi simplicis fescuncia: pro vomitorio. Non misceo oleum cum febris adest; nam ventriculum nimis laxat, cuius robur in febribus est seruandum. Aliud fortius, iuris pulli tepidi, vnciae decem: succi raphani, oxymellis simplicis, singulae fescuncia. Dicet quis, qui per febres vomunt initio paroxysmi, his lenior illa euenit, semper igitur vomendum. Respondemus, interdum metum syncopes incumbere, cum prauior materia stomachum vellit, id sentit cor. Quare ita haec res tractanda, si mitescat à Vomitu febris, vomat: quod si antè in syncopen inciderit cum vomeret ante paroxysmum, clysmis potius subducatur materia morbifica, ac roborantia vetriculo admouebimus, ne ruentem à iecore accipiat materiam. In tertiana verò ineunte accessione vomat: in cottidiana, signis coctionis apparentibus. In officinis nullum compositum vomitorium extat. **VOMITORIVM**, Electarium Diasarum, & tutum & laudatum Fernelio, libro septimo suae Methodi. Radix asari datur à drachma, ad scriptulos quatuor: in infuso à sesquidrachma drachmas ad tres. **ALIVD**, succi raphani, vnciae duae: sit cum mulsa expressus: vel seminis semuncia ex mulsa, ferro lactis, vel aqua hordei: alij addunt olei fescunciam. **ALIVD**, succi raphani, fescuncia: oxyfacchari simplicis, vncia: iuris pinguis pulli & tepidi, vnciae decem. **ALIVD**, peponis radix, mite est remedium, à scriptulis duobus ad drachmam propinatur ex mulsa: Ita vrticæ semen ex iusculo leniente cum sac-

charo, à semidrachma ad drachmam praescribendum. Gesnerus vir doctissimus secundo libro epistolarum, epist. vndecima, folio 63. ita refert. Eupatorij aquatici, vel Abincennae, radicis fibras in vino nuper decoxi, bibi colatum, vnde per horam post, aluus & vrina copiose motae sunt, & vomitus post horam duodecies ferè, pituita plurima euacuata, facilius & tutius quam ab elleboro. **ALIVD**, cortex medius iuglandis arboris cum succo turget, siccatus: & maximè eius juli, qui florem praecedunt, ac decidunt frondescente arbore; hi furno siccati & tusi ad drachmae pondus praescribuntur, ex leniente liquore vel vino albo: vomitum cieunt, ac colicos nephriticosque dolores tollunt. Vxor Theotimi, apud Hippocratem, vomebat ex succo granatorum mulso; & à febre curata fuit. **LENITER VOMITVM** mouet hoc medicamentum, radicis vel seminis raphani, vnciae duae: seminis attriplicis, anethi, cuiusque semuncia: asari drachmae duae: fiat Decoctio: in iuris colati vnciis octo vel decem dissolue olei rancidi, vel butyri, vel syrupi violati, vncias duas vel tres; bibatur tepidum confertim: & ilico corpus exerceat. Balanus, myrepica calet tertio recessu, lenta mouet & crassa; medulla eximitur & siccat, igneque torretur: datur cum faeniculo, cinnamomo, & saccharo; subacta coquitur in massa; dosis à semidrachma ad drachmam.

Olei lini, & nucis, & amygdalorum amarorum cochlear, cum aqua tepida. Asarum cum oxymelite. Agaricum

Agaricum cum oleo anethi. Oleum Scorpionum, plumâ, gulæ illitum. Rasura proptij vnguis hausta ex vino, ilico vomitum mouet.

VOMITVM validè mouentia.

Succus è cortice radicis sambuci, & ebuli: puluis eupatorij Mesuæ, vulgò gratiola vocata. Vitriolū Romanum exsiccatum vel chalcantum dissolue in aqua, depuretur per residentiam, depuratam euapora: quod in fundo erit propinabis ad grana duo, cum conferuæ rosatæ, rorismarini, vel buglossi drachma. A vomitu nutriatur æger aquâ carnis; hinc dabimus quid carniū cydoniorum, cum cortice citri, vel vinum frigidum: ribes, aut decoctum méthæ & pulegij. Matthiolas laudat antimonium, si rusticus pinguior fuerit. PRÆSTANS remediū, bryoniæ, cyclamini, cuiusque vnciæ tres: ellebori albi vnciæ sex: purgentur accuratè, ac redigantur in puluerem: leniter siccantur in aëre: his affunde aquam vitæ, dum duobus digitis supereminet: digeratur aliquot diebus in balneo: hinc lenè distilletur, dum nil ultra elabatur: quod restibile fuerit iterum in puluerem redige, ac huic nuper extractâ aquam iterum committe: id repetatur ter. Plumæ apicè huic liquori immerges, ac vino maluatico elues, quod propinatum ilico vomitum irritabit. Hæc vis ab elleboro micat. Quæ purgationes ex ELLEBORO albo instituuntur, inquit Hippocrates in epistolis ad Crateuam, stabiliores & firmiores sunt. hoc, ait, Anticereus in Hercule vsus est, & Melampus (ve testatur Dioscorides) in

Præti filiabus insanientibus: Vnde olim Melampodium dictum fuit Elleborum. Scribit Dioscorides libro quarto, præparationem corporis ac victus rationem quæ antecedere Ellebori vsum debet, diligenter olim descriptam fuisse à Philonide Siculo Ennensi. ELLEBORVM itaque album robustis ritè paratis, in pernicipia morbi cōuenit. Fibræ eius ad scriptulos duos in raphano figuntur, qui tandem in iure pingui cum aniso & cinnamomo maceratur, expressio cum saccharo propinatur. Verum nō sine summa CAUTIONE hoc remedio vtemur: est enim valentissimum, & cum Antimonij vires contemnit morbus, in auxilium euocatur, modò validæ vires efflorescant. Herophilus antiquus medicus Elleborum fortissimo duci æquabat: concitatis enim intus omnibus, ipsum in primis exire dicebat. Ideo errasse antiquos, parcius illud præbendo, cum celerius erumperet quod daretur largius. Hoc remedio opus est in inuictis morbis: & ob id Abincenna eo utebatur in Melancholia hypochondriaca. Sed dico accuratè illud præparandum esse. Etenim Oribasius libro septimo capite pen. & libro octauo, scribit veteres sæpè ab vsu eius interuisse, quòd mos præparandi eos lateret. Subdit Oribasius & id tamen valere asserit ad morbos contumaces, qualis est dolor diu multumque fatigans, Epilepsia, Incubus, vertigo, apoplexia, & melancholia. Quare vt rectè vsus eius ineatur, quædam notanda in ipso elleboro, quo modo illud parari debeat: & quædam notanda in corpore

Elleborum bonum  
facere in hy  
perboreis  
melancholia  
in primis

Uu eius.

Alii in h  
elleborum mi  
rum h

pore

Vomito-  
ria vali-  
da.

A vomiti-  
o.

Elegans

Ellebo-  
ris in Tec-  
maris.

Cautio-  
1106.

*Ad praxin  
remediis  
boni q' sint  
ob fontali  
nec fura*

pore cui exhibebitur. Cùm enim præcellens remediũ sit, & satis tutum, modò commodè propinetur, eius vsus exactè noscendus erit.

Quare in Ellebori albi vsu **C A V T I O N E S** quædã obseruandæ veniunt. **P R I M A**, sit corpus immune ab omni febre; maximè à continua: etenim in febribus continuis, nunquã exhibuit Hippocrates elleborum album: Galenus in quartana id propinauit. **S E C V N D A**, antequam vsus eius ineatur, paretur corpus ad vomitũ, ac quasi assuecat vomere. A cœna igitur crebrò vomendũ, & etiam ieiuno stomacho: hinc intermittant duos vel tres dies, ac mox elleborum exhibe. Qui autem difficilè vomunt, ad viginti dies, inquit Oribasius, id agant, & vigesimo primo vtantur enemate & balneo aquæ dulcis, vt facillè laxum corpus euomat: postridie leniter fricetur oleo suavis oliuæ, aut amygdalino; corpore ita vncto, exhibe elleborum album. Vt autem rectè paretur corpus ad vomitum, vtantur in cœna raphano, inquit Oribasius: Sit corpus nõ cibo onustum (nam id deprimit ventriculum) paulò tamen liberaliùs comedant. In cœna, prima alimenta non sint acria, non pinguia, non dulcia: nam his locus erit à primo cibo.

Quare accipiat primò vitulinam & pulli carnem, hinc caricas, passulas, & vinum dulce (minimè ad ebrietatem) lentè bibant: post cœnam sit quies sine somno; à duabus horis ambulent: vomant. Sed si quis difficilè in vomitũ soluiatur, ante cœnam balneum ineat; exhibe raphanum & cibos oxymelite perfusos,

quiescant horas duas, dein ambulent, ac vomant: à vomitu ociũ agant, hinc dormiant. A somno parum ambulent, mox in balneum se conferant aquæ dulcis: dein edant auiculas cum aromatibus: & tunc propina elleborum. **S V M P T O** elleboro, os abluat aqua frigida, & aromata naribus affundantur, quò spiritus viuidiore emicent. Si viribus sit firmis, sedeat à sumpto elleboro horas tres: si debilis, iaceat: & ne decumbens euomat, manus & pedes fricentur; ita non iusto citiùs remedium abiiciet. Quare spaciis quibusdam interpositis, ligandæ erunt extremæ corporis partes & fricandæ: deinde liberè euomat per horas tres. Notandum, media in purgatione oboriri singultũ: illum placabimus datâ mulsâ cum ruta. In fine purgationis, ad mitigandam remedij acrimoniam, & vt faciliùs se à pharmaco expediat, dabimus aquam tepidam, & post horæ quadrantem euomat. **A Vomitu** vniuersum corpus oleo amygdalino illinemus cum adipe gallinæ: Si fortè incurrat metus suffocationis, quod euenit cùm non euomunt haustum remediũ, clyisma iniiciemus. Sed quo Tempore propinabitur elleborum, qua Quantitate, & quo Modo?

**T E M P V S**. Non vomat ab elleboro nisi coctâ materiã morbificâ. Scribit tamen Oribasius non procrastinandum; nam die inuicti euadunt morbi. &, inquit, non detur elleborum ante cibum, sed à pastu, nam ita promptiùs euomunt.

**Q V A N T I T A S**. hæc, inquit Oribasius, triplex est: maxima, duarum

Singul-  
1111.A vomit-  
1112.

Tempus.

Capit-  
1113.

rum

rum drachmarum: minima, scriptulorum quatuor: mediocris, decem obolorum, seu scriptulorum quinque. Et, inquit, maior data copia, copiosius euacuat: minor difficiliorem purgationem facit, nam agit succos & naturæ negocium faceffit; mediocris, mediocrem efficit purgationem, & facilem.

tionem: factaque diligenti expressione, abiiciatur elleborum, adde mellis libras tres: repetatur eodem tam diu dum mellis ideam & consistentiam induat: hoc electarium vitro vase exceptum, vsui reponatur. DOSIS huius Electarij est a sescuncia (& in tenerioribus a drachmis duabus, vel semuncia) ad uncias duas: exhibetur ex mulsa, vel aqua saccharata: & omnium optime cum decocto anisi. Grauissimi morbi hoc medicamine debellari possunt, vt comitialis, vertigo, insania, hydrops, coxarum dolor, conuulsio, elephantiasis. Si quis boli consistentiam malit, coquatur prunis ardentibus in BOIVM. Quod si decipiendi sint ægri, placentulis aut pastillis illud includemus. MODVS vtendi TERTVS in senibus, pueris, effœminatis, ac mollibus. Accipe veratri albi, sicci & incisi, drachmas quinque: aquæ, semilibram: tres dies macerentur: facta expressione, abiectoq. elleboro, incaleseat aqua in diplomate: passulas addere licet, nam quidam oliuas miscent. Alius modus: accipe ellebori albi semidrachmam: aquæ vitæ vncias duas: immacera dies quatuordecim: exprime per filtrum: propina drachmas duas, cum vino. Mesuës exhibet raphanum, cui infixum hæsit elleborum ad drachmas tres: subditi ponuntur: abiecto elleboro, taleolas ex oxymelite macerabimus horis tribus: comedat, ac oxymel superbibat. Verum vix tutius dabitur elleborum quam ex præscripto electario: nam domita, fermentationis velitatione, effrenis eius vis, corpus non ita iactat: etenim mel

Vires.

Modus tutus.

Modus.

Causa cur a minoribus partibus remediij, purgatio difficilis.

In pilulis

Optima Ellebori preparatio.

MODVS. Sit Elleborum album optimum, non viride sed siccum, incidatur, cum aliis remisceatur: nõ illico propinetur, sed dies quindecim fermentetur. Si incidatur elleborum in grandiores partes, non ita difficile purgabit, sed modica erit, non copiosa purgatio: in minores partes comminutum, copiosius vacuat, sed difficilius. causa est, quod Ellebori radix, si qua alia, validissimas habet vires, nõ in superficie tantum, sed in tota substantia vehementer ac tenaciter impressas: quamobrem etiam diutissime seruari potest, imò post decennium. In puluerem comminutum nunquam Elleborum exhiberi debet, nam suffocat ægros: quare qui grana quatuor vel quinque propinant pulueris, maximis damnis augent ægros. Modi exhibendi Elleborum sunt plurimi; datur enim ex placentulis fabricatis ex farina, melle vel saccharo, cum butyro: quidam allium remiscunt, quod vis ellebori sumentem lateat; sed tunc copiosius est addendum elleborum: & Oribasius surgit ad semunciam elleboti. Tutius est ELECTARIVM, ellebori albi sicci, & incisi, libra: aquæ, libræ duodecim, vel quatuordecim: fiat infusio per tres dies naturales; hinc fiat decoctio ad medietatis exhala-

gudiu

Oo

nunquam

nunquam ocium agit his remix-  
tum, sed efficit perpetuo illo mo-  
tionis incurfu, vt noxam omnem  
euomat. Cum acri vsum ellebori  
per os reformidat, electarium præ-  
scriptum enematis indi poterit, cum  
mulsæ aut aquæ vnciis octo, aut de-  
cem: vt, exigua cum infunditur  
copia, diu retineri possit.

Qui præclara quædam de elle-  
bori apud veteres vsum cognoscere  
velit, legat Plinium libro 25, capi-  
te 5. Et Theophrastum de histo-  
ria Plantarum libro 9, capite 11.  
Et Agellium 17, 15.  
Hactenus de pharmacis quæ per  
os excludunt materiam morbifi-  
cam: iam ad ea veniendum quæ  
per sedem purgant.

### CAPITULUM XXII.

DE PURGANTIBUS BILEM,  
*quæ χαλαρὰ Græcis.*

**B**ILEM purgantia quædam sunt  
mitiora; alia sunt efficaciora,  
Græcis *δραστικὰ*, vulgo Eradicatiua.  
Et quæque horum aut Simplicia,  
vel Composita. Quæ certâ iam se-  
rie prosequemur, ac selectissima  
vsuque longo comperta præscribe-  
mus; longè meliora, nuper natis  
remediis, quæ vsus nondum stabi-  
liuit: quamuis illa, nouâ iuentâ  
blanda que facie arrideant, attamen  
dies sæpe venenû ostendit, magna  
naturæ humanæ calamitate. Quare  
prudencia remedia, hoc est senes-  
centia, quæ ætatis temporisque  
ignem ac iniuriam sustinere potue-  
re, imò quæ inde vnde alia cecide-  
re, gloriam retulere, amplectamur.  
nam, vt quidam cecidit,

Tempora NATVRAM vertere nul-  
la queunt.

## SIMPLICIA LENITER BILEM

PURGANTIA, ET

*alium benignè laxantia.*

**C**ASSIA fistularis, quæ Actua-  
rio Fistula nigra, ab aliis Siliqua  
Egyptia dicitur. Optima est crassa  
& grauis: quæ cum quatitur, nul-  
lum internû sonum edit: quæ fra-  
cta, pleno pulpamento nigro spien-  
det. Humida est primo ordine, cæ-  
teris temperata. nocet languido ven-  
triculo ac aluo lubricæ: propterea  
corrigitur asperso puluere Ducis,  
vel granis quinque piperis, & scri-  
ptulo mastichis, aut puluere corti-  
cum myrobalanorum, rhabarbaro,  
seminibus anisi, vel speciebus hie-  
ræ simplicis, diarrhodonis abba-  
tis, scordio, hyssopo, crasso mo-  
do contusis: cinnamomo, berberi,  
tamarindis.

Educit ex stomacho, pulmoni-  
bus, nam pectori omnino est dica-  
ta: pleuriticis utilis, nam lenit: elicit  
ex hepate: febriles æstus obtundit,  
placat sitim, & squalenti corpori  
confert: sanguinem purum reddit,  
ac flauæ bilis æstum frangit: renes  
æstu flagrantes recreat ex glycy-  
rhizæ decocto, & calculo resistit:  
vrinæ difficultatibus prodest. Quo-  
uis TEMPORE commodè sumi-  
tur etiam incunte partu: tutò datur  
pueris & prægnantibus. Cautio: in  
Arthritide non temerè danda illa:  
nam pars eius in nutritum abit,  
& ita laxas partes reddit, & fluxio-  
nibus

*Nona re-  
media pe-  
riculosa.*

*Vires*

*gibus  
in  
i*

*Purg  
et  
i*

nibus obnoxias. Si itaque hoc in malo danda fuerit, eius vnciae remisce tamarindorū drachmas tres: aut mastice scriptulos duos, vel drachmam.

Modus.

Interdum adduntur Diapruni laxatiui; vel electarij de succo rosarum drachmæ duæ, vel tres; ne diu cunctetur in corpore. Si acienda eius vis sit, superbibatur à sumptione iuseulum, in quo hysopum aut thymus maduit; maximè si corpus pituitescat. Coquitur interdū cum succo endiuia, nec coctio eius vires exiit; ita flatus deponit & febribus resistit. Eius vis primas venas non transit: quare & incuntibus morbis tuto datur. Sed ilico sequatur hanc cibis, alioqui pro nutritu eā abutitur Natura. Strictiore aluo, viribus eius accessio hoc modo fit; addito oleo dulci amygdalino, aut psyllij muceagine, hysopo, vel sero caprino. **A C C I P I T V R** in forma boli vel ex aqua distillata, decoctis, & ex iuseculis temperatæ carnis, aut ex decocto communi. Datur plerumque ad drachmas decem: quamuis cum purgationis causâ exhibetur, dari possit ad vncias duas. Pueris sufficiunt binæ drachmæ, cum semine dauci. **C A V T I O.**

Coquitur.

Furor  
tibi  
morbis  
nihil

Dosis.

Ad vnciam  
am  
nam,  
drachmas  
ina  
narum  
ad danda

Calculosi.

Pruna.

Non detur his qui ex ventriculi imbecillitate laborant, aut intestinorum læuitate, aut flatibus: nec propinetur his quibus vlcus est in renibus & vesica: calculosis tamen conuenit, nam perenni vsu arenularum focum subducit.

**PRVNODACTYLA**, hoc est, pruna Damascena dulcia, madent secundo numero, reliquis temperata: ventriculum parum lædunt

laxando, id corrigitur adiectis tamarindis, aut succo rosarum, vel melle. Præbentur interdum cum manna, cassia, & tamarindis. In bolo exhibetur, vel in potu ex hydromelite ab vncia ad fescunciã. Nos, torrido Caniculæ æstu, pruna tegimus foliis rosarum pallidarum, inspergimus saccharū, quod eliquatum infert rosarum purgatricem vim prunis: tenellulis naturis gratissimum medicamen.

Armeni, inquit Mesuës, truncum pruni arboris, locis duobus vel tribus palma: vnus interuallo tenuiter perforat, immissoq. scammonio lutant, pruna ob id purgatoria euadunt.

**TAMARINDI**, tamar Barbaris dactylus est, vt sint dactyli Indici. eorum succo, loco aceti vtuntur Arabes & Indi, quare ἄγυφόνικος quidam eas vocarunt. Græcis tamen ignoti. Optimi sunt pingues, ex obscuro rubentes, & acidi. Frigent & sicci sunt ordine secundo, quare ventriculo frigido nocent: propterea his additur mace, mastix, cinnamomum, vel spica. Hyeme cauendum à Tamarindorum vsu.

Tardè aluum eliquat, quia comprimunt; quare acutitur cum sero caprino, aut succo fumarie, vel lupulorum, mannâ, vel cassiã. Maccrantur interdum in aqua endiuia horis tribus, & cum saccharo exhibetur colatura. Et cum saccharo fit ex eis conferva, æstiuis solibus. Dosis à femuncia ad sex drachmas: in infuso, ad vncias tres.

Bilis feruorem compescunt, sitim extinguunt, vomitum sistunt: præassaram bilem leniunt, ac eius furorem

Dosis et forma

Exipe

Tamarindi.

Hyeme tamarindorum non vsu

Modus.

Dosis.

Vires & formula.

Ex

furorem mulcent. Accipimus un-  
 tias duas tamarindorum, pistillo  
 subigitas, & per cribrum eliqua-  
 mus, & ex saccharo in bolum redi-  
 gimus, vel uncia in seri lactis unciis  
 decem, ad unciarum duarum seri  
 exhaustionem bulliat, nam nimia  
 coctura eorum vim aufert: per lin-  
 teum densum cola, & cum saccha-  
 ro potet. Poterunt coqui & in iure  
 alterato lupulo, vel fumaria, ad un-  
 cias tres: imò interdum ad uncias  
 quatuor. **BOLUS**, pulpæ tamarin-  
 dorum, semuncia: succi fumariæ  
 densati, sesquidrachma: cassiæ un-  
 cia: fiat Bolus: purgat modeste, ac  
 sanguinem puriorem sistit.

*Exr.*  
*Bolus.*

**MANNA**, Galeno est Mel rori-  
 dum, mel ærium, est ros mixtus  
 gummosis vaporibus, ex resiniferis  
 arboribus qui exspiravit: propterea  
 quæ super folia laticis concrevit,  
 optima est. Etatem non fert: recen-  
 tissima, optima. Humore & siccita-  
 te ferè attingit temperiem, leniter  
 tamen calet: quare per febres frigi-  
 dis corporibus vtilior est, quàm sy-  
 rупus rosatus laxatiuus. Tardè sol-  
 uit, quare eius vis irritatur affuso  
 syrupo rosato solutiuo, & succo ro-  
 sarum. Quidam iniiciunt illi grana  
 duo scammonij, vbi æger par est.  
 alij dulce pomū cauant, mannam-  
 que ei includunt, coctum vorant.

**Dosis.** Dosis eius ad uncias quatuor ex-  
 currit: datur sine offensione & pue-  
 ris bimulis, & iunioribus ad drach-  
 mas tres: ex iusculo: gravidis ses-  
 uncia. Rectus lenit, hecticis cōfert.

In ardētioribus febribus ob dul-  
 corem non ita prodest: In colicis  
 datur cū oleo amygdalino: malua-  
 tici vini quid additur interdum.

*In rosatis*

**VIOLA** friget & humet primo  
 ordine: recentior ad secundum nu-  
 merum vsq; madescit. Succus eius  
 datur ad uncias duas à semuncia,  
 cum cassia vel manna, nam alioqui  
 alium non soluit. Fit ex eis infusio  
 ex aqua vel oxymelite; datur cum  
 cassia, vel manna. Omnes dolores  
 à calore placat, & pectus purgat  
 viola. Melior est viola matutina,  
 cuius vini nec Solis calor resoluit,  
 neque pluuia dissipauit: carpantur,  
 cū maximè odore fragrant. **TRO-**  
**CHISCI** de violis fiunt sine scammo-  
 nio, dantur ad drachmas quinque;  
 sed qui scammonium habent, ad  
 drachmas præbentur duas. **SYR-**  
**VPVS** violatus solutiuus, humet serie  
 secundâ, ceteris temperatus: Dosis  
 eius ab unciis duabus surgit in qua-  
 tuor; & cū elanguescit vetustate,  
 ad uncias propinatur sex.

*Viola.*  
*Trochisci.*  
*Syrupus.*  
*Dosis.*

**ROSA**, frigida est in primo nu-  
 mero, & sicca in secūdo. Rosa Per-  
 sica soluit ventrem. succus uncia-  
 rum instar duarum pondere datur,  
 cū aqua saccharata: & **SYRVPVS**  
 rosatus solutiuus ad uncias præbe-  
 tur duas. Id peculiare habet, quòd à  
 purgandi munere robur afflet vis-  
 ceribus. **MEL** rosatum solutiuum  
 debetur frigidioribus. **INFUSIO**  
 rosarum sorbetur ab unciis duabus  
 ad quatuor. **ROSÆ** siccitatem cor-  
 rigit aqua, & serum lactis: saccha-  
 rum & mel, eius frigus mitigant.  
 Hepati confert, obstructo, ictero,  
 & cachexia; tenuem bilem educit.

*Rosa.*  
*Syrupus & Mel.*  
*Infusio.*

**CAVTIO.**  
 Prægnanti non detur succus ro-  
 sarū, quòd grato odore ab vtero ra-  
 ptus, venas eius plerumque aperiat.  
**FUMARIA** siccat in secundo,  
 &

*Ingrau-  
 data.*  
*Fumaria.*



& calefacit in primo ordine. Vltam bilem educit. Eius succus vel infusio propinatur. vis crescit affuso sero lactis, vel hydromelite, & additis myrobalanis, & ab infuso senæ. A drachmis nouem exhibetur, ad fescunciam. Hepar, venas, & stomachum mundat.

**SERVM LACTIS**, retorridam bilem eluit: eget correctione & stimulo; etenim madore nimio humet ex pascuis irriguis. Lac calet primo recessu, & madet secundo. Alterabimus Serum ad sanguinis purificationem, lupulis: ad bilis absterfionem, myrobalanis, vel rhabarbaro, si ex mesenterio bilis elici debet: vel cum succo rosarum, quò illa à capite abducatur: cum tamarindis, si è iecore bilis euocanda: cum cassia, quando resedit bilis in ventriculo: cum agarico præparato, vbi bilis cū pituita dulci è pectore prolectari debet: cum epithymo, quando bilis vsta ex corporis habitu ( vt in scabie) euocabitur: cum polypodio, vt bilis in cineres vsta, ex liene & hepate proiciatur: cum stœchade, vt à iuncturis ablegetur in podagra calida: cum asaro, aut iride, in hydrope cum bile: cum succo endiuia, aut cassutha, vt ferocia splendentis bilis extinguatur: cum spica & absinthio, cū eluenda bilis è ventriculo. Propinatur interdum cum eupatorio, fumaria, apio, fœniculo, amygdalis amaris, vt à melancholia mixtio eius arceatur: cum seminibus frigidis, quò bilis facile è pulmonibus & renibus effluat: cum ceteracho abducit bilem assatam ex mesenterio. Per se datur ad vncias octodecim: cum aliis co-

Etum, ab vncias duabus ad quatuor. Accipe feri lactis caprilli vncias tres, vel quatuor: succi fumarie vel rosarum fescunciam: vel tantundem syrupi, aut mellis rosati: sumat in aurora.

**ALOË Socotorina**, ex Socotora Indiæ insula, calet ordine secundo: & siccat tertio, si non abluatur. aperit orificia venarum, bilem & pituitam absterget ab aluo, inquit Mesuës: pallidis medetur, intellectum acuit, & oculis confert, infarctus iecoris expedit. Cotidianus eius vsus à lethalibus morbis tuetur, & myrrhâ additâ cum croco & vino, cadauera, & vitâ quæ fruuntur à putredine tuetur. Indi eius puluerem propinant ex lacte, his qui renum aut vesicæ vlcere laborant, aut qui purulentas vrinas profundunt, ad vlcera valet adiecto sanguine draconis, & myrrhâ.

Non detur in potu, ob amaritudinem: sed dentur potius species Hieræ simplicis. Dosis eius est à drachma ad semunciam, cū purgandi consilium est: nam alium eliquat, à scriptuli ad drachmæ pondus. Exhibetur interdum ex rebinthina Veneta, aut melle cocto: vel cum succo brassicæ, aut absinthij. Reliqua medicamenta quibus remiscetur aloë, reddit innocentiora: est enim remedium ventriculo & intestinis dicatū. **ALOËN** parant magni quidam viri, ita vt omnem noxam exuat, hoc modo: Cū Sirius æstiuo solstitio flagrat, pulueri aloës remiscant seram lactis, dūm pultis characterē trahat: soli exponunt dum indurescat. Iterum in puluerē cōminuunt, & sic-

Formula

Aloë.

Cottidianus  
vsus absterUlcus re-  
num.

Dosis.

Elegans.

Serum  
lactu.Varius  
omni vsus.Sermo  
lactu.Varius  
omni vsus.

Dosis.

imp

cum endiuia affundunt, denuoque sicant: tandem in pollinem vertunt, ac rosarum Persicarum succo imbuunt: & saepius eandem historiam peragunt: vltimò siccatam in usum reponunt. Scripsit Ruffus Ephesius bonum esse si cottidie à prandio sumatur, nam succos subducit, ait, nec alimenti digestionem abolet: nec sitifera est, verùm famelica. Præbet Ruffus duas vel tres pilulas eius, combinatas cum succo brassicæ, vel lapathij. Optimum pueris futurum remedium, ait, ni amaror obstaret.

Utilitas  
aloi.

## CAVTIO.

Est aduersissima his qui hæmorrhagiæ obnoxij sunt, ex ore, aluo, vtero: & prægnanti non tuta, nec hæcticis.

Medici.

Terebinthina.

TEREBINTHINA purgat ventrem, splenem, hepar, vesicam. Magna vis sacchari ei remiscetur: interdum & rhabarbari momentū accipit; datur mole instar oliuæ.

Rhabarbarum  
vires.

RHABARBARVM calet & siccat recessu secundo: est medium remedium inter mitia & fortia, at tamen benignum, familiare, & tutum: nam infantibus & senibus, & prægnantibus omni tempore exhiberi potest, ac ex morbo sese colligentibus. Fernelius lactenti puero drachmæ pondere præbet. Iecori dicatum remedium, omnium febrium focū depopulatur: primam aluum purgat, ictero, vomitioni, lyenteria, dysenteria, sputo cruento, ruptis & contusis confert. Id in eo notandum, quòd substantia eius trahit bilē tenuem & crassam: sed dilutum eius, tenuem bilem abducit: habet enim Rhabarbarum va-

Rhabarbarum  
vires.

rias in se partes, aëreas, igneas, aqueas, terreas: terrenis adstringit. Quare vbi purgandum est, & metus est ne in nimium fluxum se effundant humores, integrum offertur ex iusculis, vel cum syrupo rosato solutiuo. Incuntibus inflammationibus dextrè propinatur cum syrupo rosato solutiuo; vt in Pleuritide incunte, datur cum cassia vel manna: sed progressis morbis, cum iam hæret medullis infixam materia morbifica, Rhabarbarum inutile erit. PRO PVERIS in placentulis melle subactis coquitur. senibus præbemus aquam vite, in qua Rhabarbarum & cinnamomum macerata fuere. Dysentericis puluis eius ex succo rosarum sole fermentatus, cum saccharo confert. vbi vitare substantiã eius terream volumus, maceramus id vino albo & aqua endiuia; vel diacatholico excipimus aut electario lenitiuo, & sero lactis. Vis eius coctione perit: quare in tenui liquore infunditur, ac ei iungitur leniens syrupus. vt tamen varij affectus fuerint, ita interdum offertur in substantia, pilulis, infusione, puluere, vltimo, non vltimo. & iucunda est *ἐκχλωσις* seu extractum Rhabarbari. Nos syrupo rosato solutiuo puluerem Rhabarbari infundimus, cum paucis cinnamomo, dum boli ferè crassamentum ducat: solibus astituis exponimus, vt fermentationis velitationem subeat.

vbi vbi  
la.

Pro pueris  
vires & senibus.

Dysentericis  
tia.

Elegans  
Ex

Corollia

CORRECTIONE modica eget ex cinnamomo, schœnantho, vino generoso si obstructio adest, vt facillè spargi per venas possit. sociatur plerumque Spica; sed in iis qui

*Spica*  
*non*  
*tan*  
*lig*  
*on*  
qui vomunt ex facili, & in grauidis, aut vbi febrilis calor inæstuat, ab ea abstinendum. mastix à quibusdam ei iungitur. Præstat Rhabarbarum primùm irrorare aqua vitæ, & postea infundere liquoribus, vt aquæ boraginis, &c. Datur ad drachmas duas.

*Delectus.*  
Optimum est nouum, ponderosum, amarum, foris nigrum, intus ex rubro flauescens, odorum, manducatum tingēs. perennat cerâ oblitum, aut in seminibus lini, vel milij, aut melle sepultum.

*Præclarū*  
*Remediū.*  
*Ex.*  
INNOCIVM remedium. Dum cydonia mala cum cuticula externa cum saccharo coquatur in CYDONIATVM, misceatur Rhabarbarum. Hoc hepar & ventrē firmat.

ALIVD. diuidatur cydonium malum, & interaneis sublatis folliculis, loculamentis nempe seminum, ac cellulis; puluere rhabarbari, vel fenæ, aut carthami, vel agarico, epithymo impleantur cauitates: Deinde vniantur partes, & papyro inuoluantur, coquantur ad tabem in clibano vel foco: Hinc soluantur, & abiectis medicamentis, pulpa manducetur. Sine noxa purgat, & visceribus robur afflat. Sit minus pomum, vt totum vorari possit. Infunde rhabarbari puluerē aquæ vitæ, ita vt aqua hæc supernatet quatuor digitis: balneo tepescat dies quatuor. coloratum vinum effunde, & nouum infunde: id repete, dum color nullus reddatur: adice aliquid cinnamomi: detur cum vino hæc aqua vitæ. Alij extillant aquam vitæ, & restibili, in fundo, succo addant olei cinnamomi scriptulos duos, ad vnciam succi. Dosis est

scriptuli pondus, cū vini albi cochleari: infanti, & prægnanti innoxium. Puluis datur fluxæ aluo.

MYROBALANI Græcis veteribus incognitæ. Luteæ vel citrinæ ordine primo refrigerant, & secundo siccant. Nullâ molestiâ afficiunt, ac bilem excludunt; inò cor, hepar & ventrem roborant. Sed non dandæ vbi obstructio adest: vel præbeantur ex sero lactis maceratæ, ad vnciam molem: vel ex medulla cassiæ exhibeantur drachmæ tres: vel cum vrinalibus misceantur remediis, vt cum succo absinthij, & spica, & hydromelite, fumaris succo, cū agarico, (fricatæ oleo amygdalino) vel cum manna datæ, & ex aqua fumaris, aut ex aqua cinnamomi maceratæ. PVERI sex placentulis mellitis offeruntur. Hepati & stomacho student: vsus earum senectutē remoratur, colorē emendat, hilaritatem adfert, & hæmorrhoidibus studet.

DOSIS earum in infuso est à drachmis sex, ad fescunciam: sed quia lenientibus aliis has remisceamus, earum Dosis erit sex drachmarum; vt quando cum sero lactis, vel cum cassia offeruntur. Sin cum Rhabarbaro & spica exhibendæ fuerint in substantia, trium drachmarum copiam non superamus. Pragmatici, ex infuso, vtuntur à drachmis duabus ad sex: puluere, à drachma vna ad duas.

AQUA VINOSA ex conseruatione vuarum: Nam, vt scribit Cassius Dionysius Geoponicôn tertio, VVÆ in hyemem seruatur, in decocta pluuiali aqua, dum tertia pars reliqua fuerit, huic vuas immittunt,

Myrobalani.

vi.

Dosis.

Aqua vinosa.

tunt, ac loco frigido reponunt; hæc, inquit, aqua tandem infirmis aluum ducit.

Herba  
quadam.

**EVPATORIUM**, secundū siccandi ordinē attingit, cæteris temperatum: datur ad semunciam,

Abfinthiū, quod Abensoar vnā phlegmagogum censuit, intestina purgat & stomachum: & **SAL** eius. Vis eius crescit ex sero lactis, cum fumaria & passulis vuis. Huc refertur **CAPILLVS** Veneris recens, cum violis, cassia, & sero lactis: rumex maior: chamæpitys: lactuca siluestris: lupulus retorridam bilem euacuat; vt & brassica semicocta, & pulegium. Cerasi arboris quæ dulcia cerasa profert, florum dilutum; & ex his serapium: quod fit eodem modo vt ex rosis. **PERSICI** flores & folia in aquâ macerata, in iulapiū, vel serapiū: dantur vnciæ duæ.

Cerasi  
Syrupus.

Syrupus  
Persici.

**COMPOSITA.**

**LENITER BILEM purgantia**  
& *aluum benignè laxantia.*

Serapion.

**SERAPION**; radicū apij, fœniculi, in aceto per noctem maceratarum, cuiusque semuncia: Capillorum Veneris, adianti, polytrichi, scolopendrij, endiuicæ, cichorei, singulorum semimanipulus; aut quorundam manipulus: quatuor seminum frigidorum maiorum contusorum, cuiusque drachmæ duæ, vel tres: anisi, glycyrrhizæ rasæ, singulæ drachmæ tres: passularum mundatarum, semuncia: trium florū cordialium, singuli pugilli; fiat coctio, ac infunde Agarici recenter trochiscati drachmas sex: foliorum senæ vnciam: In colatura dissolue syrupi capillorum Veneris, & violati singulas vncias tres: sacchari albi

vncias quatuor: fiat syrupus perfecte coctus, sine fumo, lætissimo igne: & in fine adde rhabarbari vnciam. **DOSIS** est ad duas vncias; cum duplo decocti endiuicæ, vel cichorei, aut liquiritiæ, aut sero lactis caprilli. Addi poterit cassiæ semuncia: vel Diapruni laxatiui, aut Electarij de succo rosarum, drachma vna, aut altera: quin & rhabarbari quid amplius adiici poterit. Tamarindi & pruna interdū adduntur, carthamum, polypodium, semina endiuicæ. **ACCIPERE** syrupi præscripti, vncias duas: sero lactis in quo scriptuli duo, aut drachma Rhabarbari macerata fuit. In Officinis extat **Syrupus rosarum pallidarū**: sed vterū aperit. & **Syrupus de cichoreo cum rhabarbaro**. dantur ad vncias tres vel quatuor. Componimus & Syrupum florum persicæ arboris. **PRO PVERIS**. Rhabarbarū in taleolas scinde, ac madescant vapore albi vini: dein si æstas fuerit, infunde cum pauco cinnamomo in aqua rosata; hyeme, vino: cum induit colorem Rhabarbari liquor, effundes, & nouū liquorem infundes: hoc repetes, dum nullum à Rhabarbaro amplius colorem ducit liquor. Hunc liquorem molliter coque, dum media pars exhalarit: adde saccharum, vel mel: & rursus coque dum syrupi ideam induit. taleolas Rhabarbari sub finem coctionis illi reddes. **DOSIS**. Pueris duorum vel trium annorum, offeres cochlearia duo vel tria: proveciores taleolam accipiant vnā cum Syrupo: ita vermes quoque excutit. **ALIVS MODVS**: Accipe taleolas Rhabarbari, coque eas in Syrupo ro-

Febri  
spuria  
vniu.

Officinarum  
Syrupus  
Rhabarbari

vi. 1. 1.

Propriet.

Ex.

Ad 70  
mar  
mi

po rosato, vel cichorei cum syrupo, aut violato: adde cinnamomum, & caryophyllos: Da quatuor vel quinque taleolas Rhabarbari, cum duobus cochlearibus Syrupi.

*Potus.* P O T V S: Tamarindorum pinguium vncia: trium florum cordialium, scariolæ, endiuia, singuli pugilli: myrobalanorum citrinarum drachmæ duæ: anisi, liquiritiæ rasæ, cuiusque drachma: pruna, sex: fiat coctio ex parua copia aquæ; & validè exprimantur tamarindi: colaturæ adde cassiæ vnciam, vel drachmas sex: serapij violati vnciam: fiat haustus. Confert febribus vbi metus est delirij: nam diadosin facit, & refrigerat materiam: per febrium initia. A L I V S. Diapruni simplicis, drachmæ sex vel semuncia: dissoluantur in eodè decocto cū drachma vna aut altera diapruni laxatiui: vel horum loco adiace rhabarbari drachmā, ditioze ægro: aut quid syrapi rosati laxatiui. Sin res M O R A M abnuat, eliquescant iam diuersa pharmaca in sero lactis, aut in decocto liquiritiæ, vel in aqua endiuia, cichorei, lupuli, aut in decocto pulli. Vtilis est hic potus tertianis febribus ineuntibus, cūm sex horis ante cibū ptopinatur: eoque die hauriri debet, quo minùs ægrū cōcutit febris. O B S E R V A N D V M, quod vbi potionibus Rhabarbarum additur, remisceri solebant atque addi tria vel quatuor grana spicæ nardi, sed abstinendum ab ea in ingrauidata muliere, & cūm æger vomit ex facili. A L I V S, Myrobalanorum citrinarum drachmæ duæ: pruna, quinque: tamarindorum, semuncia: fiat coctio ad vncias

tres: adde sacchari semunciam: fiat potus. A L I V S, Myrobalanorum omnium, cuiusq. drachma: passularum, semuncia: pruna decem: fiat infusio in sero caprino, vel in aqua fumi terræ; facta expressione, vncias quinque huius infusi addes florum cassiæ semunciam: manna electæ, vncias duas: misce, fiat potus. A L I V S, tamarindorum, semuncia: fiat coctio ex aqua, & adde syrapi rosati solutiui, vncias tres: manna electæ, sescunciam. V B I venenata B I L I S in vitio est, propinamus mannā, cum decocto acetosæ, pentaphylli, tamarindorum, seminum citreorum, vel ex decocto florum & fructuum. vel cassiæ drachmas sex: cum tamarindorū semuncia: & seminis citri semidrachma. A L I V S: Rhabarbari sesquidrachma: infundatur in decocto trium drachmarum tamarindorū: expressioni adde, syrapi violacei solutiui vncias tres: vel si venter sit imbecillis, huic succedat syrupus rosatus solutiuus, vel manna: declinante morbo, adde pulueris Rhabarbari semidrachmam: nam ita membra firmantur: interdū adiacimus electarij de succo rosarum drachmas duas. A L I V S: Myrobalanorum citrinarū, & Indarum, drachmæ duæ: tamarindorum, semuncia: florum cordiicatorum, pugillus: fiat coctio: colaturæ accipe vncias quatuor cum semisse, cui infunde Rhabarbari scriptulos quatuor: spicæ, grana duo: vini, drachmas tres: expressioni adde manna, syrapi rosati solutiui, cuiusque vnciam. O B S E R V A T I O de Rhabarbaro: In morbo squalido, ab vsu Rhabarbari ilico frigida

Favilo

Venenata Bilu.

N.

fr  
in  
inS. mo  
ra  
vni  
dOcasio  
exinbedi.Spica  
nardipung.  
ranObserva-  
dura.

& humida subnecti debent: vt accipe conseruæ cichorei, endiuia, cuiusque vnciam: & superbibat decoctum acetosæ & endiuia; ne fiat marasmus. Et plerumque aliis adiiicitur syrupus rosatus vel violatus, ad squalorem bilis. ALIVS, tamarindorum, vnciam semillem: myrobalanorum, drachmam: coque ex aqua endiuia ad vncias tres: colaturæ adde Rhabarbari drachmas duas: & expressioni adice catholici, syrupi violati, cuiusq. semunciam: Interdum remiscemus senæ drachmas duas: & loco catholici, diaphœnici drachmas tres. DECOCTVM adianti, seu capillorū Veneris Mesuæ, in Antidotario. Et quoque aqua fructuum Mesuæ: & eiusdem decoctum fumaris. Infusio seri lactis, seu aquæ casei Mesuæ.

Varia purgantia decocta & Infusa describunt Mesue, & Andernacus. BOLVS, pulueris Rhabarbari, sesquidrachma: pulpæ tamarindorum, cassiæ, cuiusq. semuncia: misce cum saccharo. ALIVS, electarij lenitiui, vncia: rhabarbari, drachma: electarij de sebesten drachmæ tres: misce.

OPIATA, succorum endiuia, cichorei, lactucæ, violarum, cuiusq. vnciæ tres: coctione depurentur: his infunde seminis psyllij, semunciam, & extrahatur muccago: huic adde cassiæ iam iam extractæ sub fumo præscriptorum, vncias duas: pulpæ tamarindorum, fescunciam: anisi, drachmam: dacrydij, scriptulos duos: syrupi violati ex multis infusionibus, quantum sufficit: fiat opiata: ex vncia, fiat bolus cum saccharo. vel ex decocto quatuor se-

minum frigidorum, in potum solui poterit. ALIA, Accipe herbarum morbo dicatarum, manipulos sex: nam eo modo absinthium sumere licet, agrimoniam, & mentham, vbi in pestifera febre vermes negocium faceffunt: anisi semunciam: senæ, vncias duas: fiat decoctio ex aqua per horas quatuor: expressio ni forti adde sacchari, vnciam: cassiæ, vncias duas: coque ad opiata consistentiam. ALIA, Mannam misce cum syrupo rosato ad formam opiata; lenissimè purgat. Ad do interdū cassiam, aut electarium lenitium: iubeo vt primo pastu sumant cochlearia duo.

OFFICINARVM: Triphera Saracenicæ: diasebesten simplex: hiera simplex: diaprunum simplex, datur ad fescunciam. electarium leniens. diacatholicam: quidam in Italia medicus, nulli medicinam facere volebat, ni primū catholicum bibisset. diaprunum compositum ~~pro~~ laxatiuum Nicolai. Elegans compositio

DIAMANNÆ Nicolai Alexandrini. Capilli Veneris, scolopendrij, lichenis vulgo hepaticæ, singulæ drachmæ tres: seminū frigidorum maiorum, violarum, singulæ vnciæ: prunorum, viginti. Coquantur in aqua ad dimidias: colentur, & adde manna; conseruæ violatæ, cassiæ, singulas vncias: sacchari albissimi, libras quatuor: ad spissitudinem incoquantur: postremò iniice seminum cucumeris, cucurbitæ, citreoli, lactucæ, seriola, portulacæ; florum violarum, nymphæ; rhabarbari, foliorū senæ, singulorū vnciam: fiat Electarium: sanguinem & vtramq. bilem

*Post in  
Rhabarb:  
conserua*

*De purta  
in fusa naja  
vnda in Antidotario.  
Vr huj*

*Bul.*

*Elegans*

*Vr  
mur*

*Officina  
TUM.*

*Cath  
hru  
ma  
q  
tunt*

bilem purgat; molle est remedium,  
& febricitantibus commodum.

*Pilule.* PILVLÆ Assiret. Pilulæ de hiera simplici. pilulæ mastichinæ: stomachicæ; pilulæ de aloë, dantur ad drachmas tres. Pilulæ de Rhabbaro, in longis febribus vtilis. Pilulæ Ruffi, quæ & pestilentiales dicuntur; insignes ad cauendam omnis putredinis iniuriam, & è capite proliciunt: Pilulæ de expatorio maiores Mesuæ, iecori auxiliantur, lieni & ictero, diurnas febres euincunt. Pilulæ imperiales. pilulæ de tribus. ALIÆ: Accipe Rhabbari & aloës, partes æquales: cum syrupo rosato, fiant pilulæ. ALIÆ. Rhabbari sesquidrachma: cinnamomi, zinziberis, cuiusque scriptulus: pulueris corticum myrobalanorum citrinarum, drachma: infunde in succum rosarum Persicarum per noctem: manè fiat leuis feruor, & fortis expressio, cui adice rhabbari sesquidrachmam: pulueris hieræ simplicis, semidrachmā: fiat massa: interdū & agaricū ita affundi poterit. Dolorē capiti eximunt.

*Dosis.* Dosis. Pilulæ præbentur à drachma, ad scriptulos quatuor. *Puluis.* PVLVIS diasenæ Montagnanæ, datur ad semunciā ex iusculo: puerperis est vtilis. adustos & serosos succos ducit.

*Clystma.* CLYSTER, herbarum quatuor emollientium, parietariæ, cichorei, endiuæ, singuli semimanipuli; seminum quatuor frigidorum maiorum, singulæ sesquidrachmæ: hordei pugillus. Fiat coctio. & colaturæ adde cassiæ vnciam: olei & mellis violati, singulas binas vncias. Ita addi poterit lactuca, portulaca, oleum rosatum, vel commune.

SIMPLICIA  
FORTIUS BILEM  
PVRGANTIA.

SCAMMONIVM vel potiùs dacrydium est calidum & siccum *Dacrydium.* in tertio ordine: efferam & tenuem bilē purgat. Corrigitur vehemens *Correctio eius.* eius vis cum succo cydoniorum: nam inde strictiorem naturam induit, & hepati gratus fit: & quoque miscit muceagine seminis psyllij, nam tenuem eius ferociā edomat; alij cum aloë vel melle miscent: & in catapotis cum gummi. Præterea ferociam deponit si committatur myrobalanis flauis: aut violaceo & rosaceo oleo maceratum si fuerit, antequam coquatur in succo cydoniorum vel rosarum aut violarum. Optimè correctum est scammonium in electario de succo rosarum, quo ego plerumque vtor, cum scammonij necessitas incidit. Vbi fluxus biliosus morbum facit, vt Arthritidem, iucundè hoc modo vtemur scammonio; coquimus pulpam cotoneorum cum infusione rosarum pallidarum: & in fine coctionis immittimus scammonium: ita vt vncia vna cotonei, accipiat grana quinque, vel sex scammoniei. ventriculus si friget, adde piper. est iucundissimum remedium. Maximè *Elegans.* ex venis omnibus prolestat bilem.

DOSIS est pondus granorum septē cum semisse: Nam antiquorum scammonium mitius erat, nec vt hoc tēpore succo tithymali adulteratum: propterea Dioscorides duos scriptulos permittebat. *Dosis.*

CAVTIO. Nunquā solo scammonio vten-  
dum,  
Pp 2

dum, sed in compositis; ut cū manna, rosas, electariis, & pilulis. nam turbat omnia scammonium, & peculiari vi incommodat ventriculo, cordi, & hepatis: & nimia acrimonia, spiritus corporis inflammat; hinc febres facile incandescunt, maxime visceribus infarctis, & putridis succis fatigatis. dicitur enim scammonium *παρὰ τὸ σκαπτεῖν*, à fodiendo. & expirat mordacem ventum, & rodit: quare aniso etiam aut apio castigatur eius flatus. A sum-

pro pharmaco scammoniato, ilico iusculum hordei superbibat, cauendum, quamuis optimè fuerit paratum, ne vnquam detur in ventriculo languente, nec vomibundis, nec in febre continua, nec flagrante caniculâ, aut vitibus languidis. Nunquam detur in iusculis, id enim perniciosum. Quidam id ita castigant: extrahunt masticis vim in aquam vitæ: huic tunc induunt scammoniū: aquam medicatâ hac vi tinctam effundunt, & nouam vitæ aquam coralli vi tinctam affundunt, ut quatuor digitis superet scammonij molem, & macerant in balneo dies decem: & iterū effundunt, & addunt essentia corallo- rum & margaritarum, cuiusq. scriptulum: essentia croci, semiscriptulum: olei anisi & cinnamomi cuiusque semidrachmâ: miscent eum essentia aloës & myrobal. Dant ℞ β. cum ℥ ij. olei amygd. dulcis.

DE ELATERIO agemus vbi de Aquam purgantibus.

CENTAVRIVM MINVS calet & siccat secūdo numero, purgat bilem mixtam pituitâ: hoc est, viscosam bilē, & pituitam salſam.

longis febribus optimum est remedium. *Εκχύλωσις* eius docet elegantem Dioscorides. vnde constat non nuper natas esse Extractorum formulas. Datur à duabus drachmis ad semunciam.

ASARVM calidum est ordine secundo, & siccū tertio. Datur cum sero lactis vel mulſa, aut vino. Si largius coquatur, vim suam exuit. Si curiosius tritum potui detur, vomitum potius ciebit quàm aluum. Vtile est hydropicis, & splenicis, ad bilis & pituitæ purgationem: Dosis à drachmis duabus ad semunciam. Radices senis drachmis ex hydromelite potæ, albi Ellebori modo, purgât, inquit Dioscorides; & illi subscribit Galenus. Radices siccati debent in sole, cūm folia effundere incipiunt. *Asarū proprobat*

PSYLLIVM Galeno humidum est ordine secundo, reliquis temperatum, mite remedium. Dosis eius est à drachmis duabus ad semunciam. Veteres mirum in modum de Psyllio conflixere: dum alij id venenum, alij contra saluberrimum medicamen asserunt. Existimo ad Arabas semen eadem ideâ Psyllium mentiens allatum fuisse, quod acri vi enecaret: aut confusis seminibus, dum merces importantur, illatum ac mixtum fuisse virulentum semen psyllio: vnde existimarunt Psyllium veneno contaminatum à natura fuisse.

COMPOSITA  
FORTIVS BILEM  
PURGANTIA.

ELECTARIA, Diasebesten- cum scammonio. Electarium rosa- tum

*Fr. gr. in l. hordei superbibat, cauendum, quamuis optimè fuerit paratum, ne vnquam detur in ventriculo languente, nec vomibundis, nec in febre continua, nec flagrante caniculâ, aut vitibus languidis. Nunquam detur in iusculis, id enim perniciosum. Quidam id ita castigant: extrahunt masticis vim in aquam vitæ: huic tunc induunt scammoniū: aquam medicatâ hac vi tinctam effundunt, & nouam vitæ aquam coralli vi tinctam affundunt, ut quatuor digitis superet scammonij molem, & macerant in balneo dies decem: & iterū effundunt, & addunt essentia corallo- rum & margaritarum, cuiusq. scriptulum: essentia croci, semiscriptulum: olei anisi & cinnamomi cuiusque semidrachmâ: miscent eum essentia aloës & myrobal. Dant ℞ β. cum ℥ ij. olei amygd. dulcis.*

*Extractum centaurij veterum.*

*Extractum Asarum.*

*Dosis.*

*Fr. in l.*

*De psyllio extractum.*



*Electaria.* tum Mesuës; datur à drachmis tribus ad sex. electarium de succo rosarum Nicolai: optimè in eo scammonium paratum est. Diaprunum compositum laxatiuum: præbetur à drachmis tribus ad sex: diarhabarum: rarior eius est vsus. diaturbith cum Rhabarbaro, ichorosam bilem proleat. triphera Sarracena Nicolai. Catharticum imperiale; datur semuncia pondere: non est in vsu hodierno. electarium de psyllio, capiti auxiliatur, vertigini, ictero, & hepatis calido. diacassia cum manna. diamanna Galeni ex Mesuë, apud Antidotarium Florentinum. **A C C I P E** mercurialis, manipulos duos: prunorum, sebesten, ficuum singulorum triginta numero: anisorum drachmas tres: florum violarum, pugillum: extracta fructuum pulpa, & addita cassia, syrupoq. rosato laxatiuo & saccharo, fiat Opiata: huic fortia includi pharmaca poterunt. **A C C I P E** manna, uncias duas: succi rosarum rubrarum, libram: conserua buglossi, cyrtij, singulas uncias: electarij de succo rosarum, uncias duas: sacchari albi, quantum satis erit vt fiant Tessellæ, singula semunciam pendentes.

*Pilula.* **P I L V L Æ** aggregatiuæ à toto corpore purgant. pilulæ lucis. pilulæ sine quibus, clementer agunt, à capite eliciunt. Pilulæ aureæ, oculos & caput purgant: aliquid quoque pituitæ proleat: harum frequentissimus vsus est. pilulæ de rhabarbaro, pilulæ ante cibum. pilulæ coccia simplices, absque elleboro. pilulæ de hiera simplici, mites sunt, nisi scammonium inseratur. pilulæ

de tribus cum rhabarbaro. pilulæ Arabicæ, visui, auditui, & stomacho conferunt: pilulæ de fumo terræ; biliosos, falsos, & acres succos deturbant, & cutis vitia emendant.

Accipe pilularum aurearum, scriptulos duos: dacrydij grana duo, vel tria: misce, fiat pilulæ quinque: Ita exigua mole eleganter purgant, & satis copiosè. **C A T A P O T I A** ex aloë, descripta à Paulo, libro septimo, capite quinto: quæ, exscripta fuere ex Galeno, i. κατὰ τὸ πρῶτον, capite, i. Quintus Galeni præceptor, cum mastiche & bdellio, ea parabat: sed hæc detraxit Galenus: Hodie ita commodè parari poterunt:

**A C C I P E** aloës, & scammonij præparati, cuiusque drachmas duas: trochiscorum alhandel, succi sicci ex absinthio, singulorum drachmam: cum succo cydoniorum, vt vult Trallianus, vel succo brassicæ, vt describit Galenus, i. κατὰ τὸ πρῶτον, ultimo, fiant pilulæ ciceris vel orobi magnitudine: dentur ex his numero vndecim. **P I L V L Æ** dantur à scriptulis duobus ad quatuor: combinantur cum syrupo endiuia, vel violato.

**O B S E R V A T I O.**

Superbibant ab hausto remedio vnciam syrupi violati, ex aqua violarum, vel buglossi: quæ squalor remedij leniatur.

**C A V T I O.**

In morbis à defluxione concitatis, addantur pilulis, mastichis & myrobalanorum semiscriptulus, vel scriptulus.

**P P** In morbis à defluxione concitatis, addantur pilulis, mastichis & myrobalanorum semiscriptulus, vel scriptulus.

*Modus  
pilulæ  
compositæ.*

*Galeni  
pilulæ.*

*Dosis.*

CAPVT XXIII.  
DE PURGANTI-  
BVS PITVITAM,

quæ φλεγμαρρυα. Græcis.

**PITVITAM** purgātia, quædam sunt molliora, alia fortia, quæ Græcis *δεγστικά*, vulgo eradicatiua. Et quæque horum vel simplicia, vel remixta. Vsu quæ optima sunt deprehensa, iam enarrabimus.

SIMPLICIA  
LENITER PITVITAM  
PURGANTIA, ET  
aluum placidè effundentia.

Myroba-  
lani.

**MYROBALANI CHEBVLA**, dicatae sunt hepati, & cerebro. Emblicæ quoque phlegmagogæ sunt, cor, hepar, & splenem recreant. Macerantur in iusculo pulli, ad vnciam vsque: vel iusculis incoquuntur cum saluia, maiorana, hyssopo, vel cū vino Aruisio, id est, maluatico. Puluis præbetur ad semunciae copiā. Bellicæ myrobalani idem possunt.

CAVTIO.

**VBI** ab obstructione vitiū est, non bene offeruntur myrobalani: sed in fluxibus omnibus vtilis sunt, vtalui, cerebri, & aliarum partium. Cūm pituita intestinis infixā resedit, non bene dantur: sed cūm illa fluxa fuerit, præstantior harū vsus erit, reliquis tenuantibus.

**CASSIA**, primò purgat bilem, secundò pituitam. De hac prius.

Cartha-  
mus.

**CNICI**, siue **CARTHAMI** semen, Mesuæ primo ordine calfacit, secundo autem siccatur. Vomitū quia mouet, corrigitur galāgā, mastiche, aniso, zinzibere. In decoctis & clysmis exhibetur. Ex iure galli coqui-

tur, & sorbetur ius. Dosis eius à semuncia ad fescunciam. Educt aquam crudam & pituitam, flatus excutit: est remedium aluinū, mite ac innocens. Colicis & anasarcae confert, si medulla contusa spiritu vini maceretur, & cum iusculis drachma detur. Galenus medullam cnici vnā cum caricis æquali pondere, nempe, quantum harum duæ vel tres pendent, offerri iubet. **FICVS** & **PASSVLA** leniunt & abstergent pituitā. Ita & **MERCVRIALIS**, nitrosa vi, qua prædita est, aluum sui officij immemorem excitat, ac pituitam eluit.

**CINERES TARTARI** vini albi, detergendo laxant aluum, ac siccant intestina. Cum saccharo & pauco cinnamomo exhibentur.

**DECOCTVM GALLI** antiqui, ob falsedine nitrosam, absterget intestinorum pituitam.

**MEL ROSATVM** cum oleo chalcanti modico subactū, si non longè ante cibum propinetur, pituitosos succos è ventriculo subducit. Ita **SACCHARVM** & **SAL** iusculis remixta.

**STOECHAS** stimulo eget ex sale, balanīs, sero lactis. Deterget & tenuat pituitam, obstructa viscera infarctu liberat, cerebro & neruis confert: sed biliosis bellum indixit. Eius puluis datur drachmarū quinque copiā.

**HYS SOPVM** crassam & putrem pituitā, absterget: pectori studet. Datur cū manna & melle. Puluis ad drachmas septem porrigitur.

**PRÆTEREA** blandè pituitam eluunt, Polypodium, Centaurium minus, de quo, vbi de **BILE**: Scylla, nam

Facile

la, nam vehementer tenuat & absterget: Aristolochia: Thlaspi: Lanaria, id est, Strution: Dracuntium.

Sed in his regionibus, horum vis expultrix languet: quare excitanda est aliorum accessione, eiusdem potentia. Attamen exigua mole adiuuenda sunt ea quae aliorum vires acuunt. Nam veteres Medici & cholagoga addunt interdum phlegmagogis ignauioribus, sed parua copia, & tantum loco stimuli: lenta enim pituita, non facile nisi mota diuisibilis (qua pro euehiculo utitur) e corpore praecipitatur: hinc scammonij quaedam grana, pilulis phlegmagogis interdum adiuuunt.

TEREBINTHINA citra incommodum purgat ventrem, splenem, hepar, & vesicam. Huic interdum miscetur STYRACIS sesquidrachma, ut pituitam sine molestia subducat: Tussi, distillationibus in faucibus, & grauedini vtile remedium.

SAL absinthij, ventriculum eluit, & intestina absterget. SARCOCOLLA, phlegma lentum ab articulis abducit: caput & pulmones euacuat, anhelosis confert senibus. Corrigitur zinzibere, myrobalanis, aloë, semine apij, & ameos. Drachmae instar praebetur. Nocet picrocholis. Id agit & AMMONIACVM.

COMPOSITA  
LENITER PITVITAM  
PURGANTIA, ET  
aluum benignè laxantia.

Decoctum THYMI Mesurae, ventrem roborat, flatus ab hypochondriis excutit. DECOCTVM commune ad medicamenta maceranda, descriptum in Antidotario Flo-

rentino. Decocti galli annosi, vnciae tres; in his infunde seminis carthami drachmas duas: Fiat haustus.

APOZEMA, vbi utendum epicrasi; quinque radicum aperitiuarum; seminis carthami, singulae drachmae sex: radicum ireos, acori, cuiusque drachmae tres: (his tantum utemur si non magnus fuerit calor febrilis accensus) agrimoniae, cassuthae, betonicae, hyssopi, maioranae, summitatum absinthij, chamædryos, chamæpityos, singuli semimanipuli: seminum melonum, cucurbitae, anisi, cardui benedicti, citrij, coriandri, singulae drachmae duae: florum cordialium, singuli pugilli: fiat coctio ad libram: Colaturae infunde foliorum senae mundatae vnciam: agarici trochiscati, semunciam: cinnamomi drachmam: In expressione colata, dissolue syrupi rosati laxatiui (si febris adsit) oxymelitis simplicis, cuiusque vncias duas: fiat apozema, pro quatuor dosibus. Si maiorem purgandi vim inferere velis, adiace quid diacarthami. Hoc modo doctissimi Medici in Gallia iam medicinam faciunt: simul obstructa aperientes, ac quod fluxum est euocantes.

POTIO, trium florum cordialium, cuiusque pugillus: prunorum, iuiubarum, sebesten, singulorum quatuor: liquiritiae rasae, anisi, cuiusque sesquidrachma: fiat coctio, & colatura pro vna dosi: in qua dissolue diaphœnici, semunciam: syrupi violati, vnciam: aut diaphœnici & diacatholici cuiusque drachmas tres: vel in colatura infunde agarici trochiscati, drachmam: Expressioni inde diacarthami, drachmas duas: fiat

Ut vires ignaue excitadae, & quas scamaesi.

Cholaga & phlegmagogis ignauioribus, sed parua copia, & tantum loco stimuli: lenta enim pituita, non facile nisi mota diuisibilis (qua pro euehiculo utitur) e corpore praecipitatur: hinc scammonij quaedam grana, pilulis phlegmagogis interdum adiuuunt.

Adi. stilla hinc

carthaminum  
gly drachmas  
faciunt

Modus  
quo Galii  
utuntur.

Ex.

Potio.

fiat haustus. ALIA, passularum mundatarum, semuncia: seminis carthami, polypodij, drachmæ sex: anisi, fœniculi, liquiritiæ rasæ, singulæ sesquidrachmæ: foliorum hyssopi, drachma: fiat coctio, & in fine infunde Agarici receter trochiscati, à drachma vel scriptulis quatuor ad sesquidrachmam: Colaturæ adde diacarthami, aut diaphœnici, vel benedictæ laxatiuæ, drachmas tres: syrupi violati, semunciam: fiat haustus. ALIA, quinque radicum aperitiuarum, in aceto maceratarum, singulæ semuncia: capillorum Veneris, pimpinellæ, cassuthæ, pentaphylli, filipendulæ, absinthij, singuli semimanipuli: buglossi cum radicibus, manipulus: passularum, vncia: seminis apij, fœniculi, anisi, singulæ drachmæ duæ: seminum frigidorum maiorum, drachmæ duæ: cicerum rubrorum semimanipulus: florum cordialium, singuli pugilli: enij, agarici trochiscati, vtriusq. semuncia: turpeti semuncia: zinziberis, drachma: polypodij, vncia: foliorum senæ, semuncia: coque ad libras duas, cum saccharo & melle: adde cinnamomi drachmas tres.

Serapion.

SERAPION, radicum apij, fœniculi, petroselini, cuiusq. drachmæ tres: hyssopi, origani, calaminthæ, singulorum semimanipulus: seminis carthami, vnciam tres: polypodij, vnciam duam: seminis anisi, fœniculi, anethi, cuiusque sesquidrachma: liquiritiæ rasæ, drachmæ duæ: betonica, stœchados, trium florum cordialium, omnium pugillus: fiat coctio colata ad sesquilibram, vel ad libram: in qua infunde agarici receter trochiscati fescunciam: fo-

liorum senæ mundatorum, vncias duas. post decem horas fiat colatura & fortis expressio: cui adde serapij violati, serapij de Byzantiis, & sacchari albi, singulorum vncias tres. fiat Serapion perfectè coctum; & aroma illi affletur cinnamomi drachma vna, & scriptulo xyloaloes. In usum reponatur, ac interdum quarto vel quinto die detur fescuncia. Insigne istud remedium est nothis febribus, vbi pituita copiosius remissa fuerit. Propinatur cum hydromelitis duplo, aut aliarum rerum cum decocto. SERAPION de Polypodio compositum, in Antidotario Florentino describitur. Tales syrupi præscribuntur ad vnciarum duarum copiam, cum aquæ distillatæ, & aquæ cinnamomi vncia. Mel rosatum solutium. Syrupus de hermodactylis Nicolai, in Antidotario Florentino. Syrupus de Bryonia. Varia decocta & Apoze-mata purgantia describunt Mesue & Andernacus, & ex illis Weckerus.

#### OBSERVATIO.

In pituitæ speciebus quæ lente, crassitie vel viscositate in vitio sunt, lentè vacuabimus, à leni præparatione. qualis hæc; oxymellis simplicis, mellis rosati simplicis, cuiusque vncia: decocti apij, hyssopi, cichorei, vnciam quatuor. Metiaris semper dum febris adest, quodnam historiam tempus percurrat iam morbus: nam in augmento efficacioribus erit præparanda materia morbifica; vt capillorum Veneris, ceterach, radicum fœniculi, asparagi, singulorum fiat coctio: Accipe huius decocti vncias quatuor; syrupi menthæ, vel cichorei, syrupi de duabus

Febres  
nothæ.

Tecm  
sit.

Syrupus  
pro nothæ  
febris

*Efficax.*  
 duabus radicibus compositi, singulas semuncias. Hinc valentioribus purga, myrobalanorum chebularum, citrinarum, Indarum, singulae drachmae: passularum, vncia: fiat coctio ex aqua menthae: Accipe huius decocti vncias quinque: agarici trochiscati, drachmam: fiat infusio per duodecim horas: Colaturae adde trochiscorum de rosis sesquidrachmam: syrupi rosati laxatiui vncias duas: misce. **BOLVS** trochiscorum de violis, scriptuli duo: hierae simplicis, sesquidrachma: agarici, drachma: diacatholici, drachmae sex: fiant Boli. **IN STATV** efficacius praeparandi & educendi succi: syrupi Byzantini (is enim omnium maxime aperit, incidit, attenuat) syrupi de radicibus, singulae vnciae duae: decocti arthemisiae, radicum asparagi, faeniculi, corticum capparorum, vnciae quatuor. Dein da ea quae colocynthidem & scammonium habent, vt pilulas lucis. & superdormiat: nam substantia pilularum exacte debet comminui & atteri in ventriculo. Obseruandum quoque, vt semper ea addatur quae student parti vnde prolectandus erit succus morbificus.

*Electoraria.*  
**ELECTARIVM** ad morbos chronicos ex lentis succis. Cassiae, vnciae duae cum semisse: diacarthami, drachmae sex: penidiorum recentium, diatreos simplicis, singulae semuncia: conseruae violarum, vnciae tres: anisi, liquiritiae, cuiusque semidrachma: syrupi violati, quantum sufficit, vt fiat electarium, ad modum Opiatae: sumat ante pastum vnciae copiam, ex iuscule pulli. Diacatholicon. Electarium lenitiuum.

Omnia electaria sunt mali gustus, excepto electario lenitiuo & diacatholico: quare his solis ferè in potu vtimur, aliis potius in bolis. Hierapicra, quia liquefacit, & attenuandi vi absterget & educit mediocrem pituitam, si Galeno credimus, qui asseruit scammoniũ pituitam purgare adiecto castorio; nam calore suo fundit pituitam. si autem aliquid agarici trochiscati miscuerimus, abducet pituitam, inquit Actuaris, v. libro, i x. & Galenus viii. κατά τόπον: ii. & iii. Pituita non facile educitur nisi commotã bile: cum autem hiera vnã incidat & attenuet, magnã pituitae vim eduxisse eam saepe obseruauimus: Aloës maximam copiam accipit hiera: calida & sicca est Aloë secundo ordine, extergit illa crassam pituitam, adeo vt crebriore vsu oscula venarum aperiat. Aloë, inquit Mesuë, purgat bilem & pituitam: quamuis scripserit Galenus, crassos succos ab ea non purgari, quod hos ob imbecillitatem purgatoriae facultatis trahere nequeat. Veruntamen obseruauit Fernelius, pituitã ac crassam bilem ab ea purgari ex ventriculo & intestinis: nam & crudos humores ex ventriculo & praecordiis educit. Datur ad semunciae copiam. Unguentum Agrippae ventri illitum, purgationem promouet.

**PILVLAE**, dantur ferè drachmae pondere. Pilulae de aloë lotã hepatis & cerebro student, & mesenterij scadam cloacam ab omni illuue vindicant: Quare studiosorum sanitati dicatae sunt à Musis: saepe, & pauca si sumantur copia, cum enim hi solennibus exercitiis

Quo electaria potui danda.

Hiera, quo modo pituitam purget.

*Electoraria*  
 nam leni  
 in in et d  
 melle hinc  
 fela in p  
 in dand  
 natura in  
 bulin

*Efficacissima.*

*Notandũ de pilulis.*

*Vide supra 293 de A*

*Pilula.*

*Studiosi dicatae pilulae quibus sani degant.*

*AB*

Qq

corpo

corporis vacent, in mesenterio focum quendam vberimum plurimorum morborum congerunt: ea enim pars sedes est brutæ partis animæ, quæ ad præsepe continuo sese explet. Pilulæ de agarico tenuem pituitam abstergent à ventriculo, & intestinis: cum hiera, bonis ægrorum rebus, exhibentur. Pilulæ Assairet. Pilulæ mastichinæ, stomacho omnem ægritudinem eximunt, robur illi afflant, ac à putredine vindicant, tristitiam extergent. Pilulæ de tribus. Pilulæ de hiera simplici cum agarico: à peccatore prolectant. Pilulæ de Eupatorio. Pilulæ stomachicæ. Pilulæ impetiales, roborant, ac sanguinem mundant. Pilulæ alephanginæ, stomacho student & capiti.

## OBSERVATIO.

Sæpe accipiunt Pilulæ aliquid dacrydij, non ut purgent bilem, sed quò facilius aliorum cunctantior vis exciteretur: alioqui præcipitanter purgantia misceri non debent imbellibus. Quare tum non eâ copiâ adiciamus dacrydium, quâ purgari posset corpus, sed solum moueri.

**C L Y S T E R.** saluiæ, origani, abrotani, chamæmeli, meliloti, singuli manipuli semisses: seminum anisi, fœniculi, cymini, cuiusque drachmæ duæ: seminis carthami, drachmæ tres: fiat coctio ex aqua, colaturæ adde diaphœnici, & hieræ simplicis, singulas semuncias: olei anethini, chamæmelini, singulas semuncias: mellis anthosati, sacchari rubri cuiusque vnciam: fiat clyster. Et quia clyster est, addi poterunt emollientia, & quoque anethum, semina cari, ammeos, sileris, baccæ

lauri, semen rutæ, benedicta laxatiua, oleum rutæ, & liliorum.

S I M P L I C I A  
F O R T I V S P I T U I T A M  
P U R G A N T I A,

**A G A R I C V M** calet primo ordine, & siccat secundo. laudatur album, leue, rarum, laxum, & fragile. Constat substantiâ aëreâ, & terreâ attenuatâ, & paucâ aqueâ: aperit, discutit, & calfacit. Purgat pituitam tenuem & aquosam, non autem viscosam & lentam: sed exhaustis tenuioribus partibus hanc difficiliorem reddit. Quare rectè ei iunguntur incidentia, vt zinziber, galanga, hyssopus, enula, & ex Galeni sententia cum oxymelite, vel melicrato exhibetur paratum. Hodie cū vino corrigitur, in quo zinziber & caryophylli maduere. Vtinur ferè trochiscato agarico: nam id correctum est. Datur in infuso, vel pilulis cū aloë: aut ex diaphœnico, & quoque cum melle rosato, aut maceratur in iusculo in quo hyssopum, thymus, vel cyclaminus coxere. Peculiariter cerebri & pulmonū excrementa euacuat, & viscera exonerat: nam eius vis ad nervos & articulos vix peruadit; obstructa viscera expedit: acidum rutantibus vtile, inquit Ruffus. Tutum est remedium omni ætati; at tamen ventriculo nocet. Præbetur à drachma ad drachmas duas, minima dosis est semidrachmæ: pueris dantur scriptuli duo. Paratur eius essentia vt rhabarbari, corrigitur cū oleo zinziberis & spicæ. dantur scriptuli duo. Ita & mechaocan.

**T Y R B I T H,** vel turpetum optimum

+ Agaricum aj  
in misturabili  
confert

Miscendi  
ratio.

Clyster.

Medicre.

Mohj

Vin.

Tu  
shin  
pur  
Dof

Turpetum

timum est gummosum & candidum, calet ordine tertio, & siccatur secundo, vltimo tamen ambitu, ita vt nutet ad tertiū siccitatis numerum.

Nocet ventriculo, & in nauseam & vomitum concitat. Corrigitur zinzibere, mastiche, pipere, spicā, cinnamomo, sero lactis, trochiscis de violis, & syrupo violato, passulis, psyllij cremore, oleo amygdalino. Datur in decoctis, vel in pilulis, aut in iure galli cum dactylis, & passulis, aut pulueribus remixtum: cum saccharo; nam hoc squalorem eius mitigat: porrigitur & in tabulis: interdum cum rhabarbaro offertur.

Datur eius substātia pondere granorum septem cum semisse: Decoctis inditur à drachma ad drachmastres. Trahit crassos viscidosque succos, & crudos humores elicit ex iuncturis & remotis partibus: diuturnis febribus studet, hydropicis, insanis, elephātiacis succutrit. Conferat frigidis & diuturnis morbis.

Quam pituitam Agaticum non educit, hanc trahit Turpetum: & quam elidere Turpetum nequit, exturbat Colocynthis, Non dandum puero, seni, nec grauidæ: ab eius vsu cauendum ab esu piscium, & flatu Austri.

COLOCYNTHIS, hoc est cucurbitæ siluestris fructus calet & siccatur tertio numero. Nocet valde ventriculo & intestinis, nam villis internis adhæret, inde vomitus. Corrigitur hepaticis, cardiacis, stomachicis, & rebus lentis, vt tragacantho, oleo amygdalino, zinziberis aut mastiches granis quinque, & aquâ vitæ, aut iuri pingui. Rufus vinum in eius fructu macerat.

Accipitur aptè in pilulis, & inditur quoq. opiatis laxantibus, vt hieris. Ego suadeo nunquā vtendum purâ colocynthide, nisi redacta fuerit in trochiscos, quos vocāt de alhandel. Quidam pulueri eius affundunt spiritū vini, ita vt superet sex digitis; digerunt dies viginti: nam quò id fiat diutiùs, eò suauius remedium euadet. Postea inclinando effundunt, vtq. exhalet curant. corrigunt cum oleo mastichino, vel ex nuce myristica, aut ex cinnamomo: & pro vncia succi, inferunt olei drachmam. Dant semiscriptulum cū syrupo rosato, vel myrtillorum. vtiliter datur apoplecticis, epilepticis, vertiginosis, hemicranicis. Quamquam Actuarius propinat scriptali pondus, & Dioscorides obolos quatuor, nos tamen Dos in ei ponimus à granis septem cum semisse, ad grana quindecim: sed geminata dōsi in clysmis, nempe ad semidrachmam vsque, peciæ illigata inditur. Est enim inter cuncta remedia leuissima colocynthis, paruoq. pondere magnam molem gerit: quare parcius ponderi indulgendum. Suppositoriis etiam inditur. Crassa & lenta abducit à remotis partibus, à cerebro, neruis, & pulmone. Quos turpetum non soluit, hos curat colocynthis.

## CAVTIO.

Pueris, senibus, & prægnantibus est inimica: & sine aliorum mistione malè tutus est eius vsus.

HERMODACTYLVS, sit albus & compactus; calet & siccatur secundo numero. Nocet ventriculo, nam flatus quosdā expirat foedos. Artibus dicatus est; purgat crassam

Q 9 2 materiam.

Trochisci de  
alhandel  
colocynthide

Q 9 2 materiam  
colocynthide  
in clysmis

Dosis.

Nocet  
vomitum  
conciat

Modus

Dosis.

Q 9 2 materiam

Ordo  
pharmacie  
in pituita.

Cautio.

Colocynthis.

Hermomodactylus.

materiam. Corrigitur tenuantibus, ut cinnamomo, mastiche, pipere, spicâ, zinzibere, mentastro, chamæpity, enulâ, semine rutæ: ut quæ ad articulos prouehant vim pharmaci. Offertur ex pilulis, decoctis, trochiscis, & pulueribus. Dosis eius est à granis quindecim ad drachmas duas.

Iris.

IRIS calet & siccat ad tertium gradum. datur cum mulla pro purgatione pituitæ à ventriculo: cum spica, à pectore & pulmone prolestat: in empyemate, cum sero lactis & melle propinatur: in flatu intestinorum, cum mastiche: in arthritide, cum castoreo: in hydrope, cum melle rosato. Vtitur radicis succo, & decocto, ex iusculis interdum datur: ego ex o. 10 molliter cocto, adempto albumine vtor, cum paucis aromate. Purgat crassam pituitam, & aquam citrinam. Confert maxime hepati & pectori. Dosis succi est à semidrachma ad semunciam. Radicem præbet Ruffus ad drachmas septem. Parcius & religiosè vsus eius est ineundus, nam scripsit Ruffus Ephesius, eam sanguinem effundere, si præter modum exhibeatur: Et, inquit, admodum stomacho est ingrata.

Ireas vis.

Euphorbia.

EUPHORBIVM quarto ordine calet & siccat. Molestiâ anxiam præbet harendo. Corrigitur cordialibus & stomachicis, ut oleo amygdalino dulci, acedine citrei, mastiche, croco. datur cum aqua aut succo endiuia. A quibusdâ traiecitur ter per setaceum, resolutum cum aceto distillato. dein affunditur spiritu vini: inclinando effundunt, & adiecto saccharo, digerunt. & dein

coagulant cineribus. in fine adiciunt olei masticeis, anisi, drachmam, provincia essentia euphorbij: vel olei masticeis scriptulos duos: olei anisi, scriptulum; essentia corallorum, semiscriptulum: misce cum vncia essentia purgantis remedij. Ita paratur etiam sarcocolla, & sagapenum: viscosam purgant pituitam, à nervis, articulis, & thorace. Cum dico essentias, nihil aliud intelligo, quam aquam vitæ, quæ extrahit ab infusis sibi rebus, præcipuam vim: ita tamen ut euanescat maxima spiritus vini pars postea, & restibilis maneat vis extracti remedij. Datur his quibus aluus friget, quare colico obnoxiiis utile. Præbetur ab vno grano ad octo cum semisse. Datur in pilulis, quas de Euphorbio vocant, quæ fiunt ad granorum pipereis ideam rotundæ, & paulo minores, cum sibi dicatis corrigentibus. Crassam & lentam ducit è nervis & cavitatibus pituitam: sed valentius aquam. Quidam cum mastiche ad pestem eo vtuntur.

OPOPANAX tertio ordine calfacit, & siccat secundo. Paratur cum hydromelite, & decocto rutæ, vel ex vino: ut nempe calor eluatur, ex hydromelite: sed ruta absterget venenum, facilemque distributionem præbet per venas, ut traducatur ad nervos vsque in paralyti. Mollit, digerit, crassam pituitam ab articulis & pectore elicit, caput purgat, & colicis medetur. Datur in pilulis. Dosis surgit ad drachmæ molem.

CYCLAMINVS calet & siccat tertio numero. Eius succus ventri illitus, aluum subducit, sed fœtum interimit. Succo eius vtitur cum Agarico,

*Prolegit ut p... m... d... m...*

*Ex o. 10... munda... q... p...*

*Ex m... euphorby... Sagapeni*

*Quæ in... fact... m... r... m...*

*Coling... p...*

*Qualem pituitam purget... m...*

*Opopanax.*

*Cyclaminus.*

*Fact... ad... m...*



Agarico, partibus æqualibus remixtis. Dosis eius est ad drachmæ pondus. Radix datur ex multa, aut passo, duarum aut trium drachmarum copiâ. Pituitam viscosam & aquam educit.

Ita & SCYLLA pituitam elicit crassam: & BRYONIA: & ARISTOLOCHIA rotunda, ex aqua drachmæ instar pota, pectus à succis lentis expurgat. ASARI infusum ex sero caprillo, & oxymelite. Radices primùm præparari debêt.

## OBSERVATIO.

IN his quæ immaniter vrunt ferro æstu, eleganter pro vehiculo vtimur cichoreo.

COMPOSITA  
FORTITER PITUITAM  
PURGANTIA.

Sæpius purgari debet hic humor, quod contumax sit, nec naturæ expellenti, nec remedio trahenti facile cedat. Quare & initio lenioribus erit parandus, & purgandus.

POTIO, myrobalanorû omnium cuiusque drachma: fiat decoctio ex aqua méthæ: huius vnciis quinque adde agarici trochiscati, drachmâs. Fiat maceratio horis xij. Colaturæ adde trochiscorum de rosis solutiuium sesquidrachmam: syrupi rosati solutiui (si febris adsit) vncias duas cum semisse: fiat potio.

ALIA, turpeti, semidrachma: zinziberis grana sex: sacchari drachmæ duæ: cum aqua buglossi, fiat potio. Hoc est remedium debile forte, vt loquuntur Practici. ALIA, Agarici præparati, scriptuli quatuor: turpeti, scriptuli duo: cinnamomi, schœnanthi, singuli semiscriptuli:

fiat infusio in aqua méthæ: expressioni adde syrupi rosati solutiui, vncias duas cum semisse: decocti cordialis quantû sufficit, vt fiat potio.

ALIA, Diaphœnici, semuncia, vel drachmæ sex: modò æger fuerit firmus. cum aqua decoctionis liquiritiæ, passularum, & anisorum, quod sufficit, fiat haustus. Vel detur cum multa, aut sero lactis, vel iusculo carnis, aut cum aqua distillata, vt lupulorum, boraginis, cichorei; vel in decocto cõmuni, aut pectorali decocto, & cordiali: & additur vncia serapij violati. Vt trium florum cordialium, singuli pugilli: prunorum, iuiubarû, sebesten, singulorum quatuor numero: liquiritiæ rasæ, sesquidrachma: anisi, drachma: fiat coctio colata pro vna dosi, in qua dissolue diaphœnici, diacarthami, cuiusque drachmas tres: syrupi violati drachmas sex: fiat haustus. Plurima infusa & decocta purgantia describit Mesue & Andernacus, & ex illis Weckerus.

ELECTARIA. Hiera Ruffi, quæ nobilitatur ab Aëtio, II. II. XXI. II. habet enim colocynthidem & agaricum. Præbet eam bis in mense semuncia copia. Exhibetur quoq. eius scriptulus cottidie, ad flatum excutiendos, & ad robur ventriculi: quare roboris cum propinatur causa, eius copia non superabit drachmæ molem. Hinc colligimus, in affectibus ventriculi frigidis, maximè cõferre vsum pharmacorum frequentem; non solum roborantium, sed & primas fœditates alui eluentium. Hiera pachij, & hiera diacolocynthidos: Sed ego autor sum vt non vtamini, quin

Haustus.

Vide Vider

De Hiera  
rit.Observandum in  
cotidiano  
victu.

potius adiciat aliis electariis aliquot grana trochiscorum alhandel: nam in iis optimè castigata est colocynthis: poterit addi & Turpetū. Inter hieras magnas, est fortissima hiera Hermetis. Hiera logodij præstantior est cæteris, & menses euocat. Paulus has propinat ad molem duarum drachmarum: sed Aëtius ad semunciam pondus surgit: Quare ut res fuerit, modò parcius, modo liberaliùs præscribi debet. Hiera picra composita, descriptione Nicolai. **A C C I P E** hieræ picræ simplicis mellitæ, semunciam: trochiscorum alhandel, grana quinque: misce, vtatur sæpè castaneæ mole; tribus vel quatuor diebus elapsis, iterū repetat. His regionibus istud remediū vtile; etenim pedetentim abscindit omnem contaminatam pituitam, & bilem; vnde alioqui maxima moles morborum efflorescit. **B O L V S**, catholici drachmæ sex: agarici, drachma: electarij de succo rosarum sesquidrachma: misce. **A L I V S**, Trochiscorum de violis, scriptuli duo: hieræ simplicis, sesquidrachma: agarici, drachma: catholici, drachmæ sex: misce: febribus hi conferūt, paratâ iam materiâ morbificâ. **O P I A T A**. Absinthij puluerisati, specierum hieræ picræ, singulæ binæ drachmæ: euphorbij, semidrachma: cum melle rosato solutiuo fiat confectio, ad ideam opiata. Sumat interdum sesquidrachmam. Vermes educit, ac materiam in vermes fœcundam abscindit. **I N O F F I C I N I S** hæc extant, Electarium de Psyllio, quod tamen magis bilè euehere videtur, quàm pituitam. Electarium **E L B S**

**C O P H** vel episcopi, flatus pellit, doloribus articulorum, lateris & renum auxiliatur: colicis ac vesicæ humoribus cōfert: datur ad drachmas sex: studet articulis, colicis & renibus. **D I A P H O E N I C Y M**, materiam educit crassam, maximè si quid bilis remixtum fuerit. delicatulis dantur drachmæ duæ: cæteris semuncia. est tritissimum Pragmaticis remedium. **Electarium INDVM**, ad putridam pituitam vtile, flatus eiicit, & aluo dicatum est medicamen, & renibus studet. Exhibetur à drachmis tribus ad quinque. **Confectio H A M E C H**, pituitam euehit salsam & adustam, vnde scabies alioqui surgit. **D I A T V R B I T H** cum Rhabarbaro. exhibetur eius semuncia: at puluis ad sesquidrachmam; cum triplo, vel quadruplo sacchari. Ita turpetum aliis medicaminibus remixtum, nō tam vehementer corpus concutit. de eo enim non fracto aliorum accessu, dicebat quidam, **N O L O** damnosum turbitum mea viscera turbet. **B E N E D I C T A** laxatiua. dosis eius exurgit ad semunciam. educit pituitam ab articulis, renibus & vesica. calculosis auxiliatur. **D I A C A R T H A M V M** quod & **D I A C N I C V M**, huius dosis est semuncia, vel drachmarum sex. datur in forma tabulata. ex idea huius compositionis, & ex aliis, tabulæ effingi poterunt. Elegans hoc erit remedium; seminis cnici, vnciæ quatuor: turpeti gummosi, foliorum senæ, cuiusque sescuncia: dacrydij, drachmæ quinque: rhabarbari, vncia: agarici trochiscati, drachmæ sex: mannae, vnciæ duæ semis: myrobalanorū chebularum.

Trochisci  
alhandel  
lun. hie  
no diant.

Ex

His regio-  
nibus vtili-  
te.

Bolus.

Opia.

Electaria  
officina.

Elegans.

bularum vnciæ tres: polypodij vnciæ duæ: zinziberis, drachmæ duæ. crassiùs conterantur: & affundatur aqua vitæ, in qua diambrae vncia per octo dies macerata fuerit: maceretur tepidè dies quatuordecim, hinc prælo exprimantur: & ex liquore aqua vitæ extilletur, donec ad melleam crassitiè subsidat. drachma, adultis: dimidia, iunioribus. ex iure, cum syrapi rosati vel violati laxativi semuncia diluitur, potui- que datur. Electarium de CITRO, ad semunciam exhibetur.

*Pilula.*  
 PILVLÆ hic vtiliores quàm Electaria, cum ob madorem succi, tum quòd pleniùs euacuent. Acci- pe hieræ simplicis, agarici, singulas drachmas: seminis carthami & vrticæ, cuiusque semidrachmam: mastichis, caryophyllorum, cinnamomi, rosarum, galangæ, singulorum grana sex; interdum addimus trochiscorum alhandel, scriptulū: cum oxymelite fiat massa. Pilulæ de AGARICO Mesuæ, pectori & iuncturis dicatæ: in crassæ pituitæ purgatione his iungi debet turbith, vel colocynthis. Pilulæ AGGREGATIVÆ, vsitatae pragmaticis, totum corpus purgant: Pilulæ Cochiae vel COCCIÆ, dicuntur à grani magnitudine, quod κόκκος Græci vocant: frequēs harum est vsus: bilem quoque euacuant, capiti auxiliantur. Pilulæ BENEDICTÆ laxatiua. Pilulæ FOETIDÆ, crassam & crudam eiiciunt pituitam; auxiliantur arthriticis, colicis, & elephantiacis. Pilulæ SINE QVIBVS, vsu celebres sunt. Pilulæ ex TVRBITH Mesuæ, apud Antidotariū Florentinum, putrem & aquosam pitui-

tā à ventriculo & cerebro eximunt. Pilulæ de HERMODACTYLIS maiores & minores; serosa excrementa ab articulis enellunt, neruos à pituitoso sero liberant. & pilulæ arthriticæ maiores. Pilulæ LVCI S vel ante lucē, maiores & minores: notæ sunt vsu. Pilulæ polychrestæ Fernelij. Pilulæ de OCTO REBVS, crassos succos eximunt ex capite & oculis. Pilulæ de MISERIO, modo quo eas describit Altimarus, capite de Hydrope. Pilulæ de OPOFANACO, ad pituitæ crassæ fusionem; cum mastiche, nam emollit & astringit simul: valent ad paraly- sim & spasmus Cynicum; & ad arthritidem præscribuntur. Pilulæ de SAGAPENO ad crassam pituitam conferunt. Pilulæ de EUPHORBIO Mesuæ. Nos insignes describe- mus, DEO opt. Max. ocium & vitam dante, vbi agemus de notha Pleuritide, inter Thoracis morbos.

## OBSERVATIO.

*Officina- rum.*  
 Pilulæ quæ ex gummis constant, fœtidis succis dicatæ sunt, & vtero, & artibus. Pilulæ dosi vnus drachmæ exhibentur. Pilulæ de COLOCYNTHIDE fiunt exiguæ, ad formam granorum piperis: præscribuntur ad pituitam melancholicentem, & ad alphas: Ad fluentem pituitam his addunt mastichen, & myrobalanos; vt in catarrhis, & arthritide. Pilulæ ALHANDEL Mesuæ, apud Antidotarium Florentinum: ad hemicraniam difficilem, & ad affectus neruorum & artuum porriguntur. Accipe pilularum fœtidarum, pilularū alephanginarum, & cochiarum, singulos scriptulos: misce. ALIÆ, Turbethi albi & gum-

gummosi lacte muliebri macerati, agarici trochiscati, cuiusque drachma: trochiscorū alhandel, scriptulus: specierū hieræ, drachmæ duæ: cum melle rosato fiat massa. Nobis frequentes sunt hæ, mole exiguæ, & fœlices euentu: accipimus pilularum cochiarū semidrachmam: trochiscorum alhandel, grana tria, vel scammoni grana duo vel tria: fiant pilulæ quinque, deaurentur.

*Ex.*

CAPVT XXIIII.

DE PURGANTIBVS

MELANCHOLIAM:

*quæ Melanophyga Græcis.*

**M**ELANCHOLIAM trahentia, alia leniora sunt: alia, vehementiora. Qualibet horum sunt aut simplicia, vel composita: inter quæ, hæc tutissima ac efficacia esse vsus deprehendit; quæ mox referam. Lentus ac restagnans hic humor, lentè purgari debet, alioqui crudior cùm sit, medicamento non cedit. Quare Rhases, vsu doctus (nam annos centum is medicinam fecit) scripsit, hebdomadas tres interdum quiescendum esse. Et Aretæus dicebat: Cedit melancholicus morbus cedentibus medicis.

SIMPLICIA

LENITER MELANCHO-

*liam purgantia.*

**M**YROBALANI Indæ, frigēt ordine primo, & siccant secundo. Vtemur his cum sero lactis; & cum aqua fumaris, aut eius succo: & cum hydromelite, vel cum infuso fenæ. Earum etiã essentia paratur, eo modo quo ex rhabarbaro. Infunduntur ad drachmas sex à se-

*De sir*

muncia: in puluere exhibentur à drachma ad binas drachmas. Vfus illarum est cùm volumus alui fusionem excipi à strictiore vi. Cor, hepar, & lienem recreant. Vstam bilé educunt, quare vtilissimè dantur quartanariis: coloré emendant fœdum, & mœrores fugant: præbentur cum cassia, vel rhabarbaro, si adstrictione opus fuerit à purgatione. Interdum vtimur drachmis duabus ex diacatholico.

**S**TOECHAS calet gradu primo, & siccatur secundo: torpet admodum eius vis soluēdi, quia euaporat. Augetur stupens illius vis ex sero lactis. Datur à semuncie pondere ad vncie molé. Dicata pectori & visceribus, & habitui corporis: Attamen bellum indixit biliosis.

**E**PITHYMVM vstam melancholiam purgat: siccū est in secundo ordine, reliquis temperatū. Infusio eius sæpe rhabarbarum excipit. Corrigitur pipere; datur ex sero lactis, aut ex hydromelite, vel passo cum pauco sale, vel cum oxymelite, & ex iure gallinaceo, aqua violarum aut cremore hordei. Dosis est semuncie: ita Galenus 14. Methodi: sed hoc tempore plus damus, quia Creteni caremus: etenim tutò iam vncias duas infundimus.

In caput, cor, lienem & renes peculiari vi fertur: cōducit animi tremoribus & deliquiis, hypochondriacis, quartanariis, leprosis: Abincenna libro De cordis medicamentis, scribit, ab eo cor purgari. Vfus eius tutior est hyeme quàm æstate.

Accipe epithymi, vel polypodij vnciam: vini, selibram: contundatur modicè, & leniter ferueant. **T**H Y-

M V S,

*Stoechas*

*Epithymum*

*Dosis*

*Thymus*

*Thymus.* **M**V S, inquit Ruffus Ephesius, detrahit melancholiam, & pituitam affluenter.

*Polypodium.* **P**OLYPODIUM assatā bilem eluit, & pituitam: colicis opitulatur, lieni prodest mirā vi, etenim de eo scripsit Dioscorides hanc laudē,

*Splenici.* πυιεί δὲ πρὸς ἀποκράσασιν σπλωγιῶσι, id est, laborantes lienis incremento recreat: hoc est, restituit lienosos, vt propriè dicam. cum epithymo & sale Indico, hæc maximè præstabit.

*Modus vti.* Variè exhibetur, vt in decoctis, vel mulsa, aut in iure galli, ex Ruffi sententia, maximè asthmaticis: Cum epithymo, in hypochondriacis: cum aqua hordei, in febribus antiquis, quales sunt quartanæ: in obstructione hepatis & lienis, cum passulis: in scabie ab vsta bile, cum sero lactis: in flatibus, cum dauco, aniso, fœniculo, zinzibere, caryophyllis, & cinnamomo. Siccat polypodium tertio ordine, quare benè datur ex decoctis. Inueteratos laterum dolores soluit: maximè oleum quod ex eo paratur. & sal, cum aqua polypodij distillatā. *Dosis.* Dosis, in decoctis præbetur à semuncia, ad vncias duas. Pulueris drachmas duas præscribit Ruffus Ephesius. Sit nouum, nam inueteratum stringit ventrem. Eius essentia eo modo eliditur vt ex rhabarbaro.

*Fumaria.* **F**VMARIA & eius succus re-torridam effundit bilem: dicata est omnibus venis: dilutum eius ex vino, studet hepatis & stomacho. Succidosis est ad semunciam: puluis datur ex mulsa ad drachmas duas: De hac egimus vbi de Bile. Coquitur cum myrobalanis, & senā, & vuis passis. **S**EN A media est inter

magna & parua remedia: de hac, in sequenti serie.

*Cassia.* **C**ASSYTHA calfacit primo numero, siccat secundo: absterget, & astrictione quadam roborat, hepatis & lienis infarctus expedit: vstam ex bile melancholiam eluit, puerorum febribus succurrit. Corrigitur aniso, & bibitur decocta cum absinthio, ad vncias sex, cum sacchari fescuncia.

*Mercurialis.* **M**ERCVRIALIS, & ex ea mercurialatum, confectum ad imitationē syrupi rosati laxatiui. Cortex radicis **C**APPARIS.

*Sambucus.* **S**AMBUCI ex corticibus mediis syrupus. **G**ENISTA incidit & attenuat: obest cordi: noxa tollitur rhodomelite, mastiche, dauco, aniso. Fit oxymel ex eius floribus, quod lienis duos soluit. Ex genista purgatio podagrā curat. Pulegiū vstam bilē deicit, vt & brassica semicocta.

*Scylla.* **S**CYLLA, calet & siccat tertio recessu. Paratur cum asaro, vel aceto: ita enim Pythagoras parabat, vt auctor est Galenus, libro tertio Euporiston. Verum ex sententia Galeni, eleganter insolatu succus eius educitur, remixto melle: quemadmodū prodidit in consilio pro puero epileptico. Sed cum præbetur cū aceto, tentat nefuos & intestina.

**C** O M P O S I T A  
LENITER MELANCHO-  
LIAM PURGANTIA.

*Potio.* **P**O T I O, myrobalanorum omnium, semuncia: crasse contusæ fricentur oleo amygdalorū dulcium, fiat infusio in aqua fumarie, hæreant ibi septem dies: glycyrrhizæ, polypodij, epithymi, foliorū senæ,

R r singulæ

singulæ vnciæ: seminis citreorum,  
 caryophyllorum, cuiusque drach-  
 ma: adde hæc infusioni, & bulliant,  
 dum tertia pars exhausta fuerit à  
 foco. accipe huius decocti, vncias  
 sex: serapij de corticibus citreorum,  
 fescunciam: fiat haustus. præclare  
 facit hæc potio ad melancholiam  
 hypochondriacam. ALIA. folio-  
 rum senæ, drachmæ duæ: fumarie,  
 absinthij, singuli pugilli duo: cinna-  
 momi, drachma: infunde in aqua  
 cichorei, & pauco vino: à macera-  
 tione exprime, & iterum infunde  
 rhabarbari sesquidrachmam: tan-  
 dem colaturæ adice catholici se-  
 munciam: fiat haustus. ALIA po-  
 tio: fumarie, summitatum lupulo-  
 rum, cuiusq. sesquimanipulus: pas-  
 sularum mundatarum, semuncia:  
 polypodij recentis, fescuncia: cassi-  
 thæ, epithymi, cuiusque drachmæ  
 tres: anisi, liquiritiæ rasæ, singulæ  
 sesquidrachmæ: fiat decoctio, in qua  
 infunde foliorum senæ duas vel tres  
 drachmas; in colata expressione  
 dissolue catholici, & serapij violati,  
 cuiusque vnciam: addo violatum  
 syrupum ob senæ siccitatem. ALIA.  
 Foliorum senæ, semuncia: anisorum,  
 cinnamomi, cuiusque semidrach-  
 ma: florum cordialium, cuiusque  
 pugillus: fiat infusio in sero, vel ius-  
 culo galli decrepiti. Vel accipe fo-  
 liorum senæ, drachmas duas cum  
 semisse: epithymi, rhabarbari, cu-  
 iusque sesquidrachmam: infunde  
 hydromeliti, & colaturæ adde ca-  
 tholici, semunciam. ALIA. Folio-  
 rum senæ, drachmæ duæ: cinnamo-  
 mi, drachma: seri lactis, vnciæ de-  
 cem: infunde per noctem, in vase  
 angusti oris, manè bibatur. vel la-

ctis sesquilibra, bulliat cū oxyme-  
 litis vnciis tribus: diu inter coquen-  
 dum agitetur baculo ficulneo fisso:  
 dein adde pulueris senæ in pecia  
 ligati, drachmas sex: sequenti die  
 bibat expressum liquorem. vel ha-  
 rum portionum accipe vncias qua-  
 tuor; cū syrupi rosati solutiui, vncia;  
 & violati semuncia: potui exhibe.

ALIA. Foliorum senæ, epithy-  
 mi, origani, cuiusq. drachmæ duæ:  
 cicerum rubrorum, pugilli duo: fiat  
 coctio ex lege artis: in hac infunde  
 agarici trochiscati, si pituitescat me-  
 lancholia, drachmam; vel rhabar-  
 bari, si ex bile, illa nata fuerit, sesqui-  
 drachmā: cinnamomi semidrach-  
 mam: à maceratione & expressio-  
 ne, adde confectionis Hamech  
 drachmas duas. ALIA. Passularum  
 mundatarum, semuncia: senæ, drach-  
 mæ duæ: cinnamomi, semiscriptu-  
 lus: fiat coctio: colaturæ adde ca-  
 tholici, vel medullæ cassiæ, semun-  
 ciam. Hæc coqui poterunt inter-  
 dum ex iure capi vel galli, alterato  
 cum buglossio, apio, & aniso. vel fo-  
 liorum senæ ℥ ij. ex iuris galli ℥ iij.  
 expressæ. QVÆ remedia educunt  
 melancholiam, vtiliter solvuntur  
 in sero lactis, & decoctis, aut liquo-  
 ribus eliquatis ex rebus quæ parant  
 melancholiam. vel ex sero lactis  
 coquantur præparantia melanco-  
 liam, & colaturæ infundantur folia  
 senæ, remixtisq. electariis, fiat hau-  
 stus. Accipe foliorum senæ, à stipu-  
 lis mundatorum, drachmas tres: in-  
 fundantur sero lactis, macerentur  
 per noctem: expressioni adde vn-  
 ciam catholici. vel accipe epithymi,  
 vnciam: bulliat in sero lactis: (nam  
 epithimum fert coctionem) cole-  
 tur for-

Decocta  
 & serua  
 la.

tur forti expressione, & adde syrupi violati vnciam: & propinetur. poterit interdum catholici aliquid remisceri. elephantiasin futuram acet hæc potio. Hæc decoctio vtilis

est admodum: Accipe florum boraginis, buglossi, fumarie, epithymi, cuiusque semimanipulum: polypodij, drachmas sex: sceniculi, drachmas binas: senæ, semunciam: feri lactis, libras tres: fiat decoctio ad tertiæ partis exhaustionem: adde mellis rosati, vncias duas. Vtile est & dilutū foliorū senæ, & epithymi, ex sero, vel mulsæ. Celebratur galli decrepiti decoctū, vt in colicis doloribus à pituita flatulenta, & ad asthma, ad dyspnœam, ac arthritidem. Fiat hoc modo: Accipe hyssopi, calaminthæ, singulos manipulos: passularum mundatarum sescunciam: anisi, sceniculi, cari, cuiusque drachmas sex: seminis carthami, vncias duas: polypodij quercini recentis, sescunciam: trium florum cordi dicatorum, singulos pugillos: florū chamæmeli, meliloti, singulos semipugillos: includantur omnia in ventre galli decrepiti, præparati vt decet: in fine coctionis adde foliorum senæ, vncias duas: agarici trochiscati, drachmas decem: fiat colatura ad libras duas, ac reponantur. Accipiemus præscripti decocti, vncias quatuor: serapij violati, vnciam vnā: fiat haustus. Si robustior fuerit æger, adde drachmas duas diaphœnici, aut benedictæ laxatiuæ. **CAV T I O.** vbi colicus dolor molestus est, ab agarico erit abstinendum: nam intestinorum villis adhærens, ex remotioribus partibus eò succos euocat. Si

paretur ad alios affectus, paribus quæ student remedia adiungantur: vt si asthma fatiget, cum helenij radice, vel cum satureia, tussilagine, radice iteos, ficibus, dactylis, iuuabis, agarico, botryde, pulmonaria. Coquatur gallus in aquæ libris sedecim, dum exossetur: dein cola: exprime: amoue pinguedinem: adice iteos, drachmas tres: cinnamomi, drachmas duas: sacchari, vncias quatuor: iterum parum bulliant. sumat manè, & vesperi. Decoctum commune ad medicamenta maceranda quod describitur in Antidotario Florétino hic vtile erit. Et hoc, Accipe folliculorum senæ, sescunciam: foliorum senæ, vnciam: zinziberis, drachmam: florum cordi dicatorum, manipulum: polypodij, vncias tres: passularū, vncias duas: sebesten, prunorum, singulorū xij. aquæ, libras quatuor: fiat decoctio secundum legem artis. sena parum bulliat. hoc Quartanas fugat, caneros, melancholiam.

**SERAPION**, polypodij quercini, vnciæ quatuor: mercurialis, betæ, boraginis, turionum maluar, singuli manipuli duo: origani, capillorum Veneris, ceterachi, cuiusque manipulus: pruna, triginta: pulpæ passularum, vncia: pulpæ tamarindorum, sescuncia: anisi, sceniculi, vtriusque drachmæ tres: cassiæ, semuncia: medullæ carthami, foliorum senæ, cuiusq. vnciæ duæ: epithymi recētis, sescuncia: florum cordialium; & genistæ, cuiusq. pugillus: florum centaurij minoris, vncia: coque in sero lactis: & in colaturæ libris duabus, dissolue cassiæ, vncias tres: manna, vncias qua-

R r 2 tuor:

*Drinking  
in wine*

*Syrupus*

tuor: sacchari, quantum sufficit: fiat syrupus perfectè coctus. Accipiat vncias duas interdum æger ex hoc syrupo, cum iure pulli, vel ex decocto boraginis & myrobalanorum Indarum. **ALIUD Serapion:** succi lupulorum, buglossi, fumarie, pomorum dulcium, cuiusque vncia tres: depurentur: polypodij quercini recentis, vncia duæ, vel tres: tamarindotum pinguium, vncia: epithymi, vncia duæ: id, in fine dum coquuntur immittatur: scolopendrij, trium florum cordialium, singuli pugilli: fiat coctio colata ad vncias nouem: his infunde foliorum senæ vncias tres. à maceratione fiat expressio, cui affunde serapij violati, & serapij de buglossi, sacchari albi, cuiusque vncias tres. fiat Serapion perfectè coctum, quod aromatizetur drachmâ cinnamomi, & scriptulo zinziberis. Dosis est duarum vnciarum pondus: propinabitur cum aqua buglossi, lupulorum, fumiterræ, vel cum sero lactis. Remisceri poterunt huic serapio dum coquitur succi cicoracei, si adustus fuerit humor qui in vitio est: & thymus, & polypodium incoquantur nonnunquam, ad consumptionem mediæ partis: & in fine adiciuntur folia senæ, agaricum: expressionique colatæ immittuntur syrupi de scolopendrio, de arthemisia, de hyssopo, de fumarie compositi, singulorum vncia duæ: cū selibra sacchari. Propinabimus huius syrupi vncias binas cum sero lactis, bis aut ter in hebdomade. Liceret interdum addere cortices tamarisci & fraxini interiores, absinthij summitates, & semē carthami.

**OFFICINARVM,** syrupus de pomis, apud Antidotariū Florentinum. Syrupus de fumarie compositus. mel violatū. syrupus de epithymo: oxymel scylliticum: syrupus de polypodio compositus, in Antidotario Florentino descriptus. Præclara syrupi de polypodio ita fabricabitur cōpositio, polypodij quercini recentis, selibra: atteratur crassiusculè, & bulliat in aquæ libris sex, dum media pars exhausta fuerit: mox iniice calami aromatici crassè comminuti semunciam: & iterum parum bulliant: postea adde fœniculi crassè contusi, sesquidrachmam, & leniter rursus effervescent à foco: his adde myrobalanorum chebularum & Indarū, cuiusque sescunciam: succi boraginis & rosarum, singulas vncias octo: medullæ passularum, vncias duas: per diem macerentur: hinc bulliant lento igne; & in fine coctionis adiace foliorum senæ sescunciam: obturata, ferè frigescent, ac mox validè exprimantur: & his clarificatis iungatur sacchari albi sesquilibra, & bulliant ad mellis spissitudinem. Datur ad vncias tres vel quatuor. Sumi poterit ex decocto florum & fructuum cordialium. Descripsit quoque elegans serapium de polypodio Andernacus, tomo secundo, vbi de noua & veteri medicina agit, fol. 457.

**ELECTARIA.** Diacassia: cassia extracta cum foliis senæ: Electarium lenitium, hoc est, diasena recens Rasis: diasena lenitiua: triphera Saracenicæ: catholicum: hiera ita parata vt scripsit Actuarius lib. 5. cap. 9. Hæc ad vncia pondus præscriban-

Officina-  
rum.Syrupus  
de Poly-  
podio mi-  
tis.

Electaria



*medum.  
Vn eius.*

scribantur: diacatholicū in decem drachmarum pondus excurrit.

*Pilula.*

**PILVLÆ:** pilulæ de aloë non lota: pilulæ de fumo terræ, ab hepate, & liene educunt: pilulæ assai ret: pilulæ sine quibus: pilulæ Indæ. Puluis senæ præparatæ Montagnanæ, apud Cordum descriptus. Trochisci scyllitici, præbentur drachmæ pondere.

**C A V T I O.**

Vbi melancholia in vitio est, potius vtendū potionibus, quàm pilulis aut solidis remediis, ob siccitatem melancholiæ. Quamuis interdum contumacia materiæ ad eas nos reuocet: nam robustiùs agunt combinata vi, diutiùsque in ventriculo hærent, ac vehementiùs è capite prolestant.

*Clyma.*

**C L Y S T E R,** fumiterræ, centaurij minoris, mercurialis, singuli manipuli: polypodij quercini, foliorum senæ, cuiusque drachmæ tres: thymi, seminis agni casti, singulorum drachmæ duæ: fiat decoctio, in qua dissolue cõfectionis hamech semunciam: cassiæ recenter extractæ, drachmas duas: olei violati, & liliorum, cuiusque semunciam: sacchari rubri, & mellis violati, singulas fescuncias: salis, drachmam: fiat enema. Interdum emollientia addimus, & folia boraginis, buglossi, & quoq. lupulos, melilotum, chamæmelon, anethum: semē cnici, anisi, fœniculi: catholicū: hieram Ruffi, quæ non est in vsu: oleum anethi.

**S I M P L I C I A****VALDE MELANCHOLIAM****P V R G A N T I A.****S E N A** calet ordine secundo, sic-

cat primo. Græci antiquiores huius nō meminere. Bilem crassam educit ex hypochondriis & mesenterio, ac omnem sentinam primæ alui eluit, biliosa, pituitosa, & serosa quoque recrementa elicit: adhæc nec vnquā intestina corrodit. diurnis omnibus morbis prodest, caput, cor, iecur, lienem, pulmones excrementitiis succis liberat, sanguinem mundat, spiritus illustrat, senium retardat, ac tristitiam excutit.

Mauri zinzibere eam castigant: nos, cum acrior sit & siccior quæ his regionibus importatur, iure pingui maceramus, ex iusculo veteris galli, cū aniso; maximè cum adusti succi purgandi venerint: datur & commodè cum decocto prunorum, passularum, liquiritiæ, iuiubarum, violarum, althææ, pisorum modicè coctorum, & anisorum, & quoq. cum cassia, syrupo de pomis, polypodio, & epithymo. Dilutum eius vtilissimè ex sero lactis, ad vncias decem propinatur; maximè retorrída bilis si molesta fuerit: est enim **S E R V M** lactis quasi vehiculum eorum, quæ purgant atram bilem. Folia senarum vino infusa abundè corriguntur: nam vinum illud innoxie purgat, nec ventriculo graue est: quamuis drachmis tribus senæ ita maceratæ, adiaci posset semuncia syrapi rosati solutiui: & vini vis aromate perfundi potuisset, adiecta semidrachma cinnamomi, aut zinziberis; & ne siccius euadat, passularum fescuncia inferri posset: quin si epithymi vim iungi velimus, illud non sine Venere admittet vnà vinum. Macerantur loco calido foliorum senæ drachmæ duæ, in vino, cum

*Castigatio eius.**Serum lactis. Elegans.**Cū vino Senæ**Sena, me-  
diocre re-*

*Dosis.* momento zinziberis: si non exprimantur, lenior futura erit purgatio. Dosis à drachmis tribus, in semunciam excurrit, cum in diluto propinantur: in pulvere præbentur à pondere drachmæ vnius, ad binas drachmas. *Tempus utendi.* Horâ ante cibum, vel citius rectè datur sena. Essentia eius extrahitur, vt ex Rhabarbaro.

*Armenius lapis.* LAPIS ARMENIVS, optimus ex cæruleo viret, inuenitur in argentifodinis; calet in primo, siccatur in secundo gradu. Si alius ducenda est, ille conteretur, lauabiturque cardiacis aquis, in rosarum, buglossi, cichorei, portulacæ. toties lauari debet, donec aqua nō amplius inquinetur, imò ad quinquagenas vices: nam illotus, vomitū mouet. Hunc, sanguinem cordis purgare perhibet Abincenna, lib. de Medicamentis cordis, tractatu secundo: vapores absterget à vitalibus spiritibus. Vetustiores Græci de eo nihil memoriæ prodiderunt; Alexander Trallianus primus inter recentiores, & deinde Aëtius & Actuarius eius meminere. Miras de eo epangelias prodidit Trallianus, capite de Melancholia. Mesuè præbet à drachma semisse, ad sesquidrachmam: potum verò à drachma vna, ad duas: Aëtius eius scriptulum exhibet. sit eius Dosis, drachma. Datur cum hiera vt dicit Trallianus, & cum aliis iungitur laxantibus: quidam ex vino, & aqua boraginis eum offerunt: Cùm eius vis solutoria obliteranda est, comburi debet: nam id acres tenuesque partes exhaurit, sed empyreuma tandem eluatur.

*Lazulus.* LAPIS LAZVLVS vel cyaneus,

calet in secundo numero, & siccatur ordine tertio: easdem vires quas Armenius, sed inualidiores habet. Quartanis præscribitur, purgat sanguinem cordis, inquit Auicenna, libro de Cordis medicinis. Paratur vt Armenius: datur ad grana quindecim. Quidam hos lapides, ab igne candentes, sexies extinguunt in aqua vitæ: dein in puluerem eos vertunt tenuissimum, qui abluitur aquâ: abiiciunt sæpius ea quæ supernatant. Siccant dein puluerem, & eum lauant aquâ melissæ, vel buglossi; euaporant aquam: & digerunt cum spiritu vini, in balneo, viginti dies. Dein exhauriunt ferè hanc aquam lento igne: correctione affundunt, essentiam margaritarum, corallorum, croci, & oleum cinnamomi, & caryophyllorum. Dosis est semidrachmæ: cum aqua melissæ, vel buglossi.

*Laureola.* LAUREOLA vel Misereon. Calet & siccatur in quarto gradu: valet ad melancholiam & ad hydropem. Praua eius vis castigatur, sociis rebus frigidis & humidis: talis est succus portulacæ, endiuia, succago psyllij, & tamarindi. Pōdere septem granorū cum semisse propinatur.

*Veratrum.* ELLEBORVM nigrum, est innocens medicamen, modò ritè paratur. Veteres Ellebori succo, alij folijs, alij semine, alij radicibus utebantur: tandè ratione & experientia edocti, tantum radicibus vtimur. Quare Plinius scripsit Elleborum quondam terribile, postea tam promiscuum effectū, vt plerique studiorū gratiâ, ad peruidenda acrius quæ commentabantur, sumptitent. Verum, vt prodidit Oribasius, accuratè

*Antiquorum Ellebori scriptura*

accuratè Elleborum castigabant, & foris quoq. tutò admouebant: hæc ratio ferè nos latet, cùm antiquorum scripta de parâdo elleboro interciderint. Scripsit olim eius tecmarfin Philonides Siculus Ennefis, cuius meminit Dioscorides libro quarto; & Hippocrates, cuius scripti de Elleboro initium adhuc superest. Elleborum calet & siccatur tertio recessu. Castigatur eius noxa ab Hippocrate, libro secundo de Morbis acutis, & à Mesue, rebus suaue olentibus. nos extracto Ellebori vtimur, quod mox describemus. Pomum radicibus Ellebori nigri & caryophyllis transfigimus, foculo sub cineribus coquimus, elleboroq. abiecto, pomum offerimus quartanariis, aliisque contumacibus morbis implicitis, à materiæ morbificæ mitigatione, temporeq. frigido, & humido. Idem in cydonio malo, pastæ inuoluto, fieri poterit. Quidam eruditus Medicus exhibuit diluti radicis, ad drachmæ vnius pondus, cumque nihil excerneret ager, tandem venit ad semunciã, & feliciter ægrum liberavit. Propinatur ex infuso, à drachma, ad semunciam: infunditur hydromeliti, vel decocto polypodij, vel ex iure pingui, aut aqua hordei, vel syrupo leniente, cum aniso, cymino, cinnamomo. Quidam substantiam radicis præbent, à granis quindecim, ad semidrachmam: sed à substantia est metus conuulsionis. Valet ad omnes morbos melancholicos, febres quartanas, flatus, aurium tinnitus, ad iuuenilem tuendam ætatem, & pituitosos morbos frangit: febres diu-

turnas & repetentes abigit, prodest infanis & hemicranicis. Adhibendum cùm peruicacioris morbi contumacia id postulat, nec aliis remediis euelli potuit. Nec puero, nec seni, aut ingrauidatæ detur: sed robustis & animosis, elephantiacis, cancro obnoxiiis, herpeti, melancholia, epilepsiæ, vertigini. **DE ELLEBORO albo egimus, vbi de vomitoriis.** Ambo tertio numero calent, & siccant. Albo vtiebantur antiqui ad vomitum prouocandum: nigro, ad purgationem infernam. Verùm ab hinc trecentis annis, formidabilis ellebori albi vsus, & funestus habitus fuit. Nigrum in decocto minus periculi habet: cum dacrydio, aut colocynthide nõ ita strangulat; absit agaricum: nam vnà strangulerent. Radicum fibræ, aquâ macerantur. cortex exemptus extra solem arefcat, tenui medullâ proiectâ. Paratur à quibusdã cum aqua vini; & corrigitur cum oleo anisi, ita vt tenellulis etiã dari possit. Aquam anisi separant balneo à radicibus: dein aquã vitæ affundunt ad quatuor digitorum altitudinem: digerunt in balneo dies tres; hæc aquam vi ellebori delibutam effundunt, & eius aliam affundunt quæ habet vim maceris. tandè extillat aquam vitæ: & eius quod in fundo est accipiunt scriptulum, cum gutta olei anisi, aut menthæ: dant ex aqua betonice epilepticis, hydropticis cum aqua lumbricorum. clementer & sine vomitu agit.

*Vsus eius quando.*

*Meibomius albus.*

**COM.**

*Viru.  
Elegans.*

*Dosi.*

*Facultas  
Ellebori.*

COMPOSITA  
VALIDE MELANCHO-  
LIAM PURGANTIA.

*Decocta.*

DECOCTVM: Myrobalano-  
rum omnium, singulæ semunciam:  
comminuantur crasse, & maceren-  
tur per diem & noctem in aqua  
fumariæ libris septem: & adde po-  
lypodij, epithymi, & senæ, singulas  
vncias: hermodactylorum, semun-  
ciam: glycyrrhizæ, seminum citrei,  
caryophyllorû, cuiusque drachmas  
duas: corticum præparatorum elle-  
bori nigri, semunciam: coquantur  
ad medietatis exhaustionem, cum  
tenui expressione. Accipe huius de-  
cocti partem sextam, syrupi de fu-  
maria compositi, syrupi rosati solu-  
tium, singulas vncias: syrupi de cor-  
ticibus citreorum semunciam: misce;  
& bibat. Medetur hypochondria-  
cis, & laborantibus ex morbo Ve-  
nereo. DECOCTVM de epithymo  
Mesuæ, descriptum in Antidotario  
Florentino, confert cancro, & me-  
lancholiæ. OXYMEL Gesneri cõ-  
positum, cuius descriptio epistolis  
eius annecti solet. Accipe epithymi  
drachmas decem: polypodij, drach-  
mas sex: buglossi, drachmas quin-  
decim: thymi, hyssopi, chamæpi-  
tyos, singulas semuncias: capillo-  
rum Veneris, drachmas quinque:  
turbith, drachmas sex: seminis ocy-  
mi, melissæ, caryophyllorum, spicæ  
nardi, malabatri, cardamomi, cu-  
iusque drachmas tres: radicis & se-  
minis endiuia, seminis cassuthæ,  
singulas drachmas duodecim: con-  
seruæ rosatæ, ad pondus omnium:  
infunde hæc in aceto puro, horis  
XXXXI: ( sit copia aceti, qua

*Oxymel.*

obruantur cuncta ) postridie adde  
aquæ, libras quinque: leniter exco-  
quantur, dum redeat ad aceti pri-  
mam copiam: fiat colatura, & adie-  
cto saccharo coquatur. datur ad vn-  
cias duas cum semisse. Huic quæli-  
bet vires purgatrices includi pos-  
sunt. POTIO. Corticum ellebori *Potio.*  
nigri, sesquidrachma: seminis anisi,  
fœniculi, citrei, cuiusq. semidrach-  
ma: cinnamomi, zinziberis, cuiusq.  
grana septem: passularum, semun-  
cia: seri caprilli, vncia octo: fiat in-  
fusio: expressio bibatur cû manna,  
vel syrupo rosato solutiuo. ALIA.  
Epithymi, senæ, cuiusque sesqui-  
drachma: foliorum lupuli, asplenij,  
singuli pugilli: pruna decem: infun-  
de sero, facta que forti expressione,  
adde confectionis hamech, drach-  
mas tres: syrupi de polypodio, vn-  
cias duas. Infusa & decocta, & vina  
purgantia multa describit Mesue,  
Andernacus, & ex illis Weckerus.

EXTRACTVM ELLEBORI. *Antiqui  
parabant  
Ellebori.*  
Antiqui curâ quàm maximâ para-  
bant elleborum, quare & tutû illis  
medicamẽ erat. Scribit Theophra-  
stus, libro nono de Historia planta-  
rum, capite decimo octauo, Eude-  
mum Chium viginti duas ellebori  
portiones in foro vno die hausisse,  
nec quicquam purgatum esse: cû  
post septimam portionem, pumicis  
puluerem aceto subactum bibisset.  
Sed quo modo illi castigarint, nos  
latet: nam monumenta veterum de  
elleboro intercidere. quàm religio-  
sè tamen elleborum habuerint, cla-  
rum est ex epistola Hippocratis ad  
Crateuam missa. Certè antiquissi-  
ma ex Elleboro purgatio est; Anti-  
cyræus, inquit Hippocrates, in  
Hercule

Extractū  
Ellebori.

Hercule vsus est elleboro: vt in Præti filiabus insanis, Melampus; nam scribit Dioscorides, veteres hinc elleborum vocasse Melampodium. Fiat eius extractum hac arte: succi fœniculi, vel aquæ quæ reliqua fuit ab olei anisi distillatione, libræ tres: his infunde cinnamomi, vncias duas: seminis anisorum, vncias tres: mastiches, semunciam: flauedinis corticum citreorum, drachmas tres: macerentur tepidè per plures dies, dū omnis vis transiisse in liquorem videatur: hinc fiat colatura, quæ effundatur super cortices radicum ellebori nigri, exemptâ prius medullâ: & iterū quàm diutissimè macerentur, quò eorum vis tota ferè fuerit eliquata: deinde bulliant dum succus ferè cōsumatur; & cortices iam tū fortiter prælo exprimantur, & colatura iterum coquatur, adiecto pauco syrupo rosato solutiuo, dum opiatae ideam induat. vel priusquam ita coquatur, nouæ contusæ radices iniici poterunt, cum manipulo rosarum rubrarum, & quid vini rubri; ac repeti eadem historia. **NOVA** & occulta ratio est, sed elegans, hæc: Accipe radicem veratri nigri effossarū sub ortum solis, incrementa ducente lunâ, ac peragrante dodecatem Orion capricorni, leonis, aut sagittarij, (opportunè euelluntur mox dum flores exuerunt) in pulpam cōtundantur, & distillentur, dum nil amplius liquoris fundant: hoc fiet vi validi caloris, in arena. hic cinis cum vino liquecat in lixiuiū: mox balneo exhausto liquore, salē fundus dabit: qui omne vitium humani corporis antiquatum in causariis

Nouum.

abigit, ac in floridam iuuentā effectum corpus reuocat. soluitur cum vino, croco & ambra. Quidam coquunt toto die ex aqua virentes ellebori radices, attamen parum siccitas, & contusas, sine effusione id agunt: subinde nouam affundunt aquam calentem, quâ quod perpetuo foco exhauritur, repletur. Prima coctio efflat teterrimum halitum, plenū virulenti horroris: quare eò protrahatur coctio, dum gratus odor expiret: ac adiiciantur florum nymphææ manipuli duo: & anisi, binæ vnciæ. Coletur purè, sine fœcibus; & vitreatâ patinâ exhauriatur liquor. Dosis extracti elleborati est à scriptulo, ad drachmā. Datur cū vino albo, aut ex iure aliquo.

## CAVTIO.

Cauendum ne dum exprimitur aliquid pulueris elabatur. Sit veratrum optimum, non viride, sed siccum; nec comminuatur in exiguas partes: id enim periculi plenū. Fermentari debet dies viginti, antequam vsus eius iniri ritè possit.

**CONFECTIO** hamech datur ad drachmas tres, vel ad semunciam: frequens est eius vsus, sed vehementer amarescit, à copia quam excipit colocynthidis. Accipe confectionis hamech, drachmas duas cum semisse: electarij de succo rosarum, drachmas duas: catholici drachmas tres: syrapi violarum, vnciam: aquæ violarū, & buglossi, cuiusque sescunciam: fiat haustus. **BOLVS**, Catholici, drachmæ quinque: confectionis hamech, drachmæ duæ. lapidis Armenij præparati, scriptuli duo. Electariū Indum. Electarium de epithymo, præbetur

Hamech.

Bolus.

ad drachmas sex. Catharticū imperiale, ad semunciam copiam. Diasebesten cum scammonio.

*Hiera.*

**HIERA** Ruffi laudatur ab Aëtio, 22, 23. Et affirmat ex ore Ruffi, hanc, materias prauas solūm expurgate, roborare ventriculum, excitare appetentiam, discutere flatus, à capite trahere & aliis partibus citra violentiam, sine dolore, ardore, & sitis est expers, inquit. Bis in mense dat semunciam, ratione purgationis: nam alioqui cottidie præbet eius scriptulum, ad flatus excutiendos, & ad vētriculi robur: vt nempe maxima eius dosis sit drachmæ pondus, in pituitosa materia. Nobile hoc remedium est: nam accipit colocynthidem, agaricum, elleborū, & aromata. Quare ex hoc colligimus, in affectibus ventriculi frigidis, frequentē vsum pharmacorum conferre, maximè eorum, quæ eximunt primæ alui illuuiem. Hiera logadion. Sed periculosus est hierarū magnarū vsus, ob colocynthidem, quam non rectè castigatam accipiunt. Auctor sum, vt trochiscis alhandel aliis remediis remixtis potius vtamur: nam in his optimè frenata est vis indomita colocynthidis.

*Pilula.*

**PILULÆ** assauret, cum elleboro nigro, & lapide Armenio. pilulæ aggregatiuæ. pilulæ de epithymo. pilulæ Indæ Mesuræ, descriptæ in Antidotario Florentino: ad cancerum, alphas, melancholiam, quartanam, & ceteros lienis morbos. pilulæ de bdellio. pilulæ sine quibus esse nolo. pilulæ de fumaria, mediocres sunt. pilulæ de lapide lazuli. pilulæ cochix cum elleboro. pi-

lulæ Arabicæ. pilulæ fœtidæ. pilulæ de quinque generibus myrobalanorum. Pilulæ quibus & in pituitosa pleuritide vtebatur Rondeletius, ad ophthalmiam, & icterum. Accipe ellebori nigri sine medulla contusi, triduo macerati lacte caprino cottidiè recenti, semunciam: dacrydij, gummi Arabici, singulorum drachmam: excipe succo brassicæ; fiant pilulæ ad ciceris molem. Dabat pueris quinque ex his pilulas: mulieribus, vndecim: viris, quindecim: dantur à cibo.

#### CAVTIO.

Rarè vtendum pilulis vbi melancholia in vitio est: nam squalidus hic succus à sicco remedio agrè trahitur: nisi tamen fuerit robustus homo, & ex capite laborarit; & tunc ab earum vsu humectans quid ilico erit propinandum. Quia hic humor naturā cunctator est, nec facilè excidit, ob ariditatem quæ illi inest, propterea semper huic dicata pharmaca, cū rebus humectantibus committantur: & si in parte principe cōceptus fuerit, addatur quæ viscera & spiritus recreat.

*Pilula  
rare.*

#### CAPVT XXV.

#### DE VARIOS SVCCOS

DVCENTIBVS PHARMACIS: ET DE QVIBVSDAM  
iñ eorū vsu obseruandis cautionibus.

**E**x enarratis remediis simplicioribus variè mixtis, composita varia surgunt, eaq. leniora, vehementiora, aut moderatione quadam mediocria. Quin & simplicia pharmaca, mixtos succos prolectāt.

**BILEM & PITVITAM** euocat

*Phlegma  
coloph.*

cat rhabarbarum, aloë, cassia, scammonium: hæc primò bilem, hinc pituitam educunt. Agaricum primò pituitã, deinde bilem prolicet.

Istud in remixtis, iamque vsu tritis remediis obseruari studiosè debet, cuiusnam pharmaci potentia maximè emicet.

Composita, hæc in officinis prostant. Diaphœnicũ: Indum maius & minus: Benedicta laxatiua: Diacarthamum: Pilulæ cochia: pilulæ arthritica: pilulæ aggregatiua: pilulæ sine quibus: pilulæ aureæ.

*Officina.*  
*Serapion.*  
SERAPION, endiuia noua, cichorei, adianti, scolopendria, cuiusque manipulus: quatuor seminum frigidorum maiorum, singulorum drachmæ tres: seminis carthami, fescuncia: polypodij quercini, vnciæ duæ: tamarindorum pinguium fescuncia: seminis endiuia, cichorei, liquiritiæ rasæ, omniũ duæ drachmæ: passularum mundatarum, fescuncia: pruna, quindecim: trium florum cordialium, singulorum pugillus: fiat coctio ad libram: cui infunde foliorum senæ, fescunciam: agarici recenter trochiscati, vnciam: In expressione colata dissolue syrupi violati, & capillorum Veneris, vtriusque vncias tres: sacchari albilissimi, vncias duas: fiat syrupus coctus lenissimo foco. Expressioni inde rhabarbari electi, drachmas sex: fiat serapion perfectè coctum, & aroma illi affletur ex sesquidrachma cinnamomi, & drachma santalorum: vsui reponatur. *Febribus.* Utile est istud serapion febribus omnibus, quæ ortus sui principium agnoscunt bilem pituitæ remixtam. Accipiant binas vncias

cum sero lactis, vel cum aqua aut decocto endiuia: si segniùs aluum euocarit, adiiicies diluti rhabarbari, vel agarici drachmam.

## CAVTIO.

VBI pituita remixta bili maximè vitium fecit, non repetatur huius serapij vsus tertio aut quarto die, sed plurimis diebus interpositis: non enim facilè pituita mitescit: sed vt sunt gradus coctionis, ita & purgationis esse debent. Ita voluit Abincenna, vbi de curatione febrium tertianarum notharum egit.

SI quis mitius remediũ tenelulis præscribere velit, vbi metus adest ne se in fluxũ effundat aluus, accipiemus malum cydonium, & sublatis interaneis, nempe seminibus cum intestinis folliculis; infarciatur insculptum illud inane rhabarbaro in pollinem comminuto, & carthami semine, & agarico trochiscato (idem fieri possit à sena, & epithymo, vbi melancholia crimen habet) vnianturque partes, & papyro inuolutũ ac illigatum pomum, coquatur in clibano vel foculo ad tabem: tandem abiectis putaminibus, pulpa manducetur: innoxie purgat, ac stabilit partes nutritioni dicatas. Opus est exiguo pomo, vt totum deuorari possit.

POTIO. hordei integri, pugillus: lupulorum, absinthij, cichorei, eupatorij, singuli pugilli: seminum maiorum, drachma: hyssopi, pugillus: foliorum senæ, drachmæ tres: anisorum semidrachma: fiat coctio ad vncias quatuor: colaturæ immacera rhabarbari, & agarici, singulas drachmas: cinnamomi, santali, & interdum zinziberis, cuiusque se-

*Lenissimum remedium.*

*vid supra 295*

*Potio.*

*Bolus.*

miscriptulum: expressioni adde sacchari, semunciam. **BOLVS. catholici,** semuncia: agarici trochiscati, scriptuli duo: electarij de succo rosarū, sesquidrachma: misce, fiat Bolus.

**ALIVS.** Trochiscorum de violis; drachma: hieræ simplicis, sesquidrachma: agarici, drachma: catholici, drachmæ sex.

## OBSERVATIO.

NON eadem copiâ (nisi vterque humor æquè in vitio fuerit) hæc remedia remisceri debēt; sed pleniùs indendum quod luxuriantem succum excludere potest. Cùm enim extra naturæ lineam & pituita & bilis abiere, nunquam validè bilis, neglectâ pituitâ, elidi debet: nam ab ardore bilis, tepescit pituita. Notuimus quibus tota corporis œconomia ad phlegma nutabat, à diuturno multoque vsu rhabarbari & mannae, apoplexiâ obiisse: nam sese mutuò succi frenant. Cuncta in magno hoc mundi theatro stricto gelu rigescerent, ni calore ignis fouerentur. quod autē ignis in mundo, id in corpore bilis. Quare Aui-cenna vbi agit de vena secanda, refugit venæ apertionem, cùm metus adest, ne cruditate indomiti succi validè frigescant. Propterea quando vnâ rhabarbaro & agarico opus fuerit, hoc modo transigatur, Acci-pe rhabarbari sesquidrachmam: schœnanthi, semiscriptulum: agarici trochiscati, drachmam: zinziberis semiscriptulum: decocti florum & fructuum cordi dicatorum, cum pauco oxymelite, quod sufficit: fiat infusio: expressioni colatæ adiice syrupi rosati solutiui, vncias duas: mellis rosati solutiui, vnciâ: misce;

*Notandū  
cum bilis  
& pituita  
purgatur.*

*Usus pra-  
ceptorum.*

*Potio.*

fiat **POTIO.** Hic ineunte horum vsu, æqualē ferè posui copiam rhabarbari, & agarici: sed in repetita secundò purgatione, vberiore in-demus quantitatem phlegmagogi pharmaci. etenim cùm vnâ à naturæ lege abiere humor crassus & tenuis, longè faciliùs effluit qui tenuior. Quare secundò hac forma vtemur. Accipe rhabarbari, scriptulos duos, vel drachmam: agarici trochiscati; sesquidrachmam: catholici, drachmas quinque: cū saccharo fiat **BOLVS.** Ita cum hieræ & melle rosato colligi in bolum poterunt. Quin variè ad hos succos medicamina effingi poterunt. **POTVS.** myrobalanorum Indarum, & citrinarum, singularum drachma: fricentur amygdalino oleo, vt earum vis (nam ita patent & se pandunt) faciliùs elici ab aqua possit: passularum, numero sex: florum cordialium, pugillus: fiat decoctio ex aqua cicorei: huius vnciis quinque infunde agarici, & rhabarbari, singulos binos scriptulos: spicæ, grana duo: zinziberis, grana quinque: vini drachmas tres: macerentur tota nocte, & expressioni adde catholici, semunciam: syrupi rosati solutiui, vncias duas: misce, fiat potus. vel vtemur decocto myrobalanorum Mesuës. Iterum purga, sed coctâ ac mitificatâ priùs pituitâ validioribus incidentibus & aperientibus, vt syrupo acetoso composito: syrupo Byzantino: syrupo de cicoreo Nicolai: syrupo de eupatorio: vt eupatorij, polij, singuli semipugilli: radicum apij, fœniculi, cicerum rubrorum, singuli pugilli: fiat coctio ex lege artis. accipe huius decocti vncias

*Bolus.*

*Potus.*

*Inni...*



vncias quatuor : syrupi de cicoreo compositi, syrupi de quinque radicibus, singulas vncias. si hyems fuerit, vtemur potius syrupo Byzantino. Deinde infundemus rhabarbarum & agaricum, in decocto communi (cum polypodio & sena, si vitellina fuerit bilis) & in expressione resoluemus electarium de succo rosarum Mesuae, vel diaphœnicum, aut diaprimum solutiuum, & Indum. Accipe decocti communis, vncias quatuor : diaphœnici, drachmas duas : electarij de succo rosarum, drachmam : catholici, serapij violati, cuiusque semunciam : fiat Potus.

**BILEM** & atram bilē quæ subducant remedia, pauca vsus notaui. Ex Dioscoridis sententia tale est serum lactis, & succus fumarie, qui propinatur ad duarum vnciarum copiam : dilutum quoque fumarie id præstat. Composita : electarium de psyllio, quod offertur ad drachmas decem : & puluis diasenæ. Accipe rhabarbari, drachmam : senæ, drachmas tres : passularum, semunciam : decocti tamarindorum & acetosæ, quantum sufficit : fiat infusio, & adiectis tribus vnciis syrupi rosati solutiui, fiat haustus. Accipe passularum, semunciam : galangæ incisæ, drachmam : florum boraginis, violarum, cuiusq. drachmam : senæ, drachmas sex : summitatum fumarie semimanipulum. ab igne cum incaluerint, tepidis cineribus hæreant de nocte : & mane ebulliant, & exprimantur validè. accipe expressi vncias quatuor : syrupi rosati laxatiui, mannæ, cuiusque vnciam : syrupi conseruationis zinziberis, drachmā : aquæ cinnamomi coch-

liarium, misce : fiat Potus.

**PITUITAM** atræ bili mixtam *Melanophlegma-phyga.* purgant myrobalani chebulæ, inquit Serapio : nā primò extrudunt pituitam : secundò, atram bilem. dantur in infusis, ex sero lactis, vel oxymelite : immittuntur liquoribus, ad sex drachmarum molem. Electarium lenitiuum, quod, est diasena *Apoze-  
ma.* Rasis : datur ad sex drachmarum pondus : Pilulæ Indæ Hali. Si progressus fuerit morbus, Accipies quinq. radicum aperitiuarum, maceratarum in vino albo, singulas semuncias : capillorum Veneris, pimpinellæ, endiuie, buglossi, eupatorij, cuiusque manipulum : quatuor seminum frigidorum maiorum, seminum anisi, apij, fœniculi, singulorum sesquidrachmam : cicerum rubrorum, semimanipulum : passularum, semunciam : polypodij, foliorum senæ, cuiusque vnciam : agarici, medullæ seminis carthami, singulas semuncias : florum cordi dicatorum, cuiusq. pugillum. Coque ex aqua, dum supersit sesquilibra : huic inde rhabarbari, drachmas binas : spicæ, & cinnamomi, singulas semidrachmas : post horas duodecim exprime ; & adiecto saccharo vtatur. Et decoctum eupatorij Mesues.

**BILEM**, pituitam, & melan- *Catholica.* choliam simul purgat elleborum nigrum : epithymum primò elicit atram bilem, secundò flauam, tertio pituitam purgat. Sena, Græcis bilem & pituitam, Arabibus quoque melancholiam educit. Medicamenta *Composi-  
ta.* quædã eâ lege mixta fuere, vt plurimos cõtaminatos humores æquè purgarent : talis est apud Ferneliū

syrupus catharticus maior, & minor: & catholicum liquidum, & solidum. Syrupus ex fumaria compositus, qui praescribitur ad uncias quatuor, quemadmodum & syrupus de epithymo. **POTVS:** accipe absinthij, centaurei, cardui benedicti, quinquefolij, cuiusque semimanipulum: radicū gentianæ, fescunciam: senæ, uncias duas: rhabarbari, drachmas sex: agarici, semunciam: radicem Mecheacarum, unciam: spicæ Indicæ, semidrachmam: zinziberis, sesquidrachmam. sacculo lineo include, & vini albi affunde libras 20. sumat stomacho ieiuno. tertianas spurias debellat. electarium de citro, ad drachmas datur sex: triphera Persica, quæ exhibetur ad drachmas decem: confectio hammech: diaturbith cum rhabarbaro: tragea laxatiua apud Cordum. Pilulæ aggregatiuæ: pilulæ cochiae cum elleboro: pilulæ imperiales: pilulæ lucis: pilulæ de lapide lazuli: pilulæ sine quibus: pilulæ polychrestæ Fernelij: pilulæ de quinque generibus myrobalanorum. Et vomitu purgat diasarum electarium, apud Fernelium, lib. vii. Methodi.

Vomit.

Echylas-  
sis, Hel-  
gogis ex-  
tractum  
soluoriss.

**EXTRACTVM.** foliorum senæ, libra: colocynthidis trochiscata, uncia tres: aloës, uncia duæ: agarici, turbith albi, rhabarbari, cuiusque uncia quatuor: radicem ellebori nigri, esulæ minoris, singulæ uncia duæ: dacrydij, uncia: attritis cunctis affunde aquam vitæ, adijce cinnamomi uncias tres: & anisum: masticis, spicæ, cuiusque drachmam: rosarum rubrarū, manipulos duos: specierum diambrae, & diathodonis, cuiusque unciam. Macerentur

dies xiiii. vel diutius, prælo exprimantur: balneo exhaustiatur tenuior liquor, vt characterem mellis induat. datur scriptulus. Pari modo ex quaque massa pilularum succus abducitur. Hiera logadion, offertur à drachma, ad duas. Præstaret vt speciebus hieræ simplicis (hæ enim validè eluunt pharmacorū tædia) fortissima medicamina includerentur: qualia sunt trochisci alhandel, lapis Armenius, elleborū, turbith: qualis scilicet fuerit succus qui vitium fecit, tale vt remedium sortiat. quin hæc pilulis dextrè includi poterūt. Quare hieram cuique succo dicare hac arte licebit: quemadmodū & diacatholicū medicamen, cū peculiari iunctū decocto.

Hiera.

**ANNOTATIO PRAGMATICA**  
*ticis necessaria.*

**QVI** sese ad medicinam faciendam conferūt, id velim obseruent: Medicos qui per totas Gallias (loquor & de Belgis) ad exercitacionem medicam se conferunt, maximam facere pecuniam ex his remediis, quæ vno ductu varios humores prolestant. & bonis ægrotorum rebus id plerumque faciunt, quare & tota ferè eorum ars in horum vsu consistit. Propterea auctor sum, vt selecta medicamina, quæ præclarè hac potentiâ ditata sunt, quisque promptè ad manū habeat, summo studio nitatur. Hæc optima erunt, & certò omnè illuuiem humorum eluent: Accipe endiuia, lupulorum, betonica, cuiusque manipulum: florum cordialium, singulos pugillos: foliorum senæ, drachmas tres: coque ex lege artis, ad uncias quatuor: colaturæ infunde rha-

Praxi  
huius auct.

Potnd.

barbari

barbari puluerisati, sesquidrachma: agarici trochiscati, drachmam: cinnamomi, semidrachmam: expressioni adde syrupi cicorei, vel sacchari, semunciam: fiat haustus. Hyeme, cum herbæ nullæ præter sunt, fiat coctio ex polypodio, semine carthami, passulis, prunis, ex radicibus cicorei, acetosæ, graminis, fœniculi, asparagi. Si casus moram non admittat, Accipies catholici, vnciam: ex hydromelite, vel iusculo bibatur: aut ex decocto drachmarum trium foliorum senæ: & agarici drachmæ vnius; cum semuncia syrupi de cicoreo.

CVM verò cōtumacius malum vident, nec vni purgationi cessurum, vincere student apozemate. Accipe radicem graminis, fœniculi, petroselini, polypodij, seminis carthami, passularum mundatarum, singulas semuncias: seminis anisi, fœniculi, singulas drachmas: lupulorum, hyssopi, ceterachi, eupatorij, cuiusque semimanipulum: foliorum senæ, sesunciam: coque ex aqua ad libram vnā: colaturæ infunde agarici recenter trochiscati, semunciam: cinnamomi, drachmas duas: expresso adde syrupi cicorei, aut rosati solutiui, vel sacchari vncias tres: fiat apozema, pro quinque aut sex vicibus. Iubere solebam, vbi pituita molesta esset (quod his regionibus non insolens) vt in fine coctionis adderentur mellis optimi, & aceti acerrimi cuiusque vnciæ tres: sed si hysterica mulier his vteretur, vinum aceti loco infundebatur. Ita iuuantius erit, & vilius vāniet remedium, & oxymelitis vis in eo micabit. Varia remedia apozema-

tis inferri poterunt, fumaria, agrimonia, semina melonum, anisi: liquiritia, tamarix. polydædala varietas ex seriebus remediorum antè proditis aucupari poterit, vt morbificus fuerit succus, qui præparandus & purgandus se offert: nam apozemata viscera & mesenterium ab omni fœditate eluunt; quemadmodum pilulæ felicius remotis partibus subducunt succos. Hodie plurimi sibi nomen comparant vsu remediorum quæ ἐκχυλάματα, id est, succi extracti dicuntur: etenim pulcherrimâ hac arte tenuissimæ partes rerum, ad vsu humanum abducuntur: exiguâ quidē mole illæ, attamen validâ vim spirantes; suaviter propinantur, & sine tædio purgationem peragunt.

## OBSERVATIO.

IN vsu commixtorum variè remediorum, id notandum, omnia electaria mali saporis esse, excepto catholico, & electario lenituo: propterea hæc reliqua non facile miscemus.

IN variorum medicaminum præscriptionibus hac methodo vtetur: Primò cogitabimus de forma quam ducere debet præscribendum remedium; & quo modo velimus commixta iungi remedia. Deinde radices, herbas, flores, fructus, semina, flatus euocantia, & purgantia seriatim ponemus: & si qua opus erit correctione acrioris vel stupentis remedij, id tunc inferemus. ea cautione hæc historia peragenda vt in singulis scribendis cogitemus de morbi causa, & parte affecta; vt his ascribamus auxilia peculiariter conferentia; & quid reliquæ indicationes admittant, & renuant. Cùm

ad

Hyeme.

Promptis  
remedijs.Apoze-  
ma.Cum  
duas re-  
gioni huic

Novâ.

Extracta

Ordo quâ  
se. mandue  
in formula  
lu. scri-  
benda

NB.

ad purgantium seriem ventū fuerit, perlustrabimus qui succi educēdi sint: nū valido, leni, vel mediocri medicamine opus sit: & quodnam pharmacum ex tali parte conceptam materiam peculiariter prolectet. Vltimò, nū à purgatione adstrictione opus sit, vel lubricitate.

*Tecmarfis  
purgato-  
ria.*

**P R Æ T E R E A** ( ut per anacephalæosin tecmarfin indigitem ) in artificiosa purgationis molitione, semper notabimus num purgandum sit à toto corpore, vel ab aliqua peculiari parte: & num simplex sit humor qui in vitio est, an cum alio sit sociatus. Et cum iuncti humores fuerint, indagabimus quisnam ille sit, qui alium mole vel vi superat; & num æqualiter peccent obseruabimus. Quantum alter alterum excefferit, tantò vberius miscebitur remedium exuberanti succo dicatum: nec vnquam pharmacum propinabimus, priusquam tecmiriis signis scienter collegerimus, quanta sit vis & moles mixtorum humorum: quò ex analogia succorum, cuiusque pharmaci miscendi copiā intelligamus. **S E C U N D O**, animaduertemus quænam sit potentia eius pharmaci, quod in vsum ducere consilium est: si enim leni ductu bilis elicienda fuerit, myrobalanis luteis id aptè perficiemus: si mediocri vi eam eiicere decretum fuerit, rhabarbaro utemur: quod si vehementer effundi eam voluerimus, scammonij vsum id obtinebimus. Ita pituitam ignauo quodam motu exprimunt myrobalani chebulæ: vehementiùs, agaricum: vehementissimè turbith, & colocynthis. Atra bilis, modestè

purgatur myrobalanis Indis: mediocriter, à sena vel epithymo: at violenter eam excutit elleborum nigrum, & lapis lazuli. **T E R T I O**, perlustrabimus quinam humores facilè purganti ac trahenti remedio cedant & ilicò effluant, vt bilis: & quinam difficilè euellantur. **Q U A R T O** notabimus, num humores purgandi respondeant propriæ hominis naturæ ac temperamento; an non: nam ex proprio temperamento ægriùs abducitur humor; vt bilis, ex bilioso corpore maiori negotio elabatur. **Q U I N T O**, situm humoris indagabimus; num in aluo prima resederit; num in venoso genere; aut num in habitum corporis sese immiscuerit: quò enim propiùs ad habitum recessit, eò validiore vi excindi debet. Demum collustrabimus quisnam affectus præter naturā se iunxerit: & nū succus à peculiari aliqua parte euocari debeat.

#### C A V T I O.

Summa cautio adesse debet in remixtis medelis, vt sapore, colore, odore quantū fieri poterit adblandiantur ægris: vt nullo horrore ea inspiciant, nares sine despectu olfaciant, lingua absq. nausea gustet, & ventriculus iucundè amplectatur: ne ex nausea in ventre fluctuet. Tamen præstabit semper non farcinatim & variegatim plurima miscere, ne ( quod hoc æuo malè à pragmaticis fit ) surgat rudis indigestaque moles, nec quicquam nisi pondus iners, congestis eòdem, & non bene iunctis discordibus remedium viribus. Dicebat Villanouanus, Qui potest mederi simplicibus, dolosè, aut frustra querit com-

*Gratiū  
studendū.*

*Simplia  
potiora,  
& vtilia.*

composita . verùm, inquit, tantum abest vt perpetuò remediis insistat medicus fidelis & pius , vt potiùs his relictis, medicatis cibis tentet edomare, ac tandē excutere morbū.

## CAPVT XXVI.

DE HYDRAGOGIS,  
ID EST AQVÆ DVCS  
pharmacis: Sudoriferis: Diureticis, id  
est vrinabilibus: & Flatus purgātibus.

**H**YDRAGOGA pharmaca ferè infinita sunt, & periculi plena: natiuâ enim sceditate quadam iecori partibusq. principibus bellum indixere: Propterea nunquam bonis ægrorum rebus offerentur; ni talia remixta illis fuerint qualia scdam hanc iniuriam eluere, ac nobilibus visceribus robur aspirare possunt: languet enim hepar ferè, vbi ab aquæ incurſu madescit. Quare suadet ratio, ac vsus id docet, cum syrupo de eupatorio Mesuæ, hydragoga propinanda esse. Quod dextrè etiam fiet cum syrupo de endiuia, vel cum syrupo de cichoreo cum rhabarbaro, vel remixto syrupo Byzantino, & cum syrupo de duabus radicibus: interdum & cum decoctis roborantibus, ex spica, marrubio, passulis, cæterisque rebus quæ hepar, lienem, & ventriculum peculiari vi stabilire possunt. Quidam ex LACTARIIS vt turpeto, hermodactylis, thymelæa, chamelæa, esula, puluerem faciunt, cui affundunt spiritum vini eâ copiâ vt quatuor digitos supernatet: macerant tres dies in balneo; effundunt vinum, & aliud affundunt. tandem euocant spiritum

vini, & pro vncia restibilis essentia addunt olei nucis myristicæ, & zinziberis, cuiusque scriptulum: Euocat viscosa ex habitu corporis, nec malè turbat. Datur scriptulus cum vino rubro, aut decocto pectorali. Hermodactyli corrigatur cum cinnamomi oleo, & caryophyllorum: sed esula, chamelæa, thymelæa, & thapsiæ essentia castigatur extracto myrobalanorum. datur ex his scriptulus, cum vncia olei amygdalini dulcis. Lathyridis essentia iunge oleum masticis, & nucis moscatae.

## CAVTIO.

Leniora quæ sunt hydragoga hominibus mollibus dabuntur, & prægnantibus interdum, sed non temerè.

Validiora nec pueris, nec senibus, aut prægnantibus offerenda: nam menses euocant, & plerumque foetum præcipitant. Nec extenuatis aut biliosis præscribenda, nec febre aut acuto morbo correptis, & flagrante ab æstu cælo non conferunt: hæc enim robustis hominibus dicari debent, qui diu frigidis morbis impliciti fuere; idque temperato frigidiorèque aëre.

Aquæduca medicamina quædam sunt moderatiora; alia sunt ferociora: & quæque horum aut Simplicia, aut Composita.

SIMPLICIA  
AQVAM PURGANTIA.

Rosarum pallidarum succus, citrinas aquas, dicit Fernelius, manifestò ducit: & tenuem euocat choleram. Sed menses aperit: quare religiosè ab eius vsu cauendum in grauidis.

Tt SOLDA.

Leniora.

Gravida.

Series re-  
mediorū.

Rosa.

Gravida.

Cum qui-  
bus danda.

Extracta.

*Soldanella.*

**SOLDANELLA** puluis, datur ad pondus drachmæ: succus, ad semuncia molem præscribitur, cum rhabarbaro. nos coctis foliis in acetariis utimur: aut ea cruda aceto condimus, in usum acetarij. Nicotianæ aqua.

*Iris.*

**IRIS** siccat & calfacit ferè tertio numero: obstructa aperit, tenuem choleram & aquam citrinam excludit. Radicis succum (maximè illius quæ albo efflorescit flore) miscemus cum vitello oui, & eius in testa vnà coquitur, dum sordibilis fiat: sumitur cum pauco vino, & cinnamomo. Fernelius laudat iridem purpureum quæ profert florem. Extunditur succus ex radice, depuratus cum saccharo coquitur, fit syrupus: Huius vncias duabus, committimus drachmam trochiscorum de rhabarbaro: sed hoc modo dato remedio (quia magis ad roborandum, quàm purgandum faceret) affundimus crudi succi ireos, cochlearia duo. cum absque succo præscribitur cum trochiscis, alternis diebus repeti eius usus poterit. **POTVS.** succi radicis ireos, vncia: detur cum iusculo in quo coxere passulæ, spica, & cinnamomum: nam coctione vim purgatricem exuit. **Ireos radix** in taleolas concisa, vinoque albo macerata horis viginti quatuor, exprimatur; colatura bibatur. cum melle, mulso, vel spica offerri debet. **BOLVS.** ireos puluerisatæ, drachmæ duæ: mellis rosati solutiui, semuncia: misce, fiant boli. Nam puluis eius exhibetur à drachma, ad drachmas duas. **CAVATIO.** Pueri, seni, prægnanti male tuta; nam menses mouet his, illos

*Syrupus.*

autem fatigat validiore vi. Gallica Iris à Galeno commendatur, libris de Cōpositione medicamentorum. de hac egimus, vbi de pituita.

**EBVLVS**, sed ventriculo molestus. Vncia succi ex radice, cum decocto hordei, passularum, cinnamomi, nucis myristicæ, & sacchari: nam purgatrix eius vis, coctione euanescit. Addatur aqua cinnamomi. Succus radicis ebuli siccatus in sole; & semen baccarum per diurnas & multas aquæ lotiones à nigro circūstante succo abstersum, datur vtiliter ex decocto chamæpityos podagricis, & Venerea luentatis. Fructus cōditur duplo sacchari, & cinnamomi parte octaua: datur vncia ex vino, vel aqua mulsa. **VINVM** ebulatū fit ex baccis ebuli maturis, quæ parum calcata in musto, ferueant lenissimo igne, ac despumentur; coctio tertiam exhauriat liquoris partem: noctu aëri expone, manè filtro colentur, & remisce cum alio musto, dum sapor placet, & deferuescat. Ita Weckerus libro secundo, fol. 198. describit quædam aquæduca vina. Stillatitiæ aquæ radicem sambuci, ebuli, & florum ireos, vnciæ sex: bibantur per dies triginta. Vel accipe aquæ radicem sambuci, vncias quatuor: aquæ radicem ebuli, vncias duas: misce: bibat spacio menstruo. hoc, exhaurit ac soluit tympanitē: Aqua distillata corticis sambuci, & florum iridis. Baccæ coquuntur, & saccharo condiuntur: exhibentur ad drachmarum duarū pondus, cum aqua cinnamomi. cum chamæpityos decocto præclare facit ad coxendicis & podagræ dolores.

*Ebulus.**Semen.**Vinum.**Aqua.**Bacca.*

**RICINVS**

*Ricinus.*  
**R I C I N V S** calet tertio ordine: ex artubus aquam euocat. Dantur eius grana quinque; vel quod maximum, octo. Siccantur igne: interdum in massa coquuntur. Potantur ex decocto passularum & fœniculi, adiecto saccharo & cinnamomo. Cauendum à granis crudis, quæ dantur ex vino: laudarem ex succo cichorei, portulacæ, aut lactucæ si grana primò macerarentur. Cataputia Lathyris officinarum, calet tertio, humet secundo ordine: cum ficuum & palmularum decocto frigido propinatur.

*Daphnoides.*  
**D A P H N O I D E S** calet quarto numero; citrinas exhaurit aquas. Folia macerantur aceto, & succo oxyacanthæ, aut ex succo mali Punici, vel cydoniorum, asperso puluere myrobalanorû: postea exempta folia siccantur, & ad pondus drachmæ infunduntur, aut ad binos scriptulos incoquuntur iuscule pingui, cum saccharo & cinnamomo. Conceditur puluis à granis quinque, ad decem, cum tamarindis, mastiche & spica. Tenellulæ naturæ huius vsus fugiunt.

*Euphorbium.*  
**E V P H O R B I V M** quarto recessu calet, ad se rapit succos ex peripheria corporis. Maceretur horis viginti quatuor ex oleo amygdalino dulci; hinc acido pomo citrio, quod massa obuolutum sit, coquatur. Datur à granis sex, ad decem: cum mastiche, cinnamomo, spica. Si ab eius vsu turbetur corpus, leniens ac refrigerans potio subinde haurietur.

*Elaterij excellen-  
tia paucis  
concessa.*  
**E L A T E R I V M**, hoc est, succus cucumeris agrestis, calore ac ariditate tertium ordinem inuasit, cum

aqua bilem ex visceribus ducit: nam nullum aquæducû æquè valet ad exhaustionem aquæ, ac hoc nobile remedium. Hoc elicit aquam eam quæ in abdomen effluxit; quæque extra venosum genus elapsa, intra omentum & intestina natat. Reliqua ferè eam aquam prolectant, quæ venis adhuc contenta, paruo negotio elabi potest: sed difficile est hanc resorbere, ac ad intestina reuehere iam semel effusam. Exhibetur cum spica, cinnamomo, tragacantha, & bdellio, cum speciebus diarrhodonis abbatis, & cum speciebus cordialibus. Cùm à iecore vitiû est, addemus illi species trium santalorum: si ab vtero, offeremus cum capillo Veneris, vel arthemisia: si ex artubus abduci debeat aqua, propinabimus illud cum terbinthina, aut amygdalis amaris, & cum trôchiscis amaris Æginetæ, qui scribuntur ab eo, libro vii. capite xii. Mesue dat cum tragacantha vel lacte. Nos damus elaterium cum pilulis alephanginis, vel cum pilulis de hiera: ita enim indomita eius vis aliquo modo frenatur: vt

Accipe pilularû alephanginarum, semidrachmâ: elaterij, grana quinque: fiant pilulæ quinque. Augenda erit aut minuenda hæc quantitas, vt corpus & vires fuerint laborantis hominis: vt accipe pilularum alephanginarum, scriptulum: elaterij, grana duo, vel tria. datur & ex hydromelite.

Dosis præscribitur ad pauca grana, gerit enim veneni æmulam vim: quare datur ad grana septem cum semisse. Dioscorides non præbet ultra semiscriptulum: attamen Ægi-

*Cautio.*

neta libro VII. trioboli pondo: scriptulus autem cōtinet obolos duos: quare propinat ille sesquiscritulum elaterij. Sed auctor sum ut religiosè hīc agamus, nec temerè ultra pondus quinque granorum asurgamus: nam duo, vel tria grana ferè suffecerint. Aëtius in corporibus tenellulis, radices cucumeris agrestis reponit loco elaterij. Drachmam radicum contundit, & macerat per tres dies ex vino adstringente: propinabat hoc vinum per tres dies: & postquam superseisset ab eius usu dies octo, iterum repetebat per tres continuos dies. Hac arte Rases singulis decem diebus curabat hydropicos, qui præter spem sæpè euadebant, & cunctando morbi vim eludebant. Quidam extrahunt radices cucumeris agrestis in Maio, contundunt, expriment, depurant, affundunt spiritum vini santalatum; macerant in balneo dies tres: transfundunt, repetunt: tandem euocant spiritum vini, & in cineribus congelant restibilem succum: & eius affundunt vnciam, scriptulum olei cinnamomi, & essentiam croci, semiscritulum: propinatur scriptulus, cum vino albo. aperit hepar & lienem. Ita & ex Elaterio essentia eliditur, cum spiritu vini diamargaritato: & castigatur oleo nucis myristicæ & cinnamomi: ut vncia essentiam, accipiat duos scriptulos oleorum. arthritidi etiam opitulatur, cephalalgiam, veteri epilepsiam. dosis est semiscritulus. Ita etiam fit extractio ex ebulo, sambuco.

*Dacrydium.*

SCAMMONIVM, inquit Fernelius, flauam aquam prolecat.

Imbecillis non conuenit, nec puero, nec seni, aut ingrauidatæ, nec æstuanti morbo implicito: nam visceribus inimicâ vi bellum indixit. Datur à granis sex ad duodecim: sed præparatur primò. Cortex myrobalani citrinæ, spica, & cinnamomum coquuntur ex aqua rosata: in hac maceratur horis xxiiij, ac siccat: hinc diluitur oleo amygdalino dulci, cum pauca tragacantha. dein coquitur in cydonio malo, massâ oblito. *Dacrydion* vocant.

GRATIOLA per contrarium, *Gratiola* nomen sortita, quod Gratiis nunquam grata, ob amarorem. calet & aret. Moles vnius scriptuli, validè purgationibus corpus agit; quare indomita eius ferocia castiganda, adiecto cinnamomo, semine anisi, liquiritiâ, melle vel saccharo, in decocto cicerum. Potens ad hydrophem remedium. Sal gratiolæ describitur à Weckero in Antidotario suo.

TITHYMALI radix in umbra siccat: tempore vsus cortex tunditur, & eius drachma diem noctemue in vino dulci maceratur, colatura tepida bibitur. Corrigitur spicâ, cinnamomo, nuce moscatâ, ne principibus partibus noceat; & ne exurat interna, ei iungitur tragacantha, aut muccago psyllij: & ne siccet nimum, cum cichoraceis propinatur, aut cum portulaca, aut seminibus cydoniorum. Scribit Ruffus Ephesius, helioscopium omnium imbecillimum esse: succus est efficacior, secundo loco semen, tertio folia. Cyparissias cum maiori efficacia agit.

COM-

*Elaterio dr  
rim hydr  
pir**Essentia  
rad. Cucum.**Essentia  
Elaterii.**Tithy-  
mali.*



**C O M P O S I T A**  
**H Y D R A G O G A L E N I A,**  
*quæ modestè aquam purgant.*

Hæc interdum plus commodi inferunt, quàm valentissima quæque pharmaca; quòd Natura aliquantulū ab onere recreata, faciliè reliqua excutiat. Quæ pituitā educunt, eadē ferè & aquam euacuant.

*Decocta.* **D E C O C T A** ex aperientibus, tenuantibus, purgantibus: vt ea sunt quæ parant pituitam, adiectis seminibus carthami, brassica marina: cum propinantur, adiicitur vncia aquæ cinnamomi. His interdū adduntur folia chamelææ, & thymelææ, ad pondus vnciæ singula: sed tunc ad syrupi perfectè cocti ideam redigi præstat; & aroma ei adflari ex diagalanga & aromatico rosato.

*Potus.* Accipe brassicæ marinæ, manipulum: passularum mundatarum, vnciam: anisi, drachmam: fiat decoctio in iusculo galli; colaturæ adde syrupi de fumaria, vnciam: diaturbith cum rhabarbaro, drachmas duas: fiat **P O T V S**. Si fuerit hydrops cum scyrho splenis, addemus huic potui cortices radicū: capparorum, sambuci, vel fraxini, populi aut tamarisci, sed aceto primò macerētur.

*Cum syrbo.* Decoctum radicum ebuli, aut sambuci ex vino. serum laudatur caprillum, in quo infundantur horis aliquot grana alkekengi, folia fumaricæ, cassuthæ, absinthij, semina anisi, fœniculi. Accipe specierum diaturbith cum rhabarbaro, sesquidrachmam: infunde vino albo, bibat manè. **L E V I A T A N**

**R A B B I** id commendat lixiuium.

*Lixiuū.* Accipe cinerum genistæ virginæ,

stipularum fabarū, vitis albas vias proferentis, cuiusque manipulum (addi possunt cineres caprifolij) vini Rhenensis, libras quatuor: ter cola per cineres; fiat lixiuium: adice nucem vnā myristicam: & ad eius pondus cinnamomum: baccarū lauri, numero sex: cymini drachmas duas: anisi & fœniculi tantundem: crassè contusa sint semina; & adice sacchari, vncias quatuor: ter die de hoc lixiuio bibat, spacio menstruo. Tenellæ summitates fraxini, coctæ ad dimidias: bibatur hæc aqua per aliquot dies. Syrupus de lupulis, bene iungitur decoctis aquæductis.

**E L E C T A R I A**: Hierâ picrâ, *Electaria.* cum speciebus diaturbith cū rhabarbaro, plurimos summi **D E I** beneficio ab hydropis rudimētis vindicauit: alternis diebus copia nucis auellanæ ingeritur. Electarium hydragogū minus, apud Fernelium: aquam effundit citrinam.

**P I L V L Æ** de rhabarbaro: pilulæ de eupatorio, cū succo iteos: pilulæ de agarico: pilulæ de sagapeno.

*Pilula.* Vnguentum Agrippæ illitum: & *Unguita.* vnguentū de arthanita maius, aluo inunctum: hæc ventrem soluunt. **C A V T I O**. In vnguentorū admotione diligenter cauēdum, ne iecoris regionem perstringamus.

**C O M P O S I T A**  
**H Y D R A G O G A F O R T I O R A.**

**P O T I O**. gratiolæ manipulus: *Potio.* radicum ebuli siccatarum, ac præparatarum, sescūcia: addo aperientia, qualia sunt cichoracea, betonica, radices aperitiuæ: quod si ex lie-  
 ne vitium prodierit, infero splene-

tica: radicū bryoniae, & granorum juniperi, singulae semuncia: seminis fœniculi, drachmae duae: seminis carthami, drachmae sex: agarici præparati, semuncia: coquantur ex mulsa ad libram ynam: colaturæ addo diaphœnici & electarij lenitivi, singulas semuncias: specierum diaturbith cum rhabarbaro, drachmas tres: alternis diebus bibant cyathi mensuram. Cū cuidam hoc remedium præscripsissem, vnā cum aquis protrusit latum lumbricum, qui vlnæ ferè longitudinem æquabat. Alia. gratiolæ, semuncia: soldanellæ, anisi, singulae drachmae duae: passularum semuncia: coque ex vino: bibat.

**SYRVPVS.** radicū valeriana, quinq. radicū aperitiuarum, cuiusque binæ vnciæ: endiuizæ, cichorei, adianti, eupatorij, cuiusque manipulus: seminis hederæ, vncia: brassicæ marinæ, manipulus: foliorum daphnoidis rectè præparatorum, semuncia: passularum mundatarū, vnciæ tres: anisi semuncia: Fiat decoctio ad sesquilibrā: asperge sacchari quantum opus erit vt fiat syrupus: aromatizetur drachmis tribus spicæ Celticæ, vel cinnamomi semunciā: Propinantur vnciæ quatuor huius syrupi. Patperes coquant succum baccarum nigrarum sambuci cum saccharo, vt fiat syrupus: & in fine coctionis adiciant aliquid cinnamomi, zinziberis, vel nucis myristicæ. sumant duo vel tria cochlearia, ex decocto gratiolæ, anisi, & caryophyllorum.

**PILVLÆ** ex daphnoide, descriptæ ab Altimaro, contra hydrophem. Pilulæ ex thymelæa apud Fer-

nelium. Veruntamen hæ pilulæ, vt & illæ quæ ex chamelæa instruntur tædij plenæ sunt, nec absque periculo exhibentur, cū pleraq. his remixta naturæ bellum indixerint; aut strictoriâ vi, altiùs inurant remediij potètiā: feliciùs enim cum pinguibus soluentibus, ac mitigantibus ingererentur. Pilulæ ex esula Fernelij: pilulæ de euphorbio Arabum, apud Mesuem descriptæ, aquam flauam exhauriunt. Accipe pilularum de laureola, scriptulum: pulueris hieræ simplicis, drachmam: elaterij, grana tria, vsque ad quinque: misce; fiant pilulæ.

**PILVLÆ** his temporibus & corporibus commodæ: Hieræ simplicis cum agarico, semuncia: rhabarbari, myrobalanorum chebularum, singulae drachmae: foliorum chamelææ infusorum in aceto vini, (cui incoxere mala cydonia) & exempta, extra solem arefcent; repetitaque infusione à recentato aceto, & maceratione factâ per horas viginti quatuor, & deinde exsiccatorum semuncia: trochiscorū alhandel, semidrachma: myristicæ nucis, caryophyllorum, singuli semiscriptuli: fiat massa cum succo radicū iridis: Datur scriptulus: superdormiat, & mox iusculum pisorū sorbeat. **PVLVIS:** accipe elaterij, semiscriptulū: pulueris soldanellæ, zinziberis, cuiusq. scriptulum: galangæ, caryophyllorum, cinnamomi, singulorum semiscriptulū: fiat puluis pro tribus vicibus. sed primū reddatur corpus εὐγον: hoc fiet, vsu apozematis.

**ELECTARIVM** hydragogum Eiectarij maius, apud Fernelium, libro septimo, tra-

Pilule.

Pilule  
hu temp  
poribus  
apta.

Eiectarij

mo, trahit aquam citrinam. ALIVD. succi ireos, violarum, rosarum, mercurialis singulæ vnciæ duæ: succi ebuli, pulpæ prunorum, diacydonitis simplicis cuiusque vnciæ tres: polypodij quercini, angelicæ, seminis vrticæ, lathyridis, cucurbitæ, singulæ semunciæ: pulueris gratiolæ ad pondus omnium: mellis despumati, libræ quatuor: misce, & fermentationis velitatione sese peruadant.

VNGVENTVM è lathyride, descriptum à Fernelio, vntione vmbilici purgat.

**SVDORIFICA.**

SI vetustior & cõtumacior fuerit interiorum viscerũ obstructio, minimè ciendi erunt sudores: si vitium superficiei corporis insederit, à purgatione vtiliter illi effundi poterunt. Obseruandum, vt nõ nisi elapsâ semihorâ ab hauito remedio, eliciantur sudores: tunc enim lateres igniti, aceto ad teporem extincti, linteisq. aceto madentibus innoluti, femoribus, pedibus, & axillis apponantur: cutis fricetur linteis, ita sudor sudori cedit. Paulus calidum clysmâ infundi iubet, quod vi diaphoreticâ ac peruadenti præditum fuit.

Cerui lachrymâ tanta cietur copia sudoris, vt pænè totum corpus solui credas: Datur cum vini momento. Theomnestus hippiatros scribit, ceruos, vermes intestinis conceptos, serpentium esu excludere, quos ex antris ducto spiritu eliciunt. sed ne virus illorum sentiant, mox ad fontes pergunt, quibus ad labra se demergunt, dũ oculi lachrymis stillent, quæ in canthis

oculorum restagnantes, in iuglandis molem accrescunt. Cũ venenum exclusisse se sentiunt, ad lateras diuertunt, ac oculos arboribus affricant, vt visus impedimentum abstergeant: hoc in Asia magno vænit. Hæc Abensoar libro primo, tractatu 13. capite 6. Qui addit, se tria grana in lacte, vel aqua cucurbitæ, vel rosatæ exhibuisse Azir, filio regij magistri equitum, quem à virulento ictero liberauit. Scribonius Largus capite 163. ne serpentes noceant, inquit, habere incinctum oportet id quod in cerui cùm captus est oculi angulo, qui ad nares vergit, sordescit, viroso odore. Has sordes, inquit, Siciliæ venatores diligenter colligunt, & habent in cincto, vt tuti sint à serpentum morsibus & ictibus. Ante centesimum annum, inquit Iulius Cæsar Scaliger, in ceruo nulla est. Post eam ætatem accrescit ad oculi cantum, ipsis ossibus, atque in os protuberans concrescit, eâ duritiâ, quâ cornu superet. Qua parte prominet rotunda est, insigni nitore coloris fului, non sine vestigiis atriorum venularum, tanta læuitate, vt penè tactum effugiat: ita enim sese subtrahit, vt propemodũ seipsam mouere videatur: Aduersus venena remedium præsentissimum. Antidotus Saxonica Meobani, descripta à nobis vbi de cor alterantibus egimus. SAL absinthij, & scabiosæ; hi sales incidunt, attenuant, & putredini obsistunt. Absinthium ficcum & scabiosam combure, cineribus affunde aquam, coque sesquihoræ spacio: quâ effusâ, iterum nouam aquam infer, idque toties dum insipidam

Cerui  
lachryma

Sudorifica.

Observatio.

Lachryma cerui.

p. 138.

Sales arte  
cõfecti &  
medici.

lipidam aquam demittant: Hinc aquam depura per cilicium, vel inclinato vase effluat, & exhauriatur igne lento. Propinabimus huius salis grana decem, ex aqua buglossi, cum vino albo, vel ex conserua boraginis. Eadem arte prolici poterit sal ex angelica, zedoaria, guaiaco. Accipe grana XII. salis fraxini, cum aqua cardui benedicti, vel scabiosæ: videbitis mox totum corpus sudore diffluere. **POTIO.** Accipe decocti milij, dū glumā deponit collecti, vncias tres: vini, sescunciam.

Potiones.

**ALIA** nobilis **POTIO:** radicum chynæ recentis, in taleolas diuisæ, sescuncia: aquæ, libræ sex: macerentur horis duodecim: coque fumi experte igne, ad dimidias: colaturæ adde sacchari albi, quod sufficit: aroma affletur cinnamomi drachmis duabus: sumat vncias sex, & à semihora, arte euocetur sudor. Si pestiferæ contagionis suspicio adfuerit, dabimus has potiones cum aqua theriacali, & cum syrupo de acredine citriorum. **ALIA.** scobis ligni guaiaci, libræ: aquæ, libræ duodecim: à maceratione viginti quatuor horarū, coquantur lento igne. ita & sarsaparillæ vncia tres decoquantur. Decoctum petasitis, tormentillæ, pimpinellæ, angelicæ, dictamni, calendulæ, granorum iuniperi, cardui benedicti, scabiosæ, hyperici, gentianæ, euphragiæ, ostrutij, scordij, baccarum lauri, dracontij, vincæperuinæ. **AQUA** theriacalis caphurata, si febris suspicio adsit malignæ, proderit: sin cum ardore illa flagrarit, attamen si effera vis absit, conferet serapium acetatum simplex, vel serapium capillo-

In peste.

rum Veneris, cū decocto radicum fœniculi, graminis, vel hordei: admotis lateribus calidis ad emunctoria & pedes. Aqua angelicæ: scobis bucci libra, in aquæ libris septem vel duodecim maceratur, coquitur dum media pars exhausta fuerit: interdum dum tertia supersit; datur ad vncias decē. Aqua florum auranciorum malorum, valde confert pestiferis malis, vbi pestigia efflorescunt: propinantur vnciae sex. Ex malorum eorum flauedine, efficax liquor extillatur: cordi auxiliare remedium. Aqua extillata ex putaminibus nucum iuglandium. Quidam offerunt vncias duas succi calendulæ: alij laudant drachmas duas tussilaginis maioris, haustas ex vino albo. Nonnulli à mulomedicis docti, excipiunt recens ouum vnum, aut alterum equi auenâ pasti, macerant id ex vino & aqua endiuicæ, per sindonē colant, bibunt, vasa interna refrigerari ab eius vsu asserūt: noui qui & colicis, & pleuriticis exhiberent. Distillatorias quasdam aquas, in sudoris euocationem promptas, describit Andernacus de veteri & noua medicina, commentarij secundi dialogo septimo, fol. 658. In peste, cæpa excuatur, theriacâ impletur, coquitur sub cineribus, extunditur succus cum aceto & aqua acetosæ, potui datur; ac mox lateres calentes admoventur. **ALIVD.** panem ex furno calentem effodies, fossam theriacâ implebis, cū aceto: vmbilicus fossæ indatur: hinc panis in aquam abiiciatur. **POTIO.** pulueris Meobani, theriacæ, cuiusque drachma: aquæ acetosæ, vnciae tres: aceti vncia:

In peste.

Et de Sassa  
fras m. d.  
supra p. 230  
q. in balneo Ma  
gia alibi de  
ny in bot

cia: misce. ALIA. pulueris radicis angelicæ drachma: theriacæ, tantundem: aquæ angelicæ, vnciæ tres: aceti, semuncia.

*Pulueres.* Species liberantes: caphura; crocum cum mulla. In officinis compositum sudorificum extat nullum. Pulueres in tenuissimum pollinem atteri debent. Accipe radicem aristolochiæ, serpentariæ, cuiusque semunciam: tormentillæ, dictamni, gentianæ, singulas vncias binas: comminuantur in puluerē, & sindoni illigentur: Hinc accipe allium, & capam, scindatur in tenues partes; adice croci sesquidrachmam, aquæ communis, quod sufficit; huic incoquantur illa per semihoram: Deinde remotæ à foco ollæ, dicta inferatur puluerū colligatio, dum tecta frigescat olla: tandem extractum linteum ab umbra siccetur, & vsui seruetur: dantur drachmæ duæ ex decocto.

*In febre.* IN febris, cum cutis iam eâ inclinante madere incipit, potandum damus oxymel liquidum, in quo inferbuit manipulus florum chamæmeli, vel summitatum nepithæ. optimum est, vinum guaiaco imbutum, vt illud ex Matthiolo refert Weckerus. Semper calidioribus vtimur, nisi magnitudo febris obstiterit: quare vbi febris molesta esse pergat, diureticis, si fieri poterit, sudorem euocabimus; nam & hæc leptomeriâ præcellunt, sanguinem fundunt, & attenuant, & serosam partem separant à sanguinis crassiore. Sed copiosè talia hauriri debent. De his primò egimus, vbi de Pituitæ præparatione.

*Foris.* Quidam inuoluunt ægros lin-

teis madefactis in decocto igni guaiaci, ebuli, bardanæ, tormentillæ, & in eo soluunt quid sublimati. Oleum amygdalinum, chamæmelinum, cum aqua dulci, vt laxetur cutis: adicimus aliquid vini tenuis, quo faciliùs peruadat remedium. Accipe olei amygdalini dulcis, aquæ dulcis, singulas binas vncias: vini albi tenuis, semunciam: misce, vbi tamē febris torret, ab his abstinemus. Oleum scorpionū Matthioli, quod ab eo describitur commentario ad sextum librum Dioscoridis, sub finem præfationis: hoc habet omnem veneni antidotum, Oleum hyperici, à Montagnana descriptum in Antidotario suo.

## OBSERVATIO.

In pestiferis morbis feliciter *In peste.* promouetur sudor, nam à corde venenum excludit & abducit. Sed cum febrilis calor exardescit, ab æstu flagrantibus remediis erit abstinendū: absit igitur aqua ardens, piper, sulphur, & quæcumque eadem vi emicant. Sudor ultra tres horas non protrahatur.

DIURETICA, IDEST, *Urinalia remedia.*

DE his abundè egimus vbi de Alteratione Pituitæ, quæ est alimentarius humor: & vbi docuimus quo modo pituita in renibus & vesica sit ad aliam qualitatem trahenda: & vbi de melancholia coaceruata in renibus, & vesica. Ne tamen hic locus asymbolus sit, Accipe radicem graminis, rusci, asparagi, cuiusque vnciam: petroselini semunciam: foliorum endiuie (si calor æstuat) capillorum Veneris, betonicæ, senecionis aquaticæ, singu-

los manipulos : quatuor seminum frigidorum maiorum, vnciam: apij, dauci, cuiusque drachmas duas: ciccerum rubrorum, pugillum : fiat coctio ex aqua hordei : sumatur ad vncias octo. Optimum est hoc, & vsu compertum: accipe florū cyani, macis, cuiusque manipulos binos: vini albi, libras quatuor: misce. defodiantur terrā ad dies nouem: & effossi liquoris detur cyathus. Tandem; ceteris non ex sententia euocantibus lotium, & vbi extremum periculum est ab vrina intercepta, ad cantharides veniendum, vt in Hydrope. Ita Galenus 3. de Temperamentis 7, & 11. simplicium medelam ē cātharidibus prodesse ait. Dicit quis, at Galenus. 2. de Antid. 6. improbare videtur harū vsū: & Dioscorides recenset has inter venena, nam vlcerosæ sunt vesicæ: & Auicenna de cantharidibus agens, dicit magno errore eas propinari. Respondemus: ad harum felicem vsū quibusdam cautionibus opus esse: vt sit suppressum lotium, & si nullā vreticorum vi exprimi vrina queat: nam certò homo interibit non euocato lotio: & nil potentiùs euocat hoc cantharidibus. Secundò, vt dentur integræ cantharides: ex 11. Simplicium, & 4. acutorum 121. Tertio dentur exigua copiā, remixtæ mitioribus. Da vnam integram puluerisatam: nec superā secundam: misce cum pinguibus, vt cum iuscūlo pingui, in quo coxēt malua, althæa. In officinis hæc vretica sunt, lithantribôn species: Puluis Iustini: dantur binarum drachmarum mole. Syrupus de arthemisia: sed eo validius est oxymel diu-

Cantharides.

Officina 71679.

reticum. Sint hæc medicamina serosa, & non dulcia: nam hæc rapit in mulieribus vterus. MENSES mouentia à nobis prodita sunt, vbi de vteri alteratione frigidi scripsimus.

AD FLATVS.

RADICES; gentiana, galanga, angelica, calamus aromaticus, aristolochia rotunda, enula, eryngij radix, valeriana, petroselinum, spica, porrum, zedoaria, dictamnus, asarum, angelica, cyclaminus, iris, sarfa, china, lilium, sambucus, cucumeris agrestis radix foris adnotata: zinziber conditum.

Ad flatu Radices.

HERBÆ, & FLORES; summitates anethi, pulegium, ruta, calamintha, folia lauri, (eius fructus est acrior,) betonica, dictamnus, rosmarinus, scordium, hyssopum, marrubium, sabina, polium, melilotus, chamæmelū, stæchas, mentha, centaureum minus, agnus castus, abrotanum, amomum, origanum, absinthium, thymus, verbenaca, maiorana, chamædrys, cenanthe, id est, filipendula, ericæ flores, genistæ flores, schœnanthos, iasmini flores, iua, viola lutea, cortex malorum aranciorum. Et ea ferè quæ ad pituitæ præparationē scribuntur. coquuntur in media parte aquæ & vini.

Herba.

AROMATA, crocum, cinna-

Species

momum, castoriū, myrrha, moscus, nuxmoscata, mace, piper, zinziber. SEMINA, anisi, fœniculi, cari,

Semina

ameos, cymini, vrticæ, anethi, rutæ, petroselini, apij, liuistij, dauci, fle-

Notandū de Anise.

ptulo

pylo crasse comminuto, iam recens natos puerulos commodissime a viridi bile, & fœda pituita purgari. cum pulvem saccharatam sumunt, primo cochleari inditur, ac illis exhibetur: clamorosos ventris dolores quoque sedat. ALI A QVÆ DAM: sulphur, pyrites seu marchasita, vaccinum stercus cum lauendula.

COMPOSITA.

Dianisum, diagalanga, diacyminum, diacalaminthes, electarium de baccis lauri, benedicta laxatiua: puluis ad flatum, descriptus in Antidotario Florentino: aromaticum rosatum: theriaca, mithridatium, vinum Hippocraticum: vina medicata, vt fœniculi.

FORIS: oleum chamæmelinum, anethinum, laurinum, tuta-

cyminum, ruta, anisum decocta fuere. Accipe olei anethini, chamæmelini, liliorum, aut amygdalorum, sambucini ( hæc moderatissima sunt ) cuiusque fescunciam: coquatur in iis thymi, hyslopi, & serpilli aliquid; aut seminum iam descriptorum aliqua: colaturæ adice castorij sesquiscruptulum, vel aquæ vitæ semunciam.

Atque hæc de totius corporis remediis satis esse poterunt. Qui vsu plura obseruarit, aut efficaci vi prædita esse quædam animaduernerit, longæue lætione selecta quædam decerpserit, his nostris thecis inferet, vnde cum vsus exigit, facili negotio euocet: Hi enim loci, & morbificæ causæ, & affectæ parti remedia eadem suppeditant in variis morbis, vno quasi intuitu. His amici feliciter fruimini.

VERA

\*Hoc est, inuidi sias vitio puniuntur.

Composita

Foris

*[Faint, mostly illegible text in the left margin, possibly bleed-through or a second column of text.]*

*[Faint, mostly illegible text in the right margin, possibly bleed-through or a second column of text.]*